
No. 885
LIBRARY
— OF —
RUDOLPH F. KELKER
No. 9 South Front Street,
Harrisburg, Pa.

LATIN MANUSCRIPT ON VELLUM OF THE XIVTH CENTURY.

Flores et Homilies Saint Bernard. (Born A. D. 1091; d. 1153).

Written most beautifully on 322 pages. $8\frac{1}{4}$ by $12\frac{1}{2}$ inches—two columns on each page. Although five hundred years old the ink and illuminated initials in various colors retain their original brilliancy.



LIBRARY OF CONGRESS, WASHINGTON, D. C.

THE MANUSCRIPT
John W. Alexander.

Translations made by Revd Dr Schley Schaff
New York March 2 1877

See Letter at the close of this book

The Title Page.

The Latin.	The English.
1 In isto volumine sunt isti libri subscripti	In this volume these books are written:
2 Flores bernardi	Flowers (or "Sentences") from Bernard
3 Omilia ejusdem supra cantica canticorum	Homilies of the same on the Song of songs
4 Augustinus de spiritu et anima	Augustine on the Spirit and the Soul
5 Augustinus enchiridion	Augustine Enchiridion (Manual of the Faith)
6 Gregorius Nycenus	Gregory of Nyssa (?)
7 Idem (?) ad lugdunenum de beatae virginis	The same (?) to the Bishop of Lyons (of the blessed virgin)
8 De unitate et uno	On Unity and One
9 Richardus de statu hominis	Richard (de St. Victor?) on the estate of man
10 Richardus de. Benjamin (?)	Richard (" ") on Benjamin (?)
11 Epistola hieronimi ad (photo copy much defaced)	A letter of Jerome to
12 Ad papam damasum de osanna	(a letter of Jerome) To pope Damasus (are cont.) on (the term) Hosanna
13 Ad papam damasum de fide contra Antiochia	To pope Damasus against the Antiochian
14 Ad papam damasum unde supra	To pope Damasus as above
15 Ad papam damasum de seraphim et calculo	To pope Damasus on the Seraphim & the calculum
16 Sermo hieronomi de regis et	A sermon by Jerome on of the king and
17 seraphim et calculo in christiana philosophia	the seraphim & the calculum in the christian philosophy
18 Ad damasum papam de filio prodigo	To pope Damasus on the prodigal son
19 Augustinus de baptismo parvulorum	Augustine on the baptism of infants
20 Idem (?) baptismo	
21 Epistola augustini ad probam viduam de	A letter of Augustine to a just widow on
22 Anselmus de meditatore humanae redemptionis	Anselm on the mediator of human redemption

23 Idem(?) de praecepto et	
24 De ecclesiasticis dogmatici	On the Church doctrines
25 Excerpta quaedam de doctrina christiana	Certain received views (?) on the Christian ~~Doct~~ System
26 Augustinus de agone christiano	Augustine on the christian struggle

I here append a few comments upon the abbreviations of the original and other things.

Latin abbreviations of text: 1). the sign ¯ = m (see nos. 3, 13, 14, 22 etc) or n (see 22)
2). " " ꝑ = pra (see no 3). or par (see 19)
3) .... ꝝ = rum (the genitive termination — see nos. 3 & 19)
4) .... ꝓ = pro (see nos. 21 + 18)
5) .... ꝫ = us (termination of ablative case see no 24).
6) Other abbreviations accounted for by a mark above to designate the omission of letters etc. — Of course, X = christi—

Meaning of "Calculus" (nos. 15 & 16) Du Cange defines it as "Ubi mortui feruntur" (where the dead are carried). It probably is the term which was then in use for the Place of ~~the~~ Spirits after the dissolution of the body.—

27

Flemish, about 1450

45

45 VELLUM MANUSCRIPT of the XIV Century. Flores et Homilies (of Saint Bernard). Most Beautifully written on 322 folio pages, 8¼x12½ inches, two columns to the page, with numerous rubrications in red and blue.
Folio, calf.

6/11/08/22/50/100/ B & A.



John Frederick Lewis

In isto volumine sunt isti libri subscripti

Flores bernardi.

Omelie eiusdem super cantica canticorum 83.

Aug' de spiritu et anima.

Aug' enchiridion.

Gregorius. Nisenus.

B. ad ludugnenses de conceptione be(ate) virginis.

De unitate et uno.

Richardus de statu interioris hominis.

Richardus de beniamin.

Epla ieronimi. ad [illegible] quo ordine debet legere.

Ad papam damasum de osanna.

Ad papam damasum de fide contra [illegible]

Ad papam damasum unde supra.

Ad papam damasum de seraphin et calculo.

Sermo ieronimi de morte ozie regis et

seraphin et calculo in ysaia propheta.

Ad damasum papam de filio prodigo.

Aug' de baptismo parvulorum l. 3.

De unico baptismo.

Epla aug' ad probam viduam de orando deo.

Anselmus de meditatione humane redemptionis. XV

B. de precepto et dispensatione.

De ecclesiasticis dogmatibus.

Excerpta quedam de doctrina christiana.

Aug' de agone christiano.

Manuscript

is the property of

Rudolph Frederick Kelker

Harrisburg Penn^a

who purchased it October 14. 1873

from Benjamin Ashworth 228 South 9th St.

Philadelphia.

"Bernardi (S.) Flores et Homilies."

Manuscript of XIVth Century.

Incipit prologus in Bernardinum.

Cum non essem alicui certo magno opere occupatus, placuit michi ut opuscula viri illustrissimi beati Bernardi egregii abbatis Clarevallis diligentius inspiciendo percurrerem, et si quid in eis laudabile memoria quidem dignum precipue de virtutibus invenirem, excipiens scripto breviter commendarem. Nec defuit voluntati mee divine gratie auxilium, sine qua nec cogitare sufficimus bonum. Ipsa tamen me preveniente et subsequente propositum meum effectui mancipavi. Multa tamen plura quam ab initio decreveram, quia multa sunt in eis ita utilia et dulcedine consolationis redundantia non solum de virtutibus, verum etiam de viciis ac sententiis, necnon et quibusdam distinctionibus valde utilibus ex libris predicti viri nominatissimi divina mediante gratia collegi et in uno volumine contraxi. Verum opus istud quod de diversis rebus mentionem facit secundum diversitatem rerum de quibus loquitur in diversis libris distinguitur et decem librorum tractatibus concluditur. Primus liber tractat de deo patre et filio et spiritu sancto. Secundus de homine et anima. Tercius de prelatis. Quartus de clericis. Quintus de virtutibus. Sextus de viciis. Quatuor sequentes libri, videlicet octavus, nonus, decimus et septimus, de quibusdam distinctionibus multum utilibus specialiter loquuntur. In quorum ordinatione alia tamen quam in ceteris observatur. Precedentes enim libri solum tantum propter dissimilitudinem materie per se singuli divisi sunt. Isti vero non solum cum materie sed propter modum et dispensationem capitulorum inter se differentiam ad invicem discernuntur. Septimi enim libri singula capitula sunt duplicia, quia de duabus rebus principaliter agunt. Octavi vero triplicia, quoniam de tribus rebus unumquodque eorum tractat. Noni autem quadruplicia, quia singulorum quadruplex est causa. Decimi vero capitula possunt dici diversiloqua, quoniam de diversis rebus quodlibet existit materia. Sciendum quod in quibusdam huius operis locis non eodem modo nec eodem ordine sententie disposite sunt quo in libris e quibus excepte sunt scripture leguntur. Quandoque alibi plus alibi minus positum est. Quedam enim propter compendiositatem et que minus ad rem pertinere videbantur pretermittendo tamen sensum. Aliqua vero propter sensus et materie convenientiam hinc et inde sumpta nonnulla etiam licet raro in alia verba commutavi. Rursum obtentu (?) ad sermonum unde extracta sunt et recurrent ordinem alicubi in hoc opusculo minus plus ve vel aliter reperies quam in textu libri positum est. Noveris quod hic ordinationis causa extitit de rerum predictarum. Ut autem inspectis solius lectoris citius occurrat quod voluerit, in titulo cuiuslibet capituli cuius sit materie breviter est prenotatum. Quia vero de diversis tractatibus ac variis epistolis presens opus collectum est, et ob hoc diversas ac multimodas summas simul positas in plerisque locis huius operis est invenire, propterea quo tractatu, quo sermone vel qua epistola singule sententie requirende sint, iuxta eas in ipsis paginis minio est annotatum. Ne vero si forte tanta varietas auctoritatum congeriesque ac interrupte ac inordinate materie cumulatioque discordia studiosi lectoris intellectum obfuscaverit, aut scriptoris aliqua sive defectus quolibet modo contingens ipsum impedierit, et propter hanc obscuritatem elucidandam ad fontem originalem unde hec descenderunt recurrere desideraverit, annotationes ibi scriptas consideret, et sic quo sit eundem agnoscere facilius invenire valeat quod querebat. Preterea superaddidi in ultimis huius operis quedam verba totius consolationis plena et super mel et favum dulciora de beatissima virgine dei genitrice Maria de quibusdam eius sermonibus predicti venerabilis patris excerpta. Que per capitula distinguens e quibus locis sumpta sunt per annotationes ibi iuxta se positas designavi.

i. De eo quid est deus.
ii. De eo quod unus est deus.
iii. Quod deus trinus est.
iiii. Quomodo deus est increatus.
v. De eo quod trinus est deus et de unitate trinitatis qua est per quam una substantia est.
vi. De excellentia supradicte unitatis.
vii. De illa unitate qua tres substantie in Christo una persona sunt.
viii. De distinctione trium generum in dominica incarnatione.
ix. Quomodo comprehendi potest deus in hac vita.
x. Quod deus est pena reproborum.
xi. De adventu domini corporali.
xii. Quod per adventum domini manifesta est benignitas ipsius.
xiii. Quod celandum fuit diabolo dominice sacramentum.
xiiii. De spiritu sancto.
xv. Quod semper eos in se ipse teneat in viris spiritualibus et non veniat nec recedat.
xvi. De multiplicatione spiritus.
De querendo deo. xvii
De adventu domini spirituali. xviii
Quomodo provocat per adventus sive visitatio domini. xix
Quomodo presente vivit anima et deo. xx
Que sit distantia inter unitatem illam qua pater et filius unum sunt et illam qua adherentes deo anima unus spiritus est. xxi
De visione illa qua videndus est deus in futuro sicuti est. xxii
Quod non potest videri deus in hac vita sicuti est. xxiii
De diversis generibus visionum divinarum. xxiiii
Cui vel quali anime deus apparere solet. xxv
Quod magni fide magna et sublimia de superius mereri videre. xxvi
De vicissitudinibus divini adventus et recessus in anima. xxvii
Quod absque veritate simul et gratia non est plena visitatio divina. xxviii
Quando sit pater et filius venire ad animam. xxix
Quomodo cognoscit anima quod diligitur a deo. xxx

Primum capitulum. In libro de consideratione. v. — Anima mundi

Quid est deus? Quo nihil est melius (?). Sum competentius eternitati que deus est. Si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem vel quicquid tale de eo dixeris, in hoc verbo instauratur quod est deus. Siquidem hoc est ei esse quod hec omnia esse. Si et centum talia addas, non recessisti ab esse. Si ea dixeris, non addidisti. Si non dixeris, nichil minuisti. Quid tunc deus? Sine quo nichil est. Tam nichil esse sine ipso quam nec ipse sine se potest. Ipse sibi, ipse omnibus est. Ac per hoc quodammodo solus ipse est, qui suum ipsius est et omnium. Sicut omnia in ipso, sic ipse in omnibus est. Quid est deus? Cui secula nec accesserunt nec decesserunt nec coeterna tamen. Quid est deus? Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Quid est deus? Quo nichil melius cogitari potest. Non est in deo nisi deus. Quid est hoc? Vitalis est, sapientia est, virtus est, eternitas est, unum bonum, deus sabaoth. Iudicans omnia cum tranquillitate, placidissimus, serenissimus, pacatissimus. Qui solus solet nescire ignorantiam, totus lux, totus oculus. Et qui minime aliquid fallitur, quia minime claudetur. Qui extra non querit lumen ut videat. Ipse qui videt, ipse unde videt. Amat ut caritas, novit ut veritas, sedet ut equitas, dominatur ut maiestas, regit ut principium, tuetur ut salus, operatur ut virtus, revelat ut lux, assistit ut pietas. Quid igitur est deus? Quod ad universos spectat finis, quod ad electos salus, quod ad se ipse novit. Quid est deus? Voluntas omnipotens, benivolentissima virtus, lumen eternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo, creans mentes ad se participandum, vivificans ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iustificans ad promerendum, accendens ad zelum, fecundans ad fructum, dirigens ad equitatem, formans ad benivolentiam, modificans ad sapientiam, roborans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans

ad securitatem. Super cantica. Invisibilis et inaccessibilis in se, in suis spectabilis atque mirabilis, et solus utique facit mirabilia magna solus. In sermone de epiphania. In exilio mansuetus et amabilis, in iudicio iustus et terribilis, in regno gloriosus et admirabilis. Inventor est morum, in iudicio discretor meritorum, in regno distributor premiorum. In sermone de ieiunio. Totus suavis est, totus salubris et totus delectabilis est, totus denique desiderabilis, quippe liquidem plenitudo gratiarum, universitas miserationum, inexhaustus fons pietatis, affluentia tota spiritualium unguentorum. Super cantici sermone V. Qui omnia solo verbo et corpora creavit, quippe cum de sola voluntate celestis imperii efficientia tam creandis rebus quam ordinandis pro ut voluit. Utatur cum vult creatis vult. Qui solus cum docet angelum sive hominem sciam instrumentum non querit corporee auris sicut nec sibi oris. Per se infunditur, per se innotescit, purus capitur a puris. Solus nullius indiget, solus et sibi et omnibus de sola omnipotenti voluntate sufficiens. In eodem sermone. Cuius omnipotenti arbitrio inclinatur, presto est omne opus, omne altum inclinatur, omne adversum cedit, omnis creatura favet. Docet vel monet sine lingua, prebet vel tenet sine manibus, sine pedibus currit et succurrit pereuntibus, solo spirituali nutu, cum vult ad quecumque vult agenda convenit. In expositione super missus est. Soli deo id est facere quod loqui, id loqui quod velle. Si quid apud deum nec verbum dedisse ab intentione, quia veritas est, nec factum a verbo, quia virtus est, nec modus a facto, quia sapientia est. Super cantica sermone XI. O veritas caritas, caritas eternitas, o beata et beatificans trinitas, o veritas exulum patria, exilii finis. In sermone de omnibus sanctis. Tu es vita, veritas, tu vita, tu gloria, tu sufficientia, tu beatitudo, tu perfecta et sancta voluptas, tu et requies spirituum beatorum. II.

Ubi est deus? Quid dixi miser? Et ubi non est? Altior est celo, inferno profundior, latior terra, mari diffusior. Augustinus. Est et ubique est, quia nec abest ulli nec ullo capitur loco. Ubique regnat, ubique imperat, ubique maiestas eius. Omnia replet, complectitur omnia, omnibus est, qui omnia administrat nec quasi tamen est omnium pars. Nam quod in se est lucem habitat inaccessibilem, et pax eius exsuperat omnem sensum, et sapientie eius non est numerus, et magnitudinis eius non est finis, nec potest eum videre homo et vivere. Non quod longe ab unoquoque sit, qui esse omnium est, sine quo omnia nichil, sed ut tu plus mireris et nil eo presentius est et nil incomprehensibilius. Quid tempore cuique rei presentius est quam esse suum? Quid cuique tamen incomprehensibilius quam esse omnium? Sane esse omnium dixerim deum, non quia illa sunt quod est ille, sed quia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Esse ergo est omnium que facta sunt ipse factor eorum. Tali porro modo dignatur illa maiestas suis esse creaturis: omnibus quidem quod sunt, animantibus autem quod et vivunt, porro recte viventibus lux, recte vero utentibus virtus, vincentibus gloria.

III. Deus enim ubique est equaliter totus est per suam simplicem substantiam, aliter tamen in rationabilibus creaturis quam in ceteris, et aliter in bonis quam in malis est per efficaciam. Ita sane est in irrationabilibus creaturis ut tamen non capiatur ab ipsis; a rationabilibus autem omnibus quidem capi potest per cognitionem, sed a bonis tantum capitur et per amorem. In solis itaque bonis ita est ut et sit cum ipsis propter concordiam voluntatis. Nam dum suas voluntates ita iusticie subdunt ut deum non dedeceat velle quod ipsi volunt, pro hoc quod ab eius voluntate non dissentiunt, deum sibi specialiter iungunt. Super cantica in sermone IV. Deus quidem equaliter atque indifferenter ubique presto est divine utique presentia maiestatis et magnitudine virtutis sue, verumtamen exhibitione sui inhibitione quibusdam longe quibusdam prope esse dicitur. Angelorum deus tapat et hominum, id est rationabilium creaturarum, denique longe a peccatoribus salus. Certum a sanctis pia dispensatione ad tempus et non ex toto, sed nisi aliquid aliquando longe se facit; peccatoribus autem semper utrumque longe est, atque tamen hoc et non in ira. Quamobrem ad deum orat sanctus ut et non declinet in ira a servo suo, sciens quod et in ira potius declinare. Prope est quoque deus sanctis et electis suis, cum longe esse videtur, et non equaliter omnibus, sed aliis plus aliis minus pro meritorum diversitate. IIII.

Habet in natura simplicissima divinitas quod unum respicere multos et quod multos unum. Nec ad multitudinem multiceps erit, nec ad paucitatem rarius, nec ad diversitatem diversius, nec restrictus ad unum nec anxius ad curas nec perturbatus seu turbulentus ad sollicitudines. Sic sane uni intentus ut non detentus, sic pluribus ut non distentus. Super cantica sermone LXXXI. Sola summa et increata natura que est deus hanc sibi vendicat meram singularemque sue essentie simplicitatem, ut non aliud et aliud in ea, non alibi quoque et alibi, sed ne tunc quidem et modo inveniatur in ea. Nempe in semet manens quod habet est et quod est semper et uno modo est. In ea et multa in unum et diversa in idem diriguntur, ut nec de numerositate rerum sumat pluralitatem nec alterationem de varietate sentiat. Locata omnia continet et que sunt ordinat locis, nusquam contenta locorum. Tempora sub ea transeunt, non ei. Futura non exspectat, preterita non recogitat, presentia non experitur. V. Unum in deo sunt et cum deo magnitudo, bonitas, iusticia, sapientia. Nec enim aliunde bonus quam unde magnus, nec aliunde iustus aut sapiens quam unde bonus et magnus, nec aliunde denique simul hec omnia est quam unde deus, et hoc quoque nisi se ipso. In quinto libro de consideratione ad eugenium papam. Multa dicuntur esse in deo et quidem sane catholiceque, sed multa unum. Alioquin causa dicitur magnum, bonum, iustum et innumera talia, si non hec omnia unum in deo et cum deo. Deus ipse catholice est, tamen non hec et illud, quam non hoc et illa. Est qui est, non que est. Purus, simplex, integer, perfectus, constans sibi, nichil de temporibus, nichil de locis trahens in se, nichil de se disponens in eis. Non habet quod ad unum divinitatem, non que colligitur ad unum: unum quippe est, sed non unitum. Non partibus constat ut corpus, non affectibus distat ut anima, non formis subsistit ut omne quod factum est. Ipse forma sibi, ipse sibi essentia est. Non est formatus deus, forma est; non est affectus deus, affectio est. Non est compositus deus, merum simplex est. Simplex idem quod unum, tam simplex deus quam unus est. Est autem unus et quomodo aliud nichil, si dici posset unissimus est. Unus est sol, quia non est alter; una luna, quia eque altera non sit. Atque id quidem deus, sed plus. Quid plus? Unus est et sibi. Et hoc vis tibi declarari? Idem est semper et uno modo. Non sic unus sol, non sic una luna. Clamat uterque non esse se unum sibi, ille motibus, ista defectibus suis. Deus autem non modo unus sibi, sed in se unus est. Nichil in se nisi se ipsum. Non ex tempore alterationem habet, non in substantia alterationem. Hinc de eo Boetius: Hoc vere unum in quo nullus est numerus, nullum in eo aliud preter id quod est. Compara unum huic omne quod unum dici potest et unum non erit. V.

Deus trinitas est, deus trium singula personarum. Quid ergo destruimus quod dictum est de unitate quia inducimus trinitatem? Non, sed statuimus unitatem. Dicimus patrem, dicimus

filium. dicamus tamen non tamen tres deos sed unum. substantia una est, persone tres sunt. Una non substantia tres persone. tres persone una substantia. Una natura. una essentia. unius deitas. personarum proprietates non aliud quam personas, quas non aliud quam unum deum, unam divinam substantiam, unam divinam naturam, unam divinam et summam maiestatem catholica confitetur. aut si dividere vis conetur vel personas a substantia, vel proprietates a personis, nescio quomodo trinitatis se perferri cultorem possit qui in tantam rem excessit in nobilitatem. dicamus itaque tres, sed non ad ... unitatis dicatur unum, sed non ad confusionem trinitatis. nec enim nobis vacua sunt nomina, nec absque significantia casse voces. Quaerit quis quomodo hoc possit? sufficiat ei tenere sic esse. Non sed ratione perspicuum sed fide probabile. Sacramentum hoc magnum est et quidem venerandum non scrutandum. Quomodo pluralitas in unitate et hec unitas in pluralitate? scrutari hoc temeritas est, credere pietas est, nosse vita et vita eterna est. VI

Pluralitas nunc congregata ista vincta una. quo eminentia magis singularis unius fiat evidentior est unitas que collecta potest dici cum ubi causa multi lapides faciunt acervum unum. et est unitas constitutiva cum multa membra unum corpus vel multe partes unum quid totum constituunt. est et coniugata que fit in duo iam non duo sunt sed una caro. et est naturalis qua anima et caro unus nascitur homo. est unitas potestativa qua homo virtutis non instabilis non dissimilis sibi sed unius semper invenitur. est consentanea cum per caritatem multorum est cor unum et anima una. est et votiva cum anima votis omnibus adherens deo unus spiritus est. et est dignativa unitas qua limus noster a deo verbo in unam assumptus est personam. Verum sed omnia quid ad istud summum atque ut ita dicam unice unum ubi unitatem consubstantialitas facit? Sume unum quod vis illorum, si assimiles erit quo comparatione unum sine pare nullo. Igitur inter omnia que unum recte dicuntur arcem tenet unitas trinitatis qua tres persone una substantia sunt. Secundo loco illa precellit qua econtrario tres substantie in christo una persona sunt. Porro sed et quecumque alia dici una possunt summe illius unitatis imitatione non comparatione una appellari valebunt. Nec adducimur ab hac unitatis perfectione assertione trium cum in hac trinitate non recipiamus multiplicitatem sicut nec solitudinem in unitate. Quamobrem cum dico unum non me trinitatis turbat numerus. essentiam non multiplicat non variat non partitur. Rursum cum dico tria non me arguit intuitus unitatis, que illa quecumque tria seu illos tres nec cogit in confusionem nec in singularitatem redigit. Idem me sentire fateor et de illa unitate cui secundo ab ista inter cetera una honorem dedi. VII

Deo in christo verbum animam et carnem sine confusione essentiarum unam esse personam. In sermone de vigilia natalis domini. Quia sicut in illa singulari divinitate trinitas est in personis, unitas in substantia, sic in coniunctione dei et hominis trinitas est in substantiis, unitas in persona. Et sicut ibi persone non scindunt unitatem, unitas non minuit trinitatem, ita et hic persona non confundit substantias nec substantie ipse persone dissipant unitatem. Summa illa trinitas hanc nobis exhibuit trinitatem, opus mirabile, opus singulare inter omnia et super omnia opera sua. Verbum enim et anima et caro in unam convenere personam. et hec tria unum et hoc unum tria sunt. Non in confusione substantie sed unitate persone. Nec negaverim hanc ad aliud quodam genus unitatis pertinere quam anima et caro unus est homo. In quinto libro de consideratione. Decuit quippe familiaris similiter quam cum hominis convenire constitutione quod ex deo et homine constitutum est sacramentum. Decuit et cum summa que trina est et deus est unitate congruere ut quomodo ibi tres persone una essentia ita hic convenientissima quadam contrarietate tres essentie sint una persona. Videlicet ne pulchre inter utramque unitatem hanc collocari medio utique quam constitutus est mediator dei hominisque homo christus ihesus. Pulcherrima inquam convenientia ut salutare sacramentum congrua quadam similitudine ambobus respondeat et salvanti videlicet et salvato. Ita sed unitas duarum consistens media unitatum alteri subcumbere, alteri preminere agnoscitur. Quantum superiore inferior tantum inferiore superior. tantum denique tamque expressam iunctionis vim in se preferre ei persona in qua deus et homo unus est christus, ut si duo illa de se mutuo predices non erraveris, deum videlicet hominem et hominem deum vere catholiceque pronuncians. Non autem similiter de anima vel animam de carne non absurdissime predicas, et si simul anima et caro unus sit homo. Nec mirum si non eque potis anima sit sua illa vitali et si valida vitali ratione connectere atque suis affectibus astringere sibi carnem ut sibi divinitas hominem illum qui predestinatus est filius dei in virtute. longa cathena et fortis ad stringendum divina predestinatio ab eterno est. nec quid longius eternitate, quid divinitate potentius. Inde est quod nec morte incidente naturalis vinculi sed unitas potuit et si caro et anima ab invicem separatis manserit et in separatione inseparabilis unitas. Hec enim que ex parte contigit separatio potius unitati prevalere remanenti in totis tribus, sive quantus sit dilutis duobus ... persistit in tribus unitas personis eque unus christus unaque persona verbum anima et caro et mortuus homine perduravit. VIII

Advertere est in mirabili sacramento dominice incarnationis mire et decentissime distinctionis gradus: novum, antiquum, eternum. Novum animam que de nichilo tunc creata creditur cum infusa. Antiquum carnem que a primo usque homine idest ex adam producta agnoscitur. Eternum verbum quod ab eterno patre coeternum illi genitum indubitata veritate asseritur. Verbum enim quod erat in principio apud deum et deus erat. anima que de nichilo creata est et ante non erat. caro de massa corruptionis sine corruptione aliqua divino segregata artificio, qualis nulla iam caro erat. Vinculo indissolubili in persone coeunte unitatem. habes in huius triplex genus potentie quod factum sit de nichilo aliquid, de vetusto novum, eternum beatumque de deprivato et mortuo. In sermone de natali domini. Nos non erat creatis quod pietate reparari, quod super omnia erat parvulo minus ab angelis minorari. Aliud sed ad nostram salutem tamen per omnem modum. Primum quidem quod peccato redacti in nichilum, post sed quodammodo iterato creati sumus ut simus initium aliquod creature eius. Deinde quod ex vetusta servitute in libertatem filiorum dei translati in novitate spiritus ambulamus. In libro quinto de consideratione. Postremo quod de potestate tenebrarum vocati ad regnum claritatis eterne in quo nos locare nos fecit in christo. IX

Scrutemur ut ammonemur apostolus comprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo, latitudo, sublimitas et profundum. comprehendere non agnoscere, ut non curiositate conveniens scientie totam curam studium inveniamus. Non agnitione fructus est sed in comprehensione. Novimus enim est enim deus longitudo propter eternitatem, latitudo propter caritatem, sublimitas propter maiestatem, profunditas propter sapientiam. Non ergo et arbitramur nos comprehendisse. sed ea disputatio comprehenditur sed sanctitas. Si quomodo tamen comprehendi potest quod incomprehensibile est. Ac si

posset, non dixisset apostolus: ut comprehendatis cum omnibus sanctis. Sancti ergo comprehendunt. Queris quomodo? Si sanctus es, comprehendisti et nosti; si non, esto, et tuo experimento scies. Sanctum facit affectio sancta, et ipsa gemina: timor Domini sanctus et sanctus amor. Hiis perfecte affecta anima velut quibusdam duobus brachiis comprehendit, amplectitur, stringit, tenet. Et timor quidem sublimi et profundo, amor lato longoque respondet. Quid tam timendum quam potestas cui non possis resistere, quam sapientia cui abscondi non possis? Potuerat minus timeri Deus, si aliquo careret horum; nunc autem perfecte oportet timeas illum, cui nec oculus deest omnia videns nec manus potens omnia. Quid item tam amabile quam amor ipse, quo amas et quo amaris? Amabiliorem tamen iuncta eternitas facit, que cum non excidit, fortasse mentis suspicionem. Ama ergo perseveranter et longanimiter, et tenes longitudinem. Dilata amorem tuum usque ad inimicos, et latitudinem tenes. Esto item in omni sollicitudine timoratus, et sublime profundumque apprehendisti. Aut si mavis quattuor eque tuis divinis quattuor respondere: stas si stupes, si paves, si fervens, si sustines. Stupenda plane sublimitas maiestatis, pavenda abyssus iudiciorum. Fervorem exigit caritas, eternitas perseverantiam sustinendi. Quis stupet nisi qui contemplatur gloriam Dei? Quis pavet nisi qui scrutatur [margin: abyssum] sapientie? Quis fervet nisi qui meditatur caritatem Dei? Quis sustinet et perseverat in amorem nisi qui emulatur eternitatem caritatis? Semper est eternitatis quandam imaginem perseverantia prefert. Denique sola est cui eternitas redditur, potius que eternitati hominem reddit.

[margin: (?) m. de cons.] Quid est Deus? Non minus pena pravorum quam humilium gloria est. Est enim rationabilis quedam equitatis directio, inconvertibilis atque indeclinabilis, quippe attingens ubique, cui illisa omnis pravitas conturbetur necesse est. Quid in hanc omne tumidum vel distortum impingat et conquassetur? Ve unicuique quod obvium eius forte offenderit directe illius rectitudo. Nam et fortitudo est. Quid nunquam voluntatibus tam contrarium et adversum quam semper conari, semper frustrari? Nec oppositis voluntatibus solam sive perfecto adversionis refertis penam. Quid tam penale quam semper velle quod nunquam erit, et semper nolle quod nunquam non erit? Quid tam desperatum quam voluntas addicta huic necessitati volendi nolendique, ut ad utrumlibet iam sive non nisi perverse, et non nisi misere moveatur? Iustum sane ut optinere quod vult et quod non vult in eternum nichilominus sustinebit. Digne omnino ut qui ad nichil afficitur nunquam quod velit evadat. Quis hoc facit? Rectus Deus utique, qui cum perverso pervertitur: cui omne adulterum et sibi adulterari necesse est. Ita est non potest esse contrarium quod dividitur cohererе. Sed qui arguitur a Deo arguetur a se ipso. Nunquam recto perversumque conveniet. Hec enim sibi invicem adversantur, et se non invicem ledant. Ledit alterum, absit ut Deus. Est et turpium pena Deus. Lux est enim. Et quid tam invisum obscenis et flagitiosis quam lux? Perfecto omnis qui male agit odit lucem. Sed dico: numquid non poterit declinare? Minime omnino. Lux et tenebre eam non comprehendunt. Videt tenebras lux, sed hoc est unde quod lucet; sed non videtur a tenebris ipsa videntibus, quia tenebre eam non comprehendunt. Et videntur ergo ut confundantur, et non vident ne consolentur. XI

[margin: i(?) prima sermo de advent. de .xv.(?) columpnis] In adventu Domini si personam advenientis intueor, non capio excellentiam maiestatis; si advertendo ad quos venit, dignationis magnitudinem expavesco; si causam propter quod venit amplector quoad possum inestimabilem latitudinem caritatis. Si vero modum cogito, exaltationem agnosco humane conditionis. Venit siquidem universitatis creator et dominus; venit ad homines, venit propter homines, venit homo. Venit medicus ad egrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. Venit non perdere sed salvare, eripere non ligare. Porro inestimabilis dignatio et penitus incogitabilis quod in carcerem huius horroris et erroris tanta descendere dignata est celsitudo. Iam quis dubitet magnum aliquid in causa fuisse, ut maiestas tanta de tam longinquo in locum tam indignum descendere dignaretur? Plane magnum aliquid, quia misericordia magna, quia miseratio multa, quia caritas copiosa. Ad quid enim venisse credendus est? Ad querendam quippe ovem centesimam que erraverat de montibus. Propter nos venit, et ut manifestius confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum, propter nos venit. Mira clementia Dei dignatio, magna dignitas hominis sic quesiti, in qua singulari voluit non esse insipiens, non quod aliquid esse videatur tanquam a se ipso, sed quia tanti fecit eum ipse. Omnes enim divitie, omnis gloria mundi et quicquid in eo concupiscitur minus est ad hanc gloriam, immo nec est aliquid in eius comparatione. XII

[margin: i(?) prima sermo epiphania] Parvus cum appareret Dei humanitas, latebat eius benignitas. Apparuerat autem potentia in rerum creatione, apparebat sapientia in earum gubernatione, sed benignitas nunc maxime apparuit in humanitate. Si quid est et prius erat, nam misericordia Domini ab eterno; sed unde tanta agnosci poterat? Promittebatur sed non sentiebatur. Unde et a multis non credebatur. Sed venit in carne divinitas, ut vel sic carnalibus exhiberetur et apparente humanitate benignitas agnosceretur. Ubi enim Dei innotescit humanitas, iam benignitas latere non potest. In quo enim magis commendare poterat benignitatem suam quam suscipiendo carnem meam? Quid tanto opere declaret eius misericordiam quam quod ipsam suscepit miseriam? Quid ita pietate plenum quam quod Dei verbum propter nos factum est fenum? Quanto enim minorem se fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate, et quanto per me vilior, tanto mihi carior est. Magna plane et manifesta benignitas Dei humanitas, et magnum benignitatis indicium declaravit qui humanitati addere Dei nomen curavit. Propterea nos gaudere oportet quod in nostra venit similitudine, et facilius ad indulgentiam erit. Si enim facilis modo, tam difficilis erit postea; et sicut modo nemo est qui reconciliari non possit, ita post paululum nemo qui possit. Quia sicut benignitas apparuit ultra omnem estimationem, sic tum possumus expectari iudicii districtionem. Immensus est Deus et infinitus in iusticia sicut et in misericordia: multus ad ignoscendum, multus ad puniendum. Si misericordia quod prior sibi vendicat, ut si nolumus districtum invenire non possit in quem seviat. Propter hoc enim benignitatem prerogavit, ut per eam regaliari severitatem videamus securi. Propterea voluit non solum ad vitam descendere sed etiam innotescere, non solum nasci sed agnosci. XIII

[margin: i(?) expo(?)] Oportebat a principio mundi incarnationem(?) diu celari divinum consilium sacramenti, ne quod Deus si palam opus suum facere vellet impediri ab illo posse metueret, sed quia ipse qui non solum potens sed et sapiens quecumque voluit fecit, sicut in omnibus suis operibus quandam rerum vel temporum congruentias propter ordinis pulchritudinem servare consuevit. Ita in magnifico opere suo istius reparationis non tam potentiam, sed et prudentiam suam ostendere voluit; et quamquam illud aliquo vellet perficere potuisset, placuit ei tamen eo potius et in ordine hominem sibi regaliare quo noverat cecidisse, ut sicut dyabolus prius feminam seduxit

et postmodum virum per feminam vicit. ita prius a femina virgine seduceretur. et postea a viro Christo aperte debellaretur. quatinus malicie fraudi dolum artis pietatis illuderet ac magis magni fortitudinem Christi virtus confringeret. ostendens deus et prudentior agnitus et fortior. Ita quippe decuit incarnatam sapientiam spiritualem vincere malitiam. quo non solum attingeret a fine usque ad finem fortiter. sed et disponeret omnia suaviter. Attingit autem a fine usque ad finem. id est a celo usque ad infernum. utrobique enim fortiter. cum et de superius expulit superbum. et apud inferos expoliavit avarum. Conveniens quoque erat ut suaviter quoque omnia celestia scilicet et terrena disponeret. quatinus et illic deiectis inquietis reliquos in pace firmaret. et hinc debellaturus mundum nobis prius sue humilitatis et mansuetudinis valde necessarium exemplum relinqueret. sicque mirabili fieret moderamine sapientie. ut et suis suavis et hostibus fortis appareret.

XIIII Sermo de spiritu sancto

Pater spiritus. filius spiritus. spiritus sanctus spiritus est. Spiritus enim sanctus quasi spiritualis est spiritus dei quia ab utroque procedit firmissimum et indissolubile vinculum trinitatis tanquam proprie sanctus quod est donum patris et filii omnem sanctificans creaturam. Dicimus patrem et spiritum sanctum et spiritum filii et spiritus sanctus sit dulcissimum id est quidam in deo spiritus sanctus benignitas dei et idem ipse deus. De quibus dicitur sententiis in sermone de pentecoste. De spiritu sancto testatur scriptura quia procedit. spirat. inhabitat. replet. glorificat. Procedere dicitur duobus modis. unde et quo. unde a patre et filio. quo ad creaturam. processio a patre et filio potuit tenebras latibuli sui. processio ad homines iam et fidelibus manifesta. et prius quidam cum sic oportebat signis visibilibus invisibilis spiritus suum declarabat adventum. nunc cuius signa spiritualia certo magis agnita certo magis indicent. Spiritus sanctus digna procedendo predestinat. spirando vocat quos predestinavit. inhabitando iustificat quos vocavit. replendo accumulat merita quos iustificavit. glorificando ditat premiis quos accumulavit meritis. In sermone de pentecoste. Spiritus iste odit sordes nec habitare potest in corpore subdito peccatis. cui non proprium est peccata repellere ipsi et proprium est peccata odire. nec in uno domicilio pariter morabuntur. mundicia et inmundicia. Et quod sicut pater et filius unum sunt. sic et nos unum simus in ipsis. In sermone de pentecoste. Spiritus iste super apostolos in igne apparuit propter lucem et ardorem. quos enim repleverit et spiritu fervere et in veritate agnoscere facit. quia sola nostra est que et pervenit et placet. ipse est qui sedere facit in domo vitam. habitare facit unius moris in domo. ut sedeat super sedentes. ut requiescat super humiles et trementes sermones suos. Ipse est qui virginem obumbravit. apostolos roboravit. ut et virgineo corpori prepararet divinitatis accessum. et apostolos indueret virtute ex alto fervente scilicet caritate. Denique ipse est in quo clamamus abba pater. ipse qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. et scit quid in corde meo. Immo autem in patre sicut in nobis interpellat pro nobis ita in patre delicta donat cum ipso patre. Advocatus noster ad patrem in cordibus nostris. dominus noster in corde patris. Itaque quod postulamus idem ipse donat. qui donat ut postulemus. et sicut nos erigit pia quadam sedulitate ita dominum inclinat ad nos magis pia misericordia sua. Porro ad faciendum bonum. quid in nobis bonus spiritus operetur. profecto monet et movet et docet. monet memoriam. rationem docet. movet voluntatem. In his enim tribus consistit anima nostra. Memorie suggerit bona in cogitationibus scilicet atque ita ignaviam nostram torporemque repellit. Ipsa quotiens sanctum suggestionem boni senseris in corde tuo da honorem deo et age reverentiam spiritui sancto cuius vox sonat in auribus tuis. Ipse namque est qui loquitur iusticiam. Rationem quoque docet. Multi siquidem monentur ut benefaciant. sed nimirum sciunt quid agendum sit. nisi assit denuo gratia spiritus et eam [illegible] cogitationum doceat. immo pulsus perferre nequaquam sit in nobis gratia dei. Sed quid scienti bonum et non facienti peccatum est illi. Ipsa non solum monere et docere rationem et moveri [illegible]. ad bonum incitet et eo utique spiritu quo adiuvat infirmitatem nostram et per quem in cordibus nostris diffunditur caritas que est bona voluntas. In sermone de vigilia natalis domini. Spiritus sanctus caritas et benignitas est. in quo predestinati sumus ab eterno. In sermone de pentecoste. Spiritus sanctus remissionem peccatorum operatur. facit sollicitum ambulare cum deo. servitatem profunda peccatorum nostrorum discretor cogitationum et intentionum cordis qui nec minimam paleam in corde eius possidet spiritualem pacis reliquie. sed statim igne subtilissime circumspectionis exurit. Spiritus dulcis et suavis qui nostram voluntatem erigat et dirigat ad suam ut eam veraciter intelligere et ferventer diligere et efficaciter implere

XV

Sicut et vadit pro ut vult spiritus [illegible] possimus. Sanctus. et nemo facile scit unde veniat aut quo vadat. aut istud sine dampno fortasse salutis nescire licet. certum quod veniat vel quod vadat. id plane periculosissime ignoratur. Enim hec spiritus sancti est nos dispensatorie quod iniciis studiose vigilantissime non observamus. fit ut nec absentem desideres nec presentem glorifices. Nempe qui ideo recedit ut amplius requiratur. Modo si abesse nescitur. requiratur. Ut rursus qui dignatur ad hoc redit ut absolvetur quanta digne per sua maiestate suscipit. si nec abesse sentitur. Mens quoque que ignorat accessum patet seductionum. et que recessum non observat erit ingrata visitationi. Nunc enim quoque vera gloria magis intimo que donat de omnibus tollatur a nobis. Sic enim ut veniat inveniat paratos. sed semper vultus suspensos expectent. quem ut simul ad laetam divinam benedictionem. vigilandum per inde omnibus hora quia nescimus qua hora spiritus venturus sit seu recessurus. Ipsum et redit spiritus et cum stat eo tenente deficiente cadat necesse est. sed non collidet quia dominus rursum manum suam. et has alternare vices in hiis qui spirituales sunt. Denique septies cadat iustus et septies resurgit. sed tamen cadat in die ut se casum videat et cecidisse sciat. et resurgere cupiat et requirat manum adiuvantis. Super cantica sermone XX. Itaque qui in spiritu ambulat nequaquam permanet in uno statu nec eadem semper facilitate proficit et non est in homine via eius. sed quemadmodum ei spiritus moderator dispensat pro ut vult nunc segnius nunc alacrius que retro sunt obliviscitur. et ad anteriora se extendit. Quoque cum te torpore accidia vel tedio affici senties. noli propterea diffidere aut desistere a studio spirituali. sed adiuvantis require manum et trahi obsecrans donec denuo suscitante gratia fias promptior alacriorque curras. Sic autem cum diu est gratia delectare in ea. ne non te existimes donum dei iure hereditario possidere. Ita videlicet securus de eo quasi nunquam perdere possis. ne subito cum forte retraxerit manum et subtraxerit donum tu animo concidas et tristior fias quam oportet. Audi ubi potius per consilio sapientis. In die malorum non immemor esto bonorum atque in die bonorum non immemor esto malorum. Dic clama ad dominum et dic. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Porro in tempore temptationis consolare et dic. trahe me post te. Sic te non deseret spes in tempore malo nec in bono prudentia deerit. eritque tibi adversa et prospera tenens quandam equanimitatis per imaginem utique in nostrum inviolabilem et inconcussam constantis animi equanimitatem benedicens dominum in omni tempore.

XVI

Vere multiplex spiritus qui tam multipliciter filios hominum inspiratur. ut non sit qui se abscondat a calore eius. Si quis

concedentur eis ad usum. ~~quae in te boni et mali dignis pariter et indignis communia bona~~ ad munimen, ad salutem, ad auxilium, ad solatium, ad fervorem. Ad usum quidem vitae, boni et mali dignis pariter et indignis communia bona humanitatis largissime tribuens, ita ut videatur hic discretionis limitem non tenere. Ingratus est qui nihil eius beneficii quod se non agnoscat. Ad munimen: in signis et prodigiis in variis virtutibus quas per quoslibet manus operatur. Ipse est autem munimenti dilectatus, ut ex praesentibus fidem astruat praeteritorum. Sed quae fiunt ipsis quoque gratiam sine sua utilitate largitur. Secundo insinuandus ad salutem cum in toto corde nostro revertimur ad Dominum Deum nostrum. Porro ad auxilium datur cum in omni colluctatione adiuvat infirmitatem nostram. Nam contestimonium perhibet spiritui nostro quod filii Dei sumus, ea inspiratio est ad consolationem. Datur et ad fervorem cum in cordibus perfectorum vehementius spiritus validum ignem caritatis accendit, ut non solum in spe filiorum Dei, sed etiam in tribulationibus glorientur, contumeliam gloriam reputantes, opprobrium gaudium, despectionem exaltationem. Pauci sunt qui hoc spiritu repleantur, pauci qui studeant aemulari. Contenti sumus angustiis nostris, nec respirare in libertatem illam, nec saltem ad eam suspirare conamur. Invocemus spiritum vivificatorem et ad ardorem contendentes, quia dabit pater qui in caelis est spiritum bonum petentibus se. Oremus ut dignos nos inveniat vel potius efficiat, quatenus veniat ad nos et apud nos faciat mansionem ad laudem et gloriam Ihesu Christi Domini nostri, qui est super omnia benedictus in saecula. Amen. XVII

Sicut ad operandam salutem in medio terrae semel venit in carne visibilis Deus, ita cotidie ad salvandas animas singulorum in spiritu venit et invisibilis. Propterea dignum est ut si valet infirmus in occursum tanti medici procedere, longius saltem conetur erigere caput et aliquatenus assurgere venienti ad te. O homo, mare transfretare non, penetrare nubes non, transalpinare necesse est. Non grandis tibi ostenditur via. Usque ad temetipsum occurre Deo tuo. Prope est verbum in ore tuo et in corde tuo. Usque ad cordis compunctionem et confessionem oris occurre, ut saltem exeas de sterquilinio miserae conscientiae, quoniam indignum est illuc auctorem puritatis intrare. Et haec quidem de adventu suo dicta, quo singulorum mentes invisibili dignatur illustrare potentia. In sermone de VII columnis. Triplicem enim adventum eius novimus: ad homines, in homines, contra homines. Primus et tertius noti sunt, utpote manifesti. Secundus spiritualis et occultus est, in quo delectabiliter dormiunt qui eum noverunt. In priore quidem inter nos visus et cum hominibus conversatus est. In sermone de triplici innovatione. In priore non videbit omnis caro salutare Dei. Medius occultus est, in quo soli eum in se ipsis vident electi, et salvae fiunt animae eorum. In primo ergo venit in carne et infirmitate, in hoc medio in spiritu et virtute, in ultimo in gloria et maiestate. Per virtutem enim pervenitur ad gloriam, quia Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Adventus siquidem iste medius via quaedam est per quam a primo venitur ad ultimum. In primo Christus fuit redemptio nostra, in ultimo apparebit vita nostra, in isto requies est et consolatio nostra. Super psalmum Qui habitat sermone XI. Ad singulos ad omnes autem venit in misericordia et veritate. Ubi enim iam sunt de misericordia ista praesumptio sed oblivio veritatis, sine timore sibi Deus, sed in timore iniquus ex recordatione veritatis. Nulla autem de memoria misericordiae consolatio. Nam in veritatem tenet qui misericordiam non novit est, non agnoscit nec vera esse sine veritate misericordia. Sic itaque ubi misericordia et veritas obviaverunt sibi, ibi se ipso et iustitia et pax osculantur. Nec abesse potest cuius in pace factus est locus.

Magnum bonum quaerere Deum. Ego hoc nullum in bonis animae secundum existimo. Primum in donis, ultimum in profectibus est. Nulli accedit, cedit nulli. Cui accedat, cum nulla praecedat? cui cedat quae omnium magis consummatio est? Quae enim virtus ascribi potest ei qui non quaerit Dominum? aut quis terminus quaerenti Dominum? Non pedum passibus sed desideriis quaeritur Deus. Et utique non extinguit desiderium sanctum felix inventio, sed extendit. Numquid consummatio gaudii desiderii consumptio est? Oleum magis est illi. Nam ipsum flamma sic est adimplebitur laetitia, sed desiderii non erit finis, ac per hoc non quaerendi. Tu ergo cogita si potes quaerendi hoc studium sine indigentia et desiderium sine anxietate: alterum profecto praesentia, alterum copia excludit. XIX

Utique Dominus accelerat, appropiat, adest, respicit, alloquitur. Venit affectu et studio miserendi, accelerat subveniendi zelo, appropiat humiliando se ipsum, adest praesentibus, prospicit in futuros, loquitur docens et suadens de regno Dei. Sic est adventus sponsi: benedictiones et divitiae salutis cum eo, et unde illa quae de ipso sunt affluunt deliciis, et abundantia terrae iocundis ac salutaribus satiantes. Porro qui amat vigilat et observat, et beata quam Dominus invenit vigilantem. Non transibit eam nec praeteribit ab ea, sed stabit et loquetur ei, loqueturque amatoria. Loquetur siquidem ut dilectus. Auscultat in nobis est anima vigilans et observans tempus miserationis suae, sponsique advenientis ita per singula eius motiva diligenter explorans ut cum venit et pulsaverit confestim aperiat ei. Dico ergo tibi ex officio loqui est nec tacere licet: quicumque illud est quod de hiis vel somnio vel alieno teneo experimento, et quod facile experiri potest quisque. Si ergo admonitus sermo vel foris ab homine vel intus a spiritu de tenenda iustitia et servanda aequitate, huiusmodi salutaris suasio erit tibi profecto praenuntia imminentis adventus sponsi et praeparatio quaedam ad digne suscipiendum superni visitatorem. Nichilominus non sperabis eadem, si sermo insonuerit de humilitate vel patientia, seu etiam de fraterna dilectione et obedientia deferenda praelatis; maxime autem de sectanda sanctimonia et pace et cordis puritate quaerenda. Quidquid itaque sive de hiis sive de aliis quibuslibet virtutibus suggestum animae fuerit, significatio erit visitationis Domini virtutum in anima mea. Sed et si corripuerit me iustus in misericordia et increpaverit me, id ipsum sentiam, sciens quia aemulatio viri et benivolentia res facit ei qui ascendit super occasum. Bonus occasus cum ad correptionem cadit homo et corruit in vitium et Dominus ascendit super illud, qualiter hoc pedibus conterens non resurgat. Non ergo contemnenda increpatio iusti, quae ruina peccati cordis sanitas est. Nec non et divina ad animam: sed nec ullus omnino sermo qui edificet ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos negligenter est audiendus, cum utique res quo ostenditur salutare Dei. Ad sermo gratiae venit et placidus, quatenus pervigilo studio cum desiderio audiatur; iam non modo venire sponsus, sed accelerare etiam cum desiderio venire credendus est. Illius namque desiderium tuum creavit, et quod in sermonem eius properas [illegible], inde est quod ipse festinat intrare. Iam si et ignitum eloquium sentis atque ex eo [illegible] in recordatione peccati, recordare tunc de quo scriptura dicit: Ignis ante ipsum praecedet, et ipsum prope esse non dubites. Denique iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde. Sed si non solum compungeris in sermone illo, sed et converteris totus ad Dominum, iurans et statuens custodire iudicia iustitiae eius, et adesse ipsum iam noveris, praesertim si te in ardore sentias amoris. Scriptum utique de illo legis et igne videlicet ante ipsum praecedet et ipsum in hominis igne esse. Differunt autem quod qui praemittitur ignis ardorem habet sed non amorem; coquens sed non excoquens

movens non promovens tantum ad excitandum pruritus et pravam dumtaxat commovendum, quid ego tecum? Sic quo diligens capiat, ac postmodum quod ex Deo mox erit ardor ignis qui Deus est consumens quidem sed non affligens; ardet suaviter, desolatur feliciter. Est enim vere carbo desolatorius, sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, ut in anima vicem exhibeat unctionis. Ergo in virtute qua immutaris et in amore quo inflammaris, Dominum praesentem intellige. Nam dextera Domini fecit virtutem. Non autem sit haec mutatio dexterae Excelsi nisi in fervore spiritus et in caritate non ficta. Porro hic igne consumpta omni labe peccati et rubigine vitiorum, si iam emundata ac serenata conscientia sequatur subita quaedam atque insolita latitudo mentis et infusio luminis illuminantis intellectum vel ad scientiam Scripturarum vel ad mysteriorum notitiam, quorum alterum ut puto nos oblectandos, alterum pro aedificandis proximis reor dari; oculus absque dubio respiciens est iste, educens quasi lumen iustitiam tuam et iudicium tuum tanquam meridiem. Sed sane non pro hostia aperta, sed per angusta foramina illabentis claritatis radius se infundit, stante adhuc dumtaxat hoc ruinosi pariete corporis. Talis sane anime spectat ad quem talem cordis perficias puritatem, ut hunc tantae dignationis ac miserationis respectum sequatur vox blanda et leniter divinam insinuans voluntatem, quae non est aliud quam ipse amor, qui otiosus esse non potest, de his quae Dei sunt sollicitans et suadens.

Ser. cant. s. lxxi. Bonus paterfamilias Dominus qui suorum domesticorum XX curam gerit, maxime in diebus malis, ut alat eos in fame, cibans illos pane vitae et intellectus, et sic invitans ad vitam aeternam. Ac pascens, ita puto, in eis pascitur ipse, et quibus esca est quibus libenter vescitur, profectibus utique nostris. Certum gaudium Domini fortitudo nostra. Ita ergo et cum pascit pascitur, et pascitur cum pascit, ac simul nos suo gaudio spirituali reficiens, et de nostro spirituali profectu gaudens. Cibus est poenitentia mea, cibus est salus mea, cibus ergo ipse. An non etiam tanquam panis manducabor? Ego autem cum arguor, tunc manducor ab eo; mandor cum arguor, glutior cum instruor, decoquor cum immutor, digeror cum transformor, unior cum conformor. Nolite mirari hoc: et manducat nos et manducatur a nobis, quo arctius illi astringamur. Non sane aliter perfecte unimur illi. Nam si manduco et non manducor, videbitur in me ille esse, sed nondum in illo ego. Quod si manducor quidem sed non manduco, me in se habere, sed non in me esse videbitur; nec erit perfecta unio in uno quovis horum. Sed nunc manducet me ut habeat me in se, et a me vicissim manducetur, ut sit in me, eritque firma connexio, cum ego in eo et ipse in me erit. Vis et per simile ostendam quod dictum est. Attollo oculos mentis ut quamdam sublimiorem quidem convenientiam sentiam tamen huius. Si ipse Filius in Patre ita esset ut non tamen in ipso esset Pater, aut ita esset Pater in ipso ut non esset ipse in Patre, audeo dicere et istorum esse perfectam unitatem remanere, sed non tam unitas esset. Nunc vero cum et ipse in Patre et Pater in ipso sit, non est qua claudicet unitas. Sed vere et totum unum sunt ipse et Pater. Sic ergo anima cum adhaerere Deo bonum, non autem se existimet ipse perfecte unitam nisi cum illum in se et se in illo manentem perspexerit. XXI

Ser. cant. s. lxxi. Non sic unum dicitur anima cum Deo sicut unum sunt Pater et Filius. Quamvis qui adhaeret Deo unus spiritus est, legi hoc, sed unum non legi. Non dico de me qui nichil sum, sed nemo plane nec demens, seu de celo seu de terra usurpabit sibi illam unigeniti vocem: Ego et Pater unum sumus. Et ego licet pulvis et cinis, illud dicere vereor quod unus cum Deo spiritus sum, si tamen certis illo persuasus experimentis Deo me adhaerere, admixtum uni illorum qui in caritate manent, ac per hoc in Deo manent et Deus in eis. Nam de tali adhaesione praedictum est: Qui adhaeret Deo unus spiritus est. Unde ergo dicit Filius: Ego in Patre et Pater in me est, et unum sumus, dicat homo: Ego in Deo

et Deus in me est, et unus spiritus sumus. Sed numquid Pater et Filius ut sint invicem, ac per hoc unum, invicem se manducant, sicut Deus et homo mutua se quadam in sese manducatione? Sed nec unus ut per hoc et illi unum esse unus spiritus sunt, absit. Sed nec mutuo sibi inhaesisse atque illi. Sed neque una unitas vero Dei et hominis, unitatem diversitas per unus et unum. Cum sit Patris et Filii unus, nec hominis et Dei unum potest convenire. Illi quidem per unum unitas substantiae est; hic vero per unum eque unitas. Sed longe aliter quam substantia et natura Dei et hominum, nempe et Deus sua cuique et natura et substantia est. Cum Patris Filii consistere permutet esse unum. Videtis illam non unitatem esse, sed quidem hinc singularem similemque unitati comparet. Nam quoniam unitas nec naturae substantiaeque diversitas, unde unus spiritus dicitur et est cum Deo anima adhaerens Deo, non praeiudicat in pluralitas unitati. Hanc consensus facit non confusio naturae sed voluntatum consensio. Ipse hinc quoque in ista corda unum et ... una diu sic scriptum est: Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Sed haec unitas vocitatur quae ad illam quae non unitas nec confert sed excedit unitate. Nam plane illam quaedam instar huius mutua manducatio facit quae nec fit nec est. Nec cohaesio vel conceptio vel tale quid quod unus non est. Est autem Patri Filioque naturae essentia voluntas, et in ista una est unum. Hoc nempe eis est esse quod naturam esse, et velle quod esse vel naturam esse. Non est itaque quod unitas quae unum sunt Pater et Filius dicatur sive de natura vel essentia vel voluntatibus quae unum sunt. Non est quod dicatur vel sit quod est. Non enim facticia est sed natura. Quomodo in sese Pater et Filius non solum inestimabiliter sed et incomprehensibiliter invicem comprehensibiles sunt et capaces, sed sine ita capabiles ut non praecapsibiles, ita capabiles ut non praecipes. Est Pater in Filio in quo sibi bene complacuit, et est Filius in Patre a quo ut nunquam non natus, ita nunquam est separatus. Porro per caritatem homo in Deo et Deus in homine est. Et homo quidem ab aeterno in Deo, tanquam ab aeterno dilectus, qui tamen exit sic qui dicitur quod dilexit et gratificavit nos in dilecto filio suo ante mundi constitutionem. Deus vero in homine ex quo dilectus ab homine. Et ita est homo quidem in Deo est et quidem in homine Deus. Deus autem in homine non est qui non sic in Deo. Manet enim in dilectione, non potest et sic forsitan ad tempus diligat non dilectus. Potest autem mundum diligere et dilectus. Porro cum iam diligit qui diligebatur, homo in Deo et Deus in homine est. Cum autem nunquam diligit nunquam dilectus est, ac per hoc nec ipse in Deo nec Deus in ipso est. Haec dicta sunt ad dandam differentiam inter illam connexionem qua Pater et Filius unum sunt et illam qua adhaerens Deo anima unus spiritus est. Nisi forte quod legitur de homine manente in caritate, quod in Deo maneat et Deus in eo, sonet de Filio quod in homine sit in Patre sit et ipse in ipso participatur ad operari progeniaria et unigeniti unitio. XXII Ser. cant. s. lxxi.

Visio futura stat quae forma erat quam nunc videtur. Scilicet non illam capit ex eo quod est fuit vel erit mutationem. Tolle namque fuit et erit, ut iam substantiae aut vicissitudinis obumbratio. Aut quicquid venerit ex eo quod fuit non cessat tendere in id quod est. Futuri sane hoc per est sed ideo non est. Nam quomodo est quod nunquam in eodem statu permanet? Solum per id est ut quod nec abesse praeterit nec abiens expungitur. Sed solum atque inexpugnabile manet ei est et manet quod est. Nec fuit sane tollit illi esse ab aeterno, nec erit esse medium. Ac per hoc sibi vendicat verum esse et incrementabile, interminabile, invariabile. Cum ergo ipse quod sic est, immo qui non sic aut sic est, videbitur sicuti est. Stat ut diximus illa visio quae nulla eam interpolat vicissitudo. Et vide ille de ... simul omnibus qui sic videntes denariis reddetur in una specie quod observetur. Nam et quod apparet invariabile in se est, ita invariabiliter intuentibus praesto est; et quibus apparet non inde delectabilius nolunt possint delectabiliter. Ergo illa

vel fastidiet aviditas vel se subtrahet suavitas. Verum dabit utilitas vel deficiet aeternitas, quia in aeternum extenditur videndi copia, ardor et voluntas, quoniam in plena felicitate sua quippe aut deest jam semper videntibus, aut quidem est volentibus. Ac talis visio non est vitae praesentis, sed in novissimis reservatur. XXIII

Sup. can. xxxi.

Studiosis mentibus Deus frequenter apparet et sub una specie. Aliud est enim proprie cum medium videt sicuti est, et nunc quidem apparet quibus vult, sed sicuti vult, non sicuti est. Non sapiens, non sanctus, non propheta videre illum sicuti est potest aut potuit in corpore hoc mortali; poterit autem in immortali, qui dignus habebitur. Itaque videtur et hic, sed sicuti videtur ipsi, et non sicuti est. Nam et solem quem quotidie vides, non vidisti tamen aliquando sicuti est, sed tantum sicut illuminat, verbi causa aerem, montem, parietem. Sed ne ipsum quidem aliquatenus posses, nisi aliqua ex parte ipsum lumen corporis tui, pro sui ingenita serenitate et perspicuitate, caelesti lumini simile esset. Denique aliud membrum corporis capax est luminis ob multam dissimilitudinem. Sed nec ipse oculus cum turbatus fuerit lumini propinquabit, nimirum ob amissam similitudinem. Sicut ergo turbatus nullatenus serenum solem videt pro dissimilitudine, serenus autem aliquatenus videt pro aliqua similitudine, sic profecto si pari ipsius puritate vigeret, videret omnino inoffensa acie eum sicuti est, pro omnimoda similitudine. Ita et solem justitiae illum qui illuminat, illuminantem tamen potes jam in aliquo videre si aliquatenus similis; sicuti est autem nondum potes, quia nondum similis. Porro jam praesentibus sed aliud est videre sicuti est quam esse sicuti est et aliqua dissimilitudine non confundi. XXIIII

Sup. can. xxxi.

Tanta sane formarum varietas atque multitudo specierum in rebus conditis, quid nisi quidam sunt radii deitatis, monstrantes quidem quia vere sit a quo sunt, non tamen diffinientes prorsus quid sit. Itaque de ipso vides, non ipsum. Cum autem de eo certum non videas, certa videt. Sed indubitanter existere quem oportet inquirere, inquirentem vero gratia, negligentem ignorantia non excusat. Verum hoc genus videndi commune. In promptu namque juxta Apostolum omnibus utentibus ratione invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspicere. Aliud procul dubio ille modus quo quondam patribus crebra illa atque ambitiosa divinae praesentiae familiaritas dignanter indulta est, cum tamen nec ipsis sicuti est, sed sicut dignata est. Nec uno modo, sed ut ait Apostolus, multipharie multisque modis, cum ipse in se sit unus, et hoc demonstrato non quidem communicans, tamen foris facta est, visibus exhibita per imagines extrinsecus apparentes seu voces sonantes. Est et divina inspectio eo differentior ab hac quo interior, cum per se ipsum dignatur invisere Deus animam quaerentem se, quae tamen ad quaerendum toto se desiderio et amore devovit. Et hoc signum est hujusmodi adventus ejus, sicut ab eo qui expertus est edocemur: Ignis ante ipsum praecedet et inflammabit in circuitu inimicos ejus. Oportet namque ut sancti desiderii ardor praeveniat faciem ejus ad omnem animam ad quam est ille venturus, qui omnem consumat rubiginem vitiorum, et sic praeparet locum Domino. Et tunc scit anima vicinum esse Dominum, cum se senserit illo igne succensam.

ardor desiderii

Non ergo sic affecta et sic dilecta contenta erit omnino vel illa quae videtur per ea quae facta sunt, vel illa quae paucis quondam per somnia et somnia facta est manifestatione, sed ipso intimo et speciali privilegio rogat ab intimis affectibus atque illius medullis cordis caelestem illapsum suscipiat, habeatque praesto quem desiderat, non figuratum sed infusum, non apparentem sed afficientem, nec dubium quin eo jucundiorem quo intus non foris. Verbum est, non sonans sed penetrans; non loquax sed efficax; non obstrepens auribus sed affectibus blandiens. Facies est non formata sed formans; non perstringens oculos corporis sed faciem cordis laetificans; grata quippe amoris munere, non colore. Non tamen adhuc illam dixerim apparere sicuti est, etsi omnino non aliud quam modo exhibeat quam quod est. Neque enim sic continue praesto erit etiam devotissimis animabus, sed nec uniformiter omnibus. Nam pro variis animae desideriis divinae gustum praesentiae variari necesse est, et infusum saporem supernae dulcedinis diversa animae palatum oblectare. XXV

Sup. can.

Ipse est Deus qui concupiscit decorem animae quam forte adverterit in spiritu ambulantem, et curam carnis non perficientem in desideriis, praesertim si suo amore flagitatam conspexerit. Tali animae, suspiranti frequenter, immo sine intermissione oranti et affligenti se pro desiderio, ipse desideratus ille misericors occurrit. Super Cantica sermone xxxii.

Ergo si quis est ita desiderii ut cupiat dissolvi et cum Christo esse, cupiat autem vehementer, ardenter sitiat, assidue meditetur, profecto suscipiet Verbum, si quod desiderium cordis ejus tribuetur ei, et sit ad se peregrinanti in corpore, ex parte tamen idque ad tempus, et tempus modicum. Nam in vigiliis et obsecrationibus et multo labore et imbre lacrimarum quaesitus, adest; et dum teneri putatur, elabitur; et rursum lacrimanti et insectanti occurrens comprehendi patitur, sed minime teneri, dum subito iterum quasi de manibus avolat. Et si instet precibus et fletibus devota anima, revertetur, et voluntate labiorum ejus non fraudabit eam; sed rursum mox disparebit, et non videbitur, nisi iterum toto desiderio requiratur. Itaque et in hoc corpore potest esse de praesentia sponsi frequens laetitia, sed non copia; quia etsi visitatio laetificat, sed molestat vicissitudo. Nec tamen vel in transitu praesto sic omni animae, unum illi dumtaxat quam ingens devotio et desiderium vehemens et praedulcis affectus sponsam probat et dignam ad quam gratia visitandi accessurus Verbum decorem induat, formam sponsi accipiens.

XXVI Sup. can.

Magni patrisfamilias seu regiae majestatis decenter apparere existimo his qui accedentes ad cor altum de magnitudine spiritus libertate et puritate conscientiae magnanimiores facti meruerunt audire majora. In quieti prorsus et curiosi secreta penetrare, apprehendere sublimiora et tempestive perfectiora, ut in sensuum et virtutum hujus et pro fidei magnitudine digni fuerint qui inducantur in omnem plenitudinem. Nec est omnino in omnibus a potenti sapientiae a quo dum attendat tenent cupidos veritatis, vanitatis non solos. Tales itaque magna audent quia magni sunt, et quae audent obtinent. Magna siquidem fides magna meretur. Igitur istiusmodi magnis spiritibus magnus occurret sponsus, et magnificabit facere cum eis. Emittet lucem suam et veritatem suam, eosque adducent et deducent in montem sanctum suum et in tabernacula sua. Regem in decore suo videbunt oculi ejus qui hujusmodi est. Porro sed ad speciosa deserti, ad flores rosarum et lilia convallium, ad amoena hortorum et irrigua fontium, ad deliciosa cellariorum et odoramenta aromatum, postremo ad ipsa secreta cubiculi. Isti sunt thesauri sapientiae et scientiae positi sponsi absconditi, haec vitae pascua praeparata in refectionem animarum sanctarum. Beatus quidem qui implevit desiderium suum ex ipsis. Hoc admonemus sic ne solus habere velit quod pluribus sufficere possit.

Sup. can. xxxi.

XXVII

Dicitur Verbum Dei, Dominus sponsus animae, pro suo velle venire ad animam et item dimittere eam, tantum ut sentiat anima, non ut ubi motum ista fieri sentiant. Ubi ergo cum senserit gratiam, agnoscat praesentiam; cum non, absentiam queratur et rursum praesentiam quaerit. Quid interim in requietate? Neque enim subducto sibi tam dulci sponso interim aliquid aliud non dico desiderare, sed nec

cogitare licebit. Restat ergo ut abeuntem studiose requirat,
revocet abeuntem. Ita ergo revocatur Verbum, et revocatur de-
siderio animae, sed eius animae cui semel indulserit suavitatem sui.
Sive quid non desiderium vox? et valida valde. Verbo ergo abeunte una
interim et continua animae vox, continuum desiderium eius, tamquam unum
continuumque revertere, donec veniat. Et forte id subtraxerit se, quo
avidius revocaretur, teneretur fortius. Nam et aliquando simulabat se longius
ire, non quia hoc volebat, sed magis volebat audire: Mane
nobiscum, quoniam advesperascit. Ergo istiusmodi piam simulationem,
immo salutarem dispensationem, tunc corporalis Deus exhibu-
it. Non cessat idem nunc modo suo spirituali cum devota
sibi anima sedulo agitare: praeteriens vult teneri, abiens revocari.
Neque enim hoc irrevocabile Verbum: it et redit pro beneplacito su-
o, qui visitans diluculo et subito probans. Et ire quidem eius quodam-
modo dispensatorium, redire vero semper voluntarium est. Utrum-
que autem ad plenum iudicium. Ad penes ipsum horum ratio. Nunc vero constat
ut animae fieri huiuscemodi vicissitudines euntis et redeun-
tis Verbi. Volo dicere quomodo mecum agitur in eiusmodi. Non expedit
quidem. Sed gerar largitorem? Sane et prorsus fateor et mihi adventasse
Verbum in insipientia dico, et pluries. Cumque saepius intraverit
ad me, non sensi aliquotiens cum intravit. Adesse sensi, affuisse
recordor. Interdum et praesentire potui introitum eius, sentire num-
quam, sed nec exitum quidem. Nam unde in animam meam venerit, quo-
ve abierit denuo eam dimittens, sed et qua vel introierit vel
exierit, etiam nunc ignorare me fateor. Sane per oculos non intravit,
quia non est coloratum; sed neque per aures, quia non sonuit; sed neque per nares,
quia non aeri miscetur sed menti, nec infecit aerem sed fecit. Neque vero
per fauces, quia non est mansum vel haustum. Nec tactu comperi illud,
quia palpabile non est. Qua ergo introivit? Aut forte nec introivit, qui-
a non deforis venit? Neque enim unum aliquid ex his quae foris sunt. Porro nec de
intus me venit, quoniam bonum, et scio quoniam bonum est, et scio quoniam non est
in me bonum. Ascendi etiam superius meum, et ecce supra hoc Verbum e-
minens. Ad inferius quoque meum curiosus explorator descendi,
et nihilominus infra inventum est. Si foras aspexi, extra omne
exterius meum comperi illud esse; si intus, et ipsum intus erat. Et
agnovi verum esse quod legeram: quia in ipso vivimus, movemur
et sumus. Sed ille beatus est in quo ipsum est, qui illi vivit, qui
ab eo movetur. Quaeris ergo, cum ita sint omnino investigabiles viae eius,
unde adesse noverim? Vivum est et efficax. Moxque ut intus venit, ex-
pergefecit dormitantem animam meam; movit et emollivit et
vulneravit cor meum, quoniam durum lapideumque erat et male sa-
num. Coepit quoque evellere et destruere, aedificare et plantare, ri-
gare arida, illuminare tenebrosa, clausa reserare, frigi-
da inflammare, nec non et facere prava in directa et aspera in
vias planas, ita ut benediceret anima mea Domino et omnia quae intra
me sunt nomini sancto eius. Ita ergo intrans ad me aliquotiens
Verbum sponsus, nullis umquam introitum suum indiciis innotescere
fecit, non voce, non specie, non incessu. Nullis denique suis motibus com-
pertum est mihi, nullis meis sensibus illapsum penetralibus
meis; tantum ex motu cordis, sicut praefatus sum, intellexi praesen-
tiam eius, et ex fuga vitiorum carnaliumque compressione affectu-
um adverti potentiam virtutis eius, et ex discussione sive
redargutione occultorum meorum expertus sum bonitatem man-
suetudinis eius, et ex reformatione et renovatione spiritus
mentis, id est interioris hominis mei, percepi utcumque speciem decoris
eius, et ex contuitu horum omnium simul expavi multitudinem
magnitudinis eius. Verum quia haec omnia ubi abscesserit Verbum quo-
dam illico languore torpentia, prout de latere incipiunt, ac si
caccabo bullienti subtraxeris ignem, et hoc mihi signum abscessionis
eius, tristis sit necesse est anima donec iterum revertatur, et so-
lito recalescat cor meum intra me, id quod sit reversionis indicium.

nam familiare mihi erit quo admixto pro ubi revocatione
revocationis utique quia utique reverti est. Et quotiens elabe-
tur totiens repetetur a me. Nec cessabo clamare cum praeteri-
euntis ardenti desiderio cordis ut redeat et reddat mihi
laetitiam salutaris sui, reddat mihi se ipsum. Fateor, filiae, mi-
nime aliud libet dum non praesto est quod solum libet. XXVIII Fi^s ser. lxxiiii

Utraque res necessaria mihi et veritas quidem, cui absque quidam non pos-
sim; gratia autem, cui volui alioquin sim. Attenta visitatio
plena non erit, cum et illius severitas absque benevola et hu-
ius hilaritas absque illa dissoluta possit videri. Amara est
veritas sine condimento gratiae, sicut absque veritatis freno le-
vis et insolens modum plerumque et insolens ipsa devotio.
Quam multis non profuit gratiam percepisse, pro eo quod temperamen-
tum de veritate pariter non acceperunt, ex hoc in plurimum ob-
potuerunt complacentes sibi in ea diu, verum non sunt veritatis
obtutus, dum non respexerunt ad maturitatem ma-
gisterii, sed totos levitati hilaritatique dederunt. Unde fac-
tum est ut qua privati exultare voluerant gratia priva-
rentur, quibus vel sero dici potuerit: Discite ergo quid
sit servire Domino in timore et exultare ei cum tremore. Er-
go non in sola gratia plenitudo gratiae est, sed nec in sola quidem
veritate. Quid prodest scire quid te oporteat facere si non detur
et velle et facere? Quod sinuerint quod si minime possis quotiens
expertus sum agnita veritate tristiores, et ideo magis quod
iam confugere ad ignorantiae excusationem non licet, scientes et
non facientes quae veritas hortaretur. Ad cum ita se habent
neutrum sine altero sufficiat; et quid penes sponsum utrum-
que devenit, gratia et veritas per Christum Ihesum facta est, ait Iohannes
Baptista. Si ergo cum una earum horum sine altera pulsaverit
ad ostium meum Dominus Ihesus, ipse est enim Dei Verbum, animae sponsus,
intrabit sane non tamquam sponsus sed tamquam iudex. Absit,
nequaquam fiat hoc. Non intret in iudicium cum servo
suo. Intret pacificus, intret iocundus et hilaris, matu-
tinus et serius; intret qui severiori quodam veritatis vul-
tu in me diu insolentiam reprimit, purget laetitiam.
Intret saliens, intret circumspectus, qui culpam dissimul-
ando [illegible], poenam miserando respiciat; intret forti-
nus et splendidus, suavis et mitis, qui non dedignetur ... et si
sponsus animae quaerentis se, cum sit super omnia Deus be-
nedictus in saecula. XXIX Fi^s ser. lxxv

Tanta est dignatio Verbi, tanta benevolentia Patris sibi
erga bene affectam et bene compositam animam, quod ipsum
Patris munus et Verbum opus est, ut quam sua tum benedictione
praevenerunt et praeparaverunt sibi, sua quam dignentur praesentia
et ita ut non modo ad eam veniant, sed et apud eam man-
sionem faciant. Non enim sufficit exhibere mihi copiam sui
beant. Quid est venire ad animam Verbum? Erudire in sapi-
entia. Quid est Patrem venire? Afficere ad amorem sapie-
ntiae. Patris diligere est et Verbo Patris adventum ex tacita dilectione
probatum. Quid faceret absque dilectione eruditio? Inflaret.
Quid absque eruditione dilectio? Erraret. Non decet spon-
sam Verbi esse stultam; porro elatam Pater non sustinet. Pa-
ter enim diligit Filium, et altitudinem omnem extollentem
se adversus scientiam Dei semper in promptu habet deicere atque de-
struere, sive immittendo zelum sive intendendo [illegible]
alterum ... illum iudicium. Virtutem in me omnem extollen-
tiam comprimat, vitio destruat, ad nihilum redigat, non
accensus furor sed infusus amor. Si ergo Dominus Ihesus dignetur
venire vel potius in me in caritate et spiritu mansuetu-
dinis, aemulans me Dei aemulatione. Quid enim ita Deus ut
caritas? Nempe et Deus est. Si mihi in ista venit, in hoc

cognoscam quod non sit solus sed uterque et pater sicut cum eo sola quid eque pertinet. Sed hoc nempe non parum ubi tamen et pater iniuriarum est appellatus et irritatum habet miserum et precem. Si sensero aperiri michi sensum ut intelligam scripturas aut sermonem sapientie eructare ex intimo cordis aut infuso lumine desuper revelari mysteria aut quasi te expandi michi quoddam largissimum celi gremium et uberiores desursum influere influxus ad meditationem nimbos non ambigo sponsum adesse. Ubi siquidem hee copie sunt de plenitudine eius ista accepimus. Quod si se prebet inundantem humilis quedam et pinguis intime aspersionis devotio ut amor agnite veritatis necnon contemptum omnium vanitatis in me generet et contemptum ne forte aut scientia inflet et frequentia visitationum extollat me tepidus paterne sentio agi mecum et patrem adesse non dubito. Si autem permeliorantia hanc dignationem dignus semper quod nunc est affectibus et actibus responde et gratia dei apud me vacua non fuit et mansionem apud me faciet tam pater enutriens quam idem erudiens. Beata putans ex hac mansione meam animam et tibi familiaritatis gratia ornatur. Quanta de familiaritate sequatur fiducia. XXX

Anima ex eo quod se diligi et vehementer diligi sentit et diligit meliorum vehementer non ambigit et de sua singulari intentione sollicitudine et opera diligentia studioque quo incessanter et ardenter invigilat quemadmodum placeat deo. Eo quod se omnia in ipso indubitanter agnoscit. Ergo et propius quam libet penes deum agnoscit. Nec dubitat se amari que amat. Talis est amor dei amorem anime parit et illius prevenit intentus intentam animam facit sollicitudoque sollicitam. Nescio enim quod in vicinitate nature cum semel revelata facie gloriam dei speculari anima potuerit illi conformari necesse est atque in eandem imaginem transformari. Igitur qualem te paraveris deo talis oportet appareat tibi deus. Cum sancto sanctus eris et cum viro innocente innocens eris. Quid nempe et cum amante amas et vacante vacas et cum intento intentus et cum sollicito sollicitus. Vigilas tu vigilat et ipse. Consurge in primis vigiliarum tuarum accelera quantum vis et ipsas anticipato vigilias invenies eum non preveniens. Temere in tali negotio vel prius aliquid tibi vel plus et magis amat et animam. Si hanc illa scio immo ex sententia certe quod illam maiestatem cui certa non animam solum sibi intendere gloriatur cum sollicitam ipse positis curis omnibus totam se devotione custodit. Unum dico unum quod si unam animam deum videntem aut scientem inde cum si sola videatur a deo. Ergo ergo fiducia dicet illam intende sibi soli illi. Michi pre se et alium videt. Bonus es domine anime querenti te occurris amplecteris sponsum exhibes qui dominus est in mundo qui est super omnia deus benedictus in secula.

i. De opere nostre conditionis.
ii. De rectitudine hominis.
iii. De lapsu primi hominis a dignitate status sui.
iiii. De affectu anime cum deo.
v. Quod rectitudinem suam anima perdere potest magnitudinem non amittit.
vi. De simplicitate anime.
vii. De gradu animo quo precedit cetera.
viii. De immortalitate anime.
ix. De libertate anime.
x. Quod homo cum sit liber tamen in facto peccati factus sit servus.
xi. Quod prima forma anime obscurari potest.
xii. Quod libertas anime et destrui potest et non destrui.
xiii. De fiducia quam habet anima ad deum.
xiiii. De incremento anime.
xv. Quod restauratur nobis gratia dei.
xvi. De sacramento baptismi.
xvii. De baptismate puerorum.
xviii. Quod sola fides absque baptismo in necessitate sufficit ad salutem.
xix. De sacramento altaris.
xx. Quod impediunt salutem animarum sic prosequi Christum.
xxi. De medio tenendo.
xxii. De mundo contempnendo.
xxiii. De lumine scientie.
xxiiii. De causa diligendi deum.
xxv. De modo diligendi deum.
xxvi. De premio diligendi deum.
xxvii. De statu iustorum ante adventum domini usque ad iudicium.
xxviii. Quod absque presenti ecclesia celestis gloria perfecta non potest esse.

In primo opere nostre conditionis de limo terre plasmavit hominem deus et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Qualis artifex, qualis auctor rerum ad cuius nutum sic conglutinatur limus terre et spiritus vite. Limus quidem iam antea creatus erat quem in principio creavit deus celum et terram. Ac spiritus autem non commixtus sed propriam habet conditionem nec in massa creatur sed singulari quadam excellentia inspiratur. Agnosce homo dignitatem tuam, agnosce dignitatem conditionis humane. Est tibi cum mundo corpus. Sic enim decet eum qui constitutus est super universam huius creature corporee molem aliqua ei similitudo ex parte sit, est enim et summus ad nec omnino compendium eius creaturis. Compacta et federata sunt in te caro et anima. Illa plasmata, ista federata, ex cuius unione et confusione cui hac unione sociatur. Terram usque ad capitulum filiorum huius seculi ubi sociantur simul inferioris prevalent qui parem habent et humilioribus venientur per liberum. Sic gaudeat fortior minus fortem, ridet sapiens indoctum, simplicem fallit astutus, potens despicit imbecillem. Non sic in opere tuo deus, non sic in tua conspiratione. Non ad hoc sociasti spiritum limo sublimem humili, dignam et excellentem creaturam abiecte et vilis masse, cuius non videar. Frater cum corpori preter animam si quid non vivum est, intensibilis caro tantum. Ab anima ei pulchritudo, ab anima incrementum, ab anima claritas visus et sonus vocis. Denique quod omnis anima est. Ergo quam magna hec coniunctio sed si habebit permanebit. Nec autem locorum divino sui erit munita sigillo, ad imaginem quippe et similitudinem suam creavit hominem deus. Heu disruptum est sigillum et unitas dissipata, accedens ille pessimus latro recens adhuc sigillum fregit. Et sic mutata similitudine divina comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis, secundum animam non secundum arenam et feculentam naturam. II

Deus hominem fecit rectum ad imaginem quippe et similitudinem suam creavit illum. Ipse namque, quia psalmista, rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eo. Consequenter deus rectum fecit hominem sibi similem, id est sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porro iniquitas cordis est, non carnis vitium. Ut pro hoc veris in spiritali conditione tua et non in crassa terrenaque ista dei similitudinem conservandam sit requirenda. Spiritus enim est deus et eos qui adorant eum, ut presentare sieri oportet intrare ad cor atque in spiritu et veritate adorare qui revelata facie speculantes dei gloriam in eandem imaginem transformamur de claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Quinque et corporis statum dedit deus homini rectum scilicet ut ista corporea rectitudo admoneret hominem interiorem illum qui ad imaginem dei factus est spiritualis sue servande rectitudinis ammoneret et decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curvum recto corpore gerere animum. Perversa res est et fedum luteum vas quod est corpus de terra oculos habere sursum, celos libere suspicere, celorumque luminaribus oblectare aspectus, spiritualem vero et celestem creaturam suos econtrario oculos id est interiores sensus atque affectus trahere in terram deorsum, et que debuit nutriri in croceis herere luto tamquam una de suibus amplexari stercora. Ergo sursum corda et sapite que sursum sunt. Summa curiositas anime est et de regione mediorum, aut deo sedente que sursum sunt rectitudo. III

Habitabat homo in paradiso et in loco voluptatis conditionis eius nil molestie, nichil indigentie sentiebat, odoriferis stipatus malis floribus gloria et honore coronatus et constitutus super opera manuum plasmatoris. Magis autem obtinere divine similitudinis precellebat, et erat illi consors et pacem cum plebe angelorum et cum omni milicia celestis exercitus. Sed mutavit ille gloriam dei in similitudinem vituli comedentis fenum. Inde est quod panis angelorum factus est fenum positum in presepio apposito nobis tamquam iumentis. Cibus hominis venit in pabulum pecoris homine mutato in pecus. Heu dolendus et lacrimosa

mutatio. Ut homo paradisi accola, terre dominus, celi civis, domesticus dei sabaoth, frater beatorum spirituum, coheres et celestium virtutum repentina regressione inveniretur, et ipse inter iumenta iacentem in stabulo, et ipse pecorinam similitudinem indigentem feno, et ipse indomitam feritate alligatum presepio. Agnosce enim o bos possessorem tuum, cognosce precepta quod non cognovisti. Ipso adoro in stabulo quem fugiebas in paradiso. Honora presepium contempsisti imperium. Comede fenum quem panem et panem angelorum fastidisti. Sed quandiu inquis tante deiectionis proficio quod homo cum in honore esset non intellexerit? quid non intelligeret positus in honore, non intellexerit quod limo esset, honoris fastigio delectatus. Hinc consortia ceterum gregi admixta est. Hic bestiali similitudine dei similitudo mutata est. Hinc societas cum iumentis pro consortio angelorum mutata est. Fugienda est nobis hec regio de qua tot milia malorum vivimus nos genitis pervenerunt. Cavenda omnimodis ne forte si adhuc sumus in illa et post vexationem inventi fuerimus: multo plane gravioribus poenis mala inveniant nos. Videte quid quod nec vexatio dederit intellectum auditui. III.

Quid anime et verbo? Multum per omnem modum. Primo quid quod naturarum tanta cognatio est, ut hec imago, illa ad imaginem sit. Deinde quod cognatam similitudo testatur. Siquidem non ad imaginem tantum, sed ad similitudinem facta est. In quo similis sit queris? Audi de imagine prius. Verbum est veritas, est sapientia, est iustitia. Et hec imago cuius? iustitie, sapientie, veritatis. Est enim imago hec iustitia de iustitia, sapientia de sapientia, veritas de veritate, quasi de lumine lumen, de deo deus. Harum rerum nichil est anima, quoniam non est imago. Est tamen earum capax appetensque, et inde fortassis ad imaginem. Celsa creatura in capacitate quidem maiestatis, in appetentia autem rectitudinis insigne preferens. Oportet nempe quod ad imaginem cum imagine conveniret, et non inaniter participare nomen imaginis. Quemadmodum nec imago ipsa solo vel vacuo nomine vocitatur imago. De deo vero qui imago est, ipsum David audistis in psalmo canentem: Quoniam quidem magnus dominus noster et magna virtus eius. Nec non: Rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eo. Ab isto recto et magno deo hec imago est ut ipsa recta et magna sit. Hec anima que ad imaginem est. Sed dico nichil, nec quod amplius anima hec imago ab anima que ad imaginem est, quod et hinc magnitudinem rectitudinemque assignavi et plenitudinem. Hec ad mensuram accepit, illa ad equalitatem. An non plus hec est adiuncte et aliud hinc? Utrique autem creatio, aut dignatio contulit illi generatio. Atque id magnificentius esse non dubium est. Sed nec hoc quid eminentius esse quis abnuat quod cum a deo hinc, illi et de deo utrumque sit, id est de dei substantia. Ceterum conferat deo imago sua et omne quod eidem sue imagini impertit utrique ambobus est substantiale non accidentale. Adhuc unum attende in quo imago non parum eminens magni et recti. Ista duo natura a sese disparare quis nesciat? in imagine unum est, neque hoc solum unum sed et cum imagine. Imagini enim non tam id verum est esse quod magnum est esse; sed et id magnum rectumque esse quod esse. Anime non ita tempore magnitudo eius et rectitudo, siquidem divise ab ea, divise ab invicem sunt.

Sicut supra docui eo anima magna est quo capax eternorum. V.
eo recta quo appetens supernorum. Que non querit nec sapit que sursum sunt sed que super terram, non plane est recta sed curva; cum tamen propterea magna esse non desinat, manens utique et sic eternitatis capax. Neque enim aliquando non capax erit, et si nunquam capiens fuerit, ut sit quo sepulta est semper in imagine perstitit homo, et preterea ne si toto pervertitur non superest, spes salutis. Siquidem desinat magna esse et capax, quippe de capacitate estimatur anime magnitudo, quid esset sperare posset, cum capax non foret. Itaque per magnitudinem quam retinet et spem rectitudinis in imagine perstitit homo. Unde et claudicantis pede dicitur qui ad rectitudinem velut claudicantis conversatur et de rectitudine quidem ex huius quod dicta sunt liquet quod divisa est ab anima sit, et ab anime magnitudine. Quandoque et ea non existente, et anima manet et magna. Verum magnitudinis animeque duplicitas non docebitur. Non, inde potius verum rectitudinis animeque duplicitas monstratur. Cum non sine rectitudine ita et magnitudine sua privari anima possit. Illo est enim sua magnitudo anima, si tamen et anima non inveniatur absque magnitudine sua, ipsa tamen et extra animam reperitur. Queris ubi? in angelis. Inde quippe angelis vera anime magnitudo probatur ex capacitate indeficienter eternitatis. Quod non eo constituit anima disparare a rectitudine sua, quod ea carere possit. Quid in eo quod

esse divisa et a sua magnitudine? Quia ubi comparem invenire non posset, cum utique nec illam omnino, non ista in sola sit anima, parvi utrumque differenter differre ab ea. Sed nulla forma est id cuius forma est. Est autem magnitudo forma anime, non nisi sola non quod inseparabilis est illi. Hoc si quid sit valeat differre omnibus hoc non in perpetuo; sed et perpetua quidem hec et anime inseparabiles forme. Sicut quoque sua magnitudo anime, non magis quam sua nigredo corvis, quam sunt candor nivi, quam risibilitas vel rationalitas homini. Cum tamen nec corvum sine nigredine, nec sine candore nivem, nec hominem qui non est risibilis sive rationalis unquam reperias. Ita et anima et anime magnitudo et si inseparabiles, diverse tamen ab invicem sunt. Quo non divise cum hec subiecto alia forma et hec sit. VI.

Adicitur anime ex divine congenitate similitudinis insigne aliud sine dubio excellentius? hoc est illud esse quod vivit et non quod bene quod ne beate vivat; ut similitudo non est equalitatis, gradus propinquitas, gradus tamen. In unius excellentie paris ne fastigii sunt hoc habere esse quod vivit et inde hoc habere esse quod bene vivit. Quod non ubi est illud per sublimitatem, hoc anime per similitudinem. Salva quidem eminentia illius. Palam est affinitas vero palam anime prerogativa. Et ut quod dico planius fiat: soli deo id est esse quod bene esse, atque hoc primum et purissimum simplicitatis. Secundum autem ille est huic. Hoc videlicet habere esse quod vivit, atque hoc anime est, ex hoc et non minori gradu ascendit. Sed non in ad bene sed ad beate vivendum. Non quia vel sit hoc esse quod bene esse illi quod convenit: quatinus eo glorietur per similitudinem verbi, pro dignitate habeat super verbum omnia ossa eius dicant domine quis similis tibi. VII.

Bonus anime gradus est quo et solo ad verbum ascendit vita. Sunt namque viventia et horum gradus duo, que sentiunt et que non sentiunt. Porro in sensibilibus sensibilia preferuntur. Atque utrisque vita qua vivunt et sentiunt, non habitant pariter in gradu uno vita et vivens. Multo minus vita et quod sit non vita. Vita est anima vivens quidem sed non aliunde quam se ipsa. Ac per hoc non tam vivens quam vita, ut proprie de ea loquamur. Unde est quod infusa corpori vivificet illud, ut sit corpus de vite presentia non vita, sed vivens. Unde liquido quod vivo corpori id vivere esse quod esse, cum esse minime et vivere possit. Multo minus que nec corpora sunt ad hunc gradum assurgent. Sed non omne quod vita dicitur vel est communis valebit congredi huic. Est pecorum, est arborum vita. Sensu altera vigens, altera carens. Ac neutra tamen id est esse quod vivit. Cum sit quidem utrorumque operatio est. Anima in demens quoniam vel illa in imbribus, vel alia in temperatis existit. Ac per hoc cum desinit vivificare simul vivere cessant. Sed non et esse. Sequamur quoque tali vite id esse et vivere est quod est et quod non vivit? Porro sicut hoc quidem non est esse quod vivit ad verbum utique vivendum quam perficiet et emigret. Quippe quod neque in hec inferiorem gradum quam poterit pervenire sola que in ipso stare cognoscitur anima, habens in eo dignitatis exemplar. Vita autem semper a simplici immortalis ab immortali, ut non sit longe a summo gradu, id est quod beate vivere est. In quo solus sedet beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium. Accepit itaque in sui conditione anima et si non esse posse, posset tamen esse sic summo proinde gradui quamlibet appropinquans non pertingens tamen, neque vel ipsi hoc erit anime esse quod bene esse, nec quando sic erit. VIII.

Sed immortalis est anima et in hoc verbo similis quidem. Sed non equatur. Siquidem in tantum supercellit immortalitas dei, ut apostolus dicat de eo: qui solus habet immortalitatem. Quod et fidei ego reor pro eo dictum, quod solus sit sicut inmutabilis deus. Vera namque et tota ac vera integra immortalitas tamen non recipit mutationem, quam nec finem aliena et est. Quod omnis mutatio quedam mortis imitatio sit. Omne etenim quod mutatur dum de uno ad aliud transit esse quodam modo necesse est moriatur quod est, ut esse incipiat quod non est. Quod si tot mortes quot mutationes, ubi immortalitas est? Et huic vanitati subiecta est ipsa creatura non volens, sed propter eum qui subiecit in spe. Attamen immortalis anima est, quoniam cum ipsa sibi vita sit, sicut non habet quo cadat a se, sic non est quo cadat a vita. Verum cum constet suis affectibus mutari eam, agnoscat ita se deo in immortalitatem similem, ut sciat sibi deesse non modicum immortalitatis pre solo credens absolutam perfectamque immortalitatem apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. IX.

Absque dubio libertas est plane divinum quiddam prefulgens in anima tamquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi inter bonum et malum, sicut inter vitam et mortem, sed et inter lucem et tenebras, et cognitio iudicii et optio eligendi. Et si qua sunt alia que sint circa animum sese regione respicie

videat nunc ipsa in se ipsa consideret quiddam arbitrium, et ipsum quodammodo dijudicans et discernens. Sic arbitrium in discernendo, ita in eligendo liberum. Unde et liberum nominatur arbitrium, quod liceat versari in his pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potens est. Nam quod feceris boni malive, quod quidem non facere liberum fuit, merito ad meritum reputatur. Et ideo merito laudatur, non solum qui potuit facere mala et non fecit, sed et qui potuit non facere bona et fecit. Ita malo non caret merito, tam qui potuit non facere mala et fecit, quam qui potuit facere bona nec fecit. Ubi autem non est libertas, nec meritum. Propterea quae sunt carentia ratione animalia nichil merentur, quia sicut deliberatione, ita libertate carent. Sensu aguntur, feruntur impetu, impulsu rapiuntur. Neque enim iudicium habent, quo se dijudicent sive regant; sed nec instrumentum quidem iudicii, id est rationem. Unde est quod non iudicantur, quia non iudicant. Quanam quippe ratione ab his ratio exigeretur, quam non acceperunt? Hac ergo in anima non solus homo non patitur, et ideo solus inter animalia liber. X

Interveniente peccato patitur quandam vim et homo, sed a voluntate, non a natura, ne sic quidem ingenita libertate privetur. Quod enim voluntarium, et liberum. Et quidem peccato fit ut corpus quod corrumpitur aggravet animam; sed amore, non mole. Nam quod surgere anima per se iam non potest, quae per se cadere potuit, voluntas in causa est, quae corrupti corporis vitiato et vitioso amore languescens et iacens, amorem pariter iustitiae non admittit. Ita nescio quo pravo et miro modo ipsa sibi voluntas peccato quidem in deterius mutata necessitatem facit, ut nec necessitas, cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem, nec voluntas, cum sit illecta, excludere necessitatem. Est enim necessitas haec quodammodo voluntaria et favorabilis violentia quaedam, premendo blandiens et blandiendo premens; unde se rea voluntas, quae tenetur peccati consensu, nec excutere iam per se, nec accusare tamen ullatenus de ratione habet. Voluntas enim est quae se, cum esset libera, servam fecit peccati, peccato assentiendo. Voluntas hoc est quod se ipsam peccato teneri voluntarie sinendo. Itaque non nolens voluntas tenetur. Volens namque cum quia volens vitia se ipsam non fecit, sed facit. Ita anima miro quodam et malo modo sub hac voluntaria quadam et male libera necessitate et ancilla tenetur et libera: ancilla propter necessitatem, libera propter voluntatem. Et quod magis mirum magisque miserum est, eo rea quo libera, eoque ancilla quo rea, ac per hoc eo ancilla quo libera. XI

Non plane anima naturalem formam exuit, sed superinduit peregrinam. Illa addita est, non ista perdita. Et quae superinducitur obscurare ingenitam potuit, sed non exterminare. Manet in fundamento posita ingenita simplicitas, sed minime apparet, duplicitate operta humanae dolositatis, simulationis, hypocrisis. Quam indigne simplicitati duplicitas admiscetur, quam indigne tali fundamento talis structura committitur. Sed prosequar. Hoc in omni anima cum originali duplicitate originalis simplicitas, ut de collatione confusio augeatur. Pervenitur et immortalitas, sed fuscata et obscurata, vivente tenebrosa corporis mortis caligine. Nam et si sic procul dubio vita vivere videtur, vivere sibi corporis iam non sufficit vere vivere. Quid quod ne sua quidem dispositione dissipatur vitam, tenet sibi anima nempe quae fecerit ipsa mortem. Non enim morte ista temporali duplici illa qualitas immortalitatis quae vestitur tenebrosa carnis veste et misella. Atque inde quod appetentia terrenorum, quae quidem omnia ad mortem sunt, densatur et [illegible] tenebris, ita ut in tali anima nil appareat nisi pallida facies mortis, et imago immortalis apparere conatur. Est enim quae immortalis est, et immortalis appareret et aeterna, ut quod est appareat, et quod [illegible] facit vivat. Certe in convivia quaerit et capit, et mortalibus sese degeneri commixtione consociat, immortalis candorem gloriae mortalis consuetudinis pravo colore denigrat. Quasi mortalium appetens, immortale mortali similem, immortali dissimilem facit; fruendo mortalibus mortalitatem se induit, et veste immortalitatis exuta, mortalis similitudine decoloratur, non exuitur. XII

Quod dicebatur hinc id est propter timorem animae et timor est color libertatem dum rogo et ea. Hoc liberum reddit dissimilem, quam dignitas sua origine non experit, ubi nichil meruerit. Ac per hoc a servili timore eam ingenitam sibi defenderet libertatem, manentem in vigore et decore suo. Sed et voluntaria illa necessitas et gloria lex, et illecta, imbuit eidem tenebat libertatem et liberam voluntatem quasi ipsius voluntatem dum allicit, sibi facit futura, implens faciem

facile non arbitror posse discerni quia tunc ipse loquitur spiritus cum nos alium loquentem audiat. Cum tamen illud sciat quod teste quoque loquitur deus unus et idem sit quod loquitur. Quod teste loquitur nosse plenarium dum confert periculosum esse quod loquitur. Si nimius es teste iudicii tui timeo. Si tuus ipse spiritus est atque eum et miserabilem plange quod interiorem miseriam et tam miserabilem devenerit servitutem. Quotiens non sit castigando corpus humiliando corde sumenda virtute et es exhibenda seu exercitiis virtutibus acquirenda conservandis amplandis salubris cogitatio in mente versatur dum est cum duobus spiritus est qui loquitur aut per se ipsum sane aut per angelum suum et quam adversum humano atque maligno spiritu demum est sic de angelo atque divino. Nec facile est quis loquitur discernere sic ignorare periculosum sit cum tamen cum sit angelum bonum numquam loqui a se tamen ipse sed deum esse qui loquitur in ipso. ca. xviii. de divinis operationibus vocis divine in anima.

Cogitatio salubris non aliter quam divine degustationis sapore suscipi debet. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Vultis nosse quam bene sonans in auribus anime non divina vox conturbat terret diiudicat et si continuo si non avertis aurem vivificat calefacit illuminat mundat denique et cibus tunc est et gladius et confirmatio et medicina et requies. Resurrectio quoque et consummatio unde nihil mirum quod verbum dei iam nunc in veniat omnia in nobis esse quod spectat ad iustificationem si quid et futurum est omnia in omnibus ad glorificationem audiet impiorum et convertibuntur venient ante a voce illa carnalis anima commonescit omnia namque cordis secreta rimatur atque diiudicat sermo vivus et efficax cordium ac cogitationum penetrator. Unde surget mortuus ipso si audierit vocem filii dei vives. Sermo enim quem loquitur spiritus et vita est. Sacer tamen indutum est merito sapienter dicentis ante verbum suum et haec faciet ea. Si trepidus es et cum iam formidas non discedas ab eloquio divino et in flamma vivit. Et eloquium eius ignitum valde quod si tenebris ignotis plangit diligenter audi quid loquitur intra domum te et erit lucerna tua pedibus tuis verbum domini et lumen semitis tuis. Ac fortasse tanto amplius doles quanto clarius peccata tua lumina illuminatus agnoscit. Sed letabit te in veritate quia utique qui est sermo eius. Sanum non tamen lavit manus tuas ecce panis in conspectu tuo mensam ut non de solo pane vivas sed de omni verbo quod procedit de ore dei et in fortitudine cibi illius curras in via mandatorum eius. Si consistunt ad versus te castra et prelium tempore insurgit accipe gladium spiritus quod est verbum dei et in eo facile triumphabis. Quod si forte non est terrenis consuetudo constringat alias [illegible] mittet verbum suum et sanabit te et eripiet de interioribus eius. Sed et si tunc cruciabas adhuc in verbis suis confirmabit te. In hiis atque in hiis plena in tabulis eius exercere donec iam dicat spiritus ut requiescat a laboribus suis. In hoc verbo quiescas dulciter et suaviter soporabis donec veniat cum omnibus qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedunt. Sed quo alii quid mundum alii non timeam et quis sit si est dignus. Amore vel odio et tunc ab auditione mala non timebam. Deinde sed tamen magis auditio perducat ad visionem cum dicit venite benedicti patris.

Aromata procedunt a cuius adversus vos. ca. xix. in corde animae etc. In progradus spiritus septiformis et primum est negligentiam pia vincat malitia. Timor exurgit. Sunt etiam ipse quo conveniunt enim discutiunt conscientiam ventur sollicitudine. Denique deum negligite. Sed ut videt omnia opera sua. Coram virtutum si consuetum dimittat cave sunt in humano corde negligentiam sui et curiositas cetera. Ipsa quippe neglegit qui malignatur voluntatis eius ipso neglectu cotidie deterior. Semper ipsa ex gravior si foras nocet et et curiositas exterior considerat qui interna despicit. Per ea non respicit. Evidenter per inimicum curiositati pietas adversatur et quam illa a corde evocat illa revocat. Nimirum pietas ipsa cultus dei et in corde colit qui in corde cognoscit. Hic tamen per quem curiositas experienciam mali ut facile qui multa vagatur offendat facile cadat in laqueum

facile inveniat quod periculose delectet. Confligit hic ad versus hunc scientia spiritus docens elige bonum et probare malum. Docens quod periculosum sit quid ne expediat experiri. Sed in multis iam in concupiscentia experiencia vero duo autem concupiscentie et per ne propheta meminit sicut mancipium dominum cristum hominem qui legem spiritus honestum abiecit valescerit pudore. Timore autem domini potentis curvit sololque vehiculo appetitum sequi concupiscentiam solam. Mali diminuat fortitudo. Ut non ullam iam viam in manum fortis boni cum iudicat per ieiunia corpus castiget et subiciat suum. Tunc ne forte iam de radice colubri egrediatur de consuetudine concupiscentie. Est autem consuetudo hec genus quidam et pernitiosa cathena. Ut sicut prius concupiscentie aut imperium deinde reliqua ipsa consuetudine ad illicita trahatur. Humana fragilitas solvenda utique facilius est quam rumpenda ut si maxime vulgare presidium oporteat usurpari in duritia violentiam perpere ut consuetudinem consilium opponat. Alioquin si forte violentiam pax cantitribus spiris iudicem provale timendus omnino est ne sine pericolo labor prius sub deficiat quam insolita concupiscentia consuetudo. Nocendum est consilium est sub trahenda occasio est et oportunitas fugienda peccati. Sed forte non dum vetus est nec nova est quam triumphus magis cui debet. Et conceptus ex consuetudine potest ut tanto liberius quanto dignius potestatis ante concupiscentia laxet habenas toto imperium ferat in preceps. Huic ergo conceptum necesse est ut spiritus in mellius in pugnam illuminans tenebris cordis et luce divine inmittit et copiose miseratione. Iustitia nempe divinis altissimis rebus attribuenda est quas quod tamen humana nulla ratione difficile enim ut ipsi fides apprehende possit. Iam si conceptus peccatum accede necesse est et malum ut quo per consolum desperatus nisi admittat. Et cum non est spes in bonis iterum vel timuit. Ex hiis solum hoc remedium est in ipsa adversus malitiam. Sapientia congrediatur ut clavum clavum expellat et pestiferam dulcedinem vitiorum iocunditas spiritualis tractionis excludat. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter sapientia interix eradicando singula vitia singulas que inserendo virtutes. Securitate si quid negligentia ut timore spiritus ex per hec mentis abiciat curiositas. Ut succedat pietas experientia mali fugatur a proposito quoque scientia. Sic et concupiscentie provalet fortitudo et consilium consuetudine amputat et in eius vigilis contemptum amoris et dispensatione omnino sapientia regnat illam quam prius se negligentia soporaverat prius excitaverat curiositas. Satis terrat experiencia seminat concupiscentia ligaverat consuetudo. Contemptus in carcerem miserat malitia. Sigillaverat timor suscitat pietas blande demulcet scientia quod actum sit indicans dolorem apponit quod suum est fortitudo erigit. Consilium mensam ponit reficiat esurientem et salutaribus reperiat alimentis. ca. xx. de divinis nobis in alienis bonis.

Et divitiis nobis dominum nec quid pretium non [illegible] magnum noverit aut dominum non illius simplicissime et omnino invariabilis divinitas illa unica est sed a dominum merito multiplex scribitur divitus pro hiis ante nos. Videntur. Ut quodam aliter sub patre familias agere quidam sub domino quidam sub magistro quidam quoque sub patre et non nulli sub sponso ut cui placeat tibi et pro fide cum inimicum imitari videat. Licet idem ipse et animus eius non deficiant. Primus status est quo adhuc ceperunt esse homines qui tamquam mercenarii sub patre familias vivunt quorum scilicet iteris et mercenaria intentio est. Hiis sed quo in scito videmus aut nullo aut exiguo desiderio eternorum velud sub invide sunt domino et ab eterna petere que desiderent. Iam non tales statim integre esse sub domino qui tamquam sunt seruientem timent. Ne sub iugatur penis in quo sane statim omnino et extremus quam a seculo et in tota sunt. Hinc gradum saluis ad modum proximus et qui per mixta est

eorum. Sed qui parvuli adhuc in Christo lac concupiscunt tanquam magistro
et pedagogo innitentes qui provident dominum in conspectu suo semper
nec iam sicut servi timent supplicia, sed tanquam metuunt plagas
virgarum apprehendentes disciplinam magistri ne quando irascatur
dominus et pereant de via iusta, ne devotionis gratiam subtrahat et mole
stia eius omnia sicut laborant tedio quodam et quasi nauseant intus
anime in amaritudine sue cogitationum. Hec enim ubera quibus casti
gat parvulos suos deus. In hiis utique primordiis et quasi in infantili
etate sic incessum sed accedunt timor domini et disciplina ma
gistri, ut et in illo diligentius observare hoc statuit filii iam
robuste etatis qui non sunt sub pedagogo nec lacte iam potantur
sed vescuntur solido cibo obliti sane que retro sunt in quibus
similis oculus in amaritudine morabatur. Sed ipse iam quod
presencia considerantes non parvulos parvulorum consolationes ea
pernantur magis autem extendentes se in anteriora ad palmam
superne vocationis et introitum future beatitudinis expec
tantes beatam spem et adventum glorie magni dei. Cum enim
autem ut quasi erant parvuli, quia iam profecit in virum perfectum. In hiis
quam plurimis sunt, oportet eum esse suspirare ad hereditatem sedula que cir
ca eam meditatione versari. Nunquid non in mercenarium cum
quis est, cuius qui precio tenetur heredit... cum atque coto
affectu expendit et expectat. In venitur cum aliter gradus sub
limior et affectus dignior, ubi cum penitus castificato corde nil
aliud a deo querit quam ipsum dominum. Crebro siquidem didicit experimen
to quam bonus deus sperantibus in se anime querenti illum. Iste nimirum sui
aliquid non felicitatem non gloriam, non aliud quicquam tanquam privato sui
ipsius amore desiderat, sed ita quasi hic est. Sic tota pergit in deum. Uni
cumque non perfectum desiderium est ut introducat eam rex in cubi
culum suum ut ipsi adhereat suo fruatur. Unde iugiter revela
ta facie quo ad eius celestis sponsi gloriam speculando in ea
dem imagine transformatur de claritate in claritatem tam
quam a domini spiritu. ca. xxi. in parabola de ethiop.

Corpus in vero dulcissimum est quam bonum deo esse rectum non pervenire dic
ationem et firmum vitam intentione. Non sit ut timore nec
aliqua alia fiat vocatione privum ut dum sit aliquid extra variera
tis non maneat affectum ut iste incedat non tendatur firmum ut
perseveret. Vide autem in contemplatione sit aliter consideratio et ge
henne contemptus, presencium et spes futurorum, iudicii et regni et sta
tus corporis post resurrectionem et glorificatio hic humanus et eternus est
quod invidus est in eo conceptus. Primum consideratur peccata sua que
sunt et quanta perpetravit, quod si consideratur in illorum, pacem sint
pro illis puniri in gehenna meretur et ideo consideratio peccatorum recte
iungitur consideratio gehenne. Item si consideratur quam et quanta sit
eterna gehenne et vilia peccatorum meruerit, huiusmodi mens secum se
cum gehennam considerare non vilia eam recordatione peccato
rum pervertet. Hec de causa in utere contemplationis utrumque, id est peccata
et gehenna coniunguntur ex utroque eorum incitatur. Sed in men
te sic posita subeuntur statim contemptus presencium, cum ad vita
est spes futurorum. Sed ne spes mentem dissolutam reddat re
stringitur per iudicium quia considerat ad ea que speravit conscendi
esse per illud horrendum et districtum iudicium. Sed ut terrorem dei iudicio conso
latur regnum et ideo iudicio subiunctum est regnum in quo regno consi
deratur quid erimus et primum statum corporis quod erit immortale et im
passibile, deinde glorificatio erit quod ineffabilis plus claudis
et profulgidus. Post hoc consideratur beatitudo anime sed ipsa anima consideratur et de
cum vivenda est. Que est ultima consummatio omnium et hoc capitulum sic rec
tum et volumptarium purum dicitur est firmum in contemplatione. Primum considera
tur peccata et gehenna deinde sequitur contemptus presencium et spes
futurorum et post iudicium et regnum subiungitur corporis et glorificatio. Ad ul
timum unctio spiritus nostri cum deo. ca. xxii. in sententia dicitur in capitulo.

xxii. Deus licet unus sit et unum sic tamen non sine varietate sanctorum —

unitatem gustantibus nobis dividi videntur hii sapores. Sapit
enim iusticiam et potentiam, amantibus bonitatem et misericordiam. At hic quid
penitus insipiens est qui nec timore deus sapit nec amore dei
cetera quod inter ego sapientem non dixerim. Deum non timet nec diligit eum.
Quoniam id est dixerim inspiens consummatum quam nec non inchoatum. Nam
initium sapientie timor domini, consummatio amor, media sibi vendicat
spes cum quis non iam sapit deus per timorem non tamen per amorem non
putat quoniam non initium nec penitus reputat. ca. xxiii. in sermone de verbo

Commendant nobis sacre scripture Christum dominum. Psalmus —
et ex patre et cum patre et per patrem et sub patre. Quod ex patre est effabilis est
necessitas, quod in patre equalis unitas, quod cum patre equalis maiestas
sane non talis ab eterno eternum non ex patre nascens. Quid in patre aut
cum patre non incognite sociatur in patre cubans, cum patre sedens dici
tur et audite confessionem huius ecclesie. Attributum totum sic in sessione maie
statis sic et confessio equalitatem exprimunt maiestatis. Presentem
aut sibi ei sedens a dextris patris non sane sub pedibus. Ut ergo et se
de quod iam quiescere est, sed iacere magis quid aut delectabilius et que
dammodo dulcius dulcem esse videbitur filio quod a patre est in quod cum patre
omnibus preest in quo putas hoc summa illa pax dei que exuperat omnem
sensum et singularis requies dum cum patre assignet et si digne sanc
ore id exprimi negat corde cum forsitan pie concipitur ut salva quia
in omnibus illius individue simplicitate essentie unitate glorie equa
litatem et sibi unitate velud similitudo quedam ei quietem
consensum et accubitum est cogitari posse distinctio videatur. Iam
non quod dicitur a patre ambulantem significatur et admirari teneris est spectat ad
viventium intrinsecus nimirum visibilis et cum hominibus conversatus medius
vestrum quem nesciebamus stetit, videlicet quod est emanuel nobiscum
deus nobiscum conversans sed cum patre existit nobis stetit adiutorium quod
cum patre stetit zelum designat. Primum namque in omnibus ge
bat gerebat gloriam cuius et necnon facte voluntates eorum superni
dentem consideras sed Christum et hunc crucifixum attendas magis
evidentissime quasi sub patre repies, sed prope et quasi ad huma
ne primitie non humilitatem dire non audebimus quam ait est filius sit
patre. Nemo id presumet si non ipse dixisset deus meus deus meus ut quid
me dereliquisti quia quedam ibi delictorum fuerit non vilia fuit tamen
ta necessitate sibi iterum exhibere unita maiestatis ostensio homines
ergo tibi thema ex patre nascentem in patre cubantem cum patre sedentem
a patre ambulantem per patre stantem sub patre pendentem sine patre morientem.

Martires cum iudicium diem postularent non tamen ca. xxiiii. in ser[mone] de vocibus domini
tanquam vindicte cupidi sed perfectionis desiderantes beati
diis quam tanti beati sunt accepturi dum tamen sentiunt
te in medium tempus donec impleatur numerus fratrum eorum. Acceperunt
quidem iam singulas stolas, sed non vestientur duplicibus donec vestia
mur nos. Vadia tenemus et obsides ipsa eorum corpora sine quibus con
summari non possunt nec ea recipient sine nobis. Ostensio igitur
quoniam ad ventum nostrum expectantur quod desiderant quid sollicitu
de querunt quam libenter audiunt bona de nobis qui dicat tamen
de hiis loquor qui didicimus ex hiis que passi sunt compassionem.
Quoniam et ipsi nos angeli sancti desiderant non de nunciis illorum et de
pulvere illo restaurari sed muri celestis ierusalem putatis quam de
siderant cives celestis instaurari ruinasque sue ruinas quoniam
solliciti sunt ut veniant lapides vivi qui edificentur eis quoniam
discurrunt medii medii inter nos et deum fidelissime deportantes ge
mitus nostros et ipsius nobis gratiam devotissime reportantes pla
ne non dedignabuntur ut simus eorum socii quos fecit sibi. Iam nunc
nunc exultare fecimus iam angelos quoniam conversi sumus ad penitentiam.
Predicavimus et festinemus implere de nobis eorum leticiam nec quasi
os qui de laboras redire ad iniquum et ad nominatum putas
ne placatas hiis mundi quos tanto et tam spacio privare est
gaudio non solum angeli, sed et ipse angelorum creator expectat
non sine et desiderat non sine invitam caritatem qua dilexit nos

nos scilicet propter semetipsum. Nam de filio quis nesciat quod desideret fructum nativitatis et totius vite quam gessit in carne, denique fructum crucis et mortis sue, pretium sanguinis preciosi, nonne ut traditurus est deo et patri regnum quod acquisivit, nunc ei reddendum, pro quibus illum premisit in celis expectat nos et spiritus sanctus. Est enim caritas et benignitas in qua nos predestinati sumus ab eterno, donec dubium quin predestinationem suam velit impleri. Ergo quia omnis nos celestis curie frequentia desiderat et expedit et expectat, curramus non quasi in incertum, currentes desideriis et spiritu fruentes; hec interim sit collatio nostra donec egrediamur, ut deus sit nobiscum. ca. xxvi. De diligendo deo.

Quoniam scriptura loquitur deum omnia fecisse propter semetipsum, erit profecto ut factura sese quandoque conformet et concordet auctori. Oportet proinde in eumdem nos affectum quandoque transire, ut quomodo deus omnia esse voluit propter semetipsum, sic nos quoque nec nosmetipsos nec aliud aliquid fuisse vel esse velimus nisi eque propter ipsum, ob solam videlicet ipsius voluntatem, non nostram voluptatem. Delectabit sane non tam nostra vel sopita necessitas vel sortita felicitas, quam quod eius in nobis et de nobis voluntas adimpleta videbitur. Quomodo stilla aque modica multo infusa vino deficere a se tota videtur, dum et saporem vini induit et colorem, et quomodo ferrum ignitum et candens igni simillimum fit pristina propriaque exutum forma, sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquescere atque in dei penitus transfundi voluntatem. Alioquin quomodo omnia in omnibus erit deus, si in homine de homine aliquid supererit? Manebit quidem substantia, sed in alia forma, alia gloria, aliaque potentia. Sed si ita est, sancti iam soluti corporibus velint sua corpora recepisse, aut certe recipere et desiderent et sperent, haud procul dubio nondum a se penitus immutatas quibus constat necdum penitus decessisse de proprio, ut quod modice intentio reflectatur. Donec ergo absorbeatur mors in victoriam, et noctis undique fines lux perhennis invadat et occupet usquequaque, quatenus et in corporibus gloria celestis effulgeat, non possunt anime ex toto se ponere et transire in deum, nimirum ligate corporibus etiam tunc, et si non vita vel sensu, certe affectu naturali, ita ut absque his nolint nec valeant consummari, cum illo absque profectu anime nec ponitur corpus nec resumitur. Nec mirum si corpus iam glorie conferre videtur spiritui, quod et infirmum et mortale constat ipsi non mediocriter valuisse. Valet deum diligenti anime corpus suum infirmum, valet et mortuum, valet et resuscitatum: primum quidem ad fructum penitentie, secundum ad requiem, postremo ad consummationem. Merito sine illo perfici non vult quod in omni statu in bonum sibi subvenire persentit. Bonus plane fidusque comes caro spiritui bono, que ipsum aut si onerat iuvat, aut si non iuvat exonerat, aut certe iuvat et minime onerat. Primus status laboriosus sed fructuosus, secundus ociosus sed minime fastidiosus, tercius gloriosus. ca. xxvii.

Constat animam triplicem esse naturam, ut et sic sapientes tradiderunt hominis animam humanam rationalem, irascibilem, concupiscibilem esse tradiderunt, quam utique triplicem vim esse ipsa quoque cotidiana experimenta nos docent. De quibus saciabitur. Porro quemadmodum esse rationale nostrum et irascibile et ignorantia constat tanquam vitiis et propriis, sic et esse concupiscibile desiderium, et tempus et esse id quod dicitur irascibile, et leticia pro et ira vitiatur. Implebit ergo deus rationale nostrum luce sapientie ut penitus nichil desit in ulla scientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iusticie, ut omnino desideret nichil nisi eam, et ea penitus repleamur. Nulla enim alia res ipsius potest desiderium esse, nulla alia preter iusticiam beatificare animam potest. Cum ergo repleverit deus concupiscibile nostrum iusticia, quicquid respicit deus, anima respiciet; quicquid deus concupiscit, concupiscet, et ex omnibus id magis appetet quod magis appetendum. Unde concupiscibili nostro iusticiam attribuimus, ex quo inimicum aut illa aut in illa reputamus. Iam vero quod dicitur in nobis irascibile, cum repleverit deus, perfecta erit in nobis tranquillitas, et in summa iocunditate atque leticia replebitur pace divina. Et unde si non in his tribus perfecta quidem sane ad animam quis beatitudo consistit, quam scientia sine iam iusticia iam non consistit propter leticiam, quam iusticia non indiscreta est propter scientiam nec honerosa propter leticiam, quam leticia nec inepta erit propter scientiam nec impura propter iusticiam. Sed in omnibus non adhuc exterior homo noster accepit, ut in hominem gloria et interna nostra exterior sine querenda, quam nimirum constat ex elementis mortuis esse compactum; non mireris quod pluribus indigeat qui minor est. Hanc ergo terra immortalitatem, nec iam denuo metuat se in pulverem redigendam; resurgens enim corpus nostrum iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Sed quid prodest si forte contingat semper vivere infirmum et corruptum passibilitate hinc, quia nimirum incessanter corpus hoc corruptibile affligitur, et si non semper utique quandoque morte hac certe et quodammodo impassibilitatem ab humoribus, vel in ordinatis causis procedit animi passionis. Sed iam desiderat corpus nostrum et levitatem solummodo eam nimirum quam hic exactio ponderum. Tanta vero credenda est corporum levitas et agilitas bonorum ut possint si velint absque omni mora seu difficultate ipsam quoque cogitationum velocitatem sequi ad omnia velocitate. Quid ultra de eo ad perfectam corporis beatitudinem? Sola utique perfectio claritatis, hanc perfectissimam futuram in vivo possumus attribuere ei pro quo sperimus ab igne salvatorem nostrum expectamus, ut ait apostolus, qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Ex hiis que pollicetur est quam fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Sic ergo replebit animas deus cum perfecta in eis trinitas fuerit, perfecta unitas, perfecta leticia. Sic replebitur maiestate omnis terra cum fuerit corpus immortale, impassibile, agere configuratum, denique corpori claritatis sue.

Incipiunt omelie beati Bernardi super cantica canticorum lxxxiij.

Vobis fratres alia quam aliis de seculo aut certe aliter dicenda sunt. Illis siquidem lac potum dat et non escam qui apostoli formam tenet in docendo. Nam spiritualibus solidiora apponenda esse cibaria idem ipse suo docet exemplo. Quales vos nimirum esse confido nisi frustra forte ex longo studiis estis celestibus occupati, exercitati sensibus, et in lege Dei meditati die ac nocte. Itaque parate fauces non lacti sed pani. Est panis apud Salomonem isque admodum splendidus sapidusque, liber dico qui cantica canticorum inscribitur. Proferatur si placet et frangatur. Cum enim duo sint mala que vel sola vel maxime militant adversus animam, vanus scilicet amor mundi et superfluus sui ipsius, utrique duo libri paulo ante editi obviare noscuntur. Alter sarculo discipline prava queque in moribus et carnis superflua resecans; alter luce ingenii in omni gloria mundi fucatum vanitatis sagaciter deprehendens, vera etiam distinguens a solido veritatis. Deinde universis humanis studiis ac mundanis desideriis pretulit Deum timere eiusque observare mandata. Merito quod ille exordium sapientie, primum istud, in illo secundum consummatio est. Si tamen constat non aliud veram et consummatam esse sapientiam quam declinare a malo et facere bonum, itemque recedere a malo neminem posse perfecte absque timore Dei, nec opus bonum omnino esse preter observantiam mandatorum. Depulsis ergo duobus malis duorum lectione librorum competenter iam acceditur ad hunc sacrum theoricumque sermonem, qui utpote amborum fructus non nisi sobriis mentibus et auribus committendus est. Alioquin ante carnem discipline studiis edomitam et mancipatam spiritui, ante spretam et abiectam seculi pompam et sarcinam, indigne ad spiritualis lectionem sancti presumitur. Sicut nempe lux incassum offunditur oculis cecis vel clausis, ita animalis homo non percipit ea que sunt spiritus Dei. Puto autem quia iam non fefellit. Unde advertimus vos instanter, si qui vobis venit amicus, cum et tertium istum suppleri panem. Si cui frangere adest paterfamilias, cognoscite Dominum in fractione panis. Quis enim alius idoneus? Ecce enim omnium vestrum sicut domine parvuli petierunt panem, et non est qui frangat eis. Speratur id a benignitate tua, o piissime: frange esurientibus panem tuum, meis quidem si dignaris manibus, sed tuis viribus.

Osculetur me osculo oris sui. Quam iocundum eloquium quod ab osculo principium sumit, et blanda ipsa quedam scripture facies facile afficit et allicit ad legendum, ita ut quod in ea latet delectet et cum labore investigare, nec fatiget inquirendi forte difficultas, ubi eloquii suavitas mulcet. Verum quem non valde attentum faciat istius modi principium sine principio et novitas in veteri libro locutionis? Unde constat hoc opus non humano ingenio, sed spiritus arte ita compositum, ut quamvis sit difficile intellectu, sit tamen inquisitu delectabile. Titulus talis est: Incipiunt cantica canticorum Salomonis. Observa in primis pacifici nomen, quod est Salomon, convenire principio libri qui incipit a signo pacis, id est ab osculo; simulque adverte huiusmodi principiis solas ad huius intelligendam scripturam invitari pacificas, que sese iam a molestia vendicare perturbationibus et curarum tumultibus prevalent. Verum ne hoc quoque otiosum putes, quod non simpliciter cantica, sed cantica canticorum hic inscriptum. Nimirum quam plurima cantica in scripturis et multorum illorum titulo memini appellari. Cecinit Israel carmen Domino, quo gladium pariter et iugum evaserit Pharaonis, gemino maris mirabili liberatus simul et vindicatus obsequio. Non tamen quod cecinit dictum est canticum canticorum. Sane omnis ni fallor cecinisse refertur, pariter quoque suo suorum, nec proprio quin modo. Ubi ergo pro obtentu victorie pro evasione periculi aut pro cupito rei qualiscumque adepto beneficio ne ingrati beneficiis divinis invenirentur. At vero rex iste Salomon sapientia singularis, sublimis gloria, rebus affluens, pace securus, nullum talium eguisse cognoscitur pro quo accepto ista decantare videtur. Ergo pro sui excellentia reor nuptiale hoc carmen huiusmodi titulo presignitum, ut merito cantica canticorum singulariter appelletur, sicut et ipse cui canitur singulariter est dictus rex regum et dominus dominantium. Ceterum si experientiam advertitis vestram, nonne in victoria qua vincit mundum fides vestra, et in exitu vestro de lacu miserie et de luto fecis cantastis et ipsi Domino canticum novum, quoniam mirabilia fecit? Rursus cum adiecit statuere supra petram pedes vestros et dirigere gressus vestros, puto quod et vobis immissum est pro indulta novitate vite in os vestrum canticum novum, carmen Deo nostro. Quid cum penitentibus vobis non solum peccata dimisit, sed insuper promisit et premia, nonne magis spe gaudentes futurorum bonorum cantastis in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini? At si cui forte vestrum clausum vel obscurum aliquid de scripturis medium elucet, tunc profecto necesse est pro percepta celestis panis alimonia divinas mulceat aures in voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Sed et in cotidianis exercitiis et bellis nulla hora pie in Christo viventibus desunt a carne, a mundo, a diabolo, sicut militiam esse vitam hominis super terram incessanter experimini in vobismetipsis. Cotidiana necesse est cantica pro assecutis victoriis innovari. Quotiens temptatio superatur aut vitium subiugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus insidiantis deprehenditur, aut annosa et inveterata queque anime passio semel perfecte tandem sanatur, aut multum diuque cupita et sepius petita virtus tandem ad munus Dei obtinetur, quid nisi totiens iuxta prophetam personat gratiarum actio et vox laudis, et ad singula queque beneficia benedicatur Deus in donis suis? Alioquin ingratus reputabitur in iudicio qui non poterit dicere Deo: Cantabiles mihi erant iustificationes tue. Arbitror vos in vobis ipsis illa iam recognoscere, que in psalterio non cantica canticorum, sed cantica graduum appellantur, eo quod ad singulos profectus vestros iuxta ascensiones, quas quisque in corde suo disposuit, singula sint cantica depromenda ad laudem et gloriam promoventis. Alio namque modo impleatur non video illud: Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Aut certe apostoli pulcherrima saluberrimaque exhortatio: in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris Deo. Sed est canticum quod sui singulari dignitate et suavitate cunctis merito que memoravimus, et si qua sunt alia, antecellit, et merito hoc appellaverim canticum canticorum, quia ceterorum omnium ipsum est fructus. Istius modi canticum sola unctio docet, sola addiscit experientia. Experti recognoscant, inexperti inardescant desiderio non tam cognoscendi quam experiendi. Non enim est strepitus oris, sed iubilus cordis; non sonus labiorum, sed motus gaudiorum; voluntatum non vocum consonantia. Solum vero est illud cantare seu audire anime puerilis et neophite adhuc et recens converse de seculo, sed provecte iam et erudite mentis, que sub nimirum profectibus Deo promovente in tantum iam crevit, quatenus ad perfectam etatem et ad nubiles quodammodo pervenerit annos, annos dico meritorum, non temporum. Sed preterit hora qua nos exire urget ad opera manuum et paupertas et institutio regularis.

Secundus sermo. II.

Ardorem desiderii patrum suspirantium Christi in carne presentiam frequentissime cogitans, compungor et confundor in memetipso. Et nunc vix contineo lacrimas

ita prius: et sponsisque inestimabilium typus horum. Cum namque in
visu tamen vigeat gaudium gratie huius exhibite, quantum accen-
dat sensus veteribus desiderium promissio. Illorum ergo desiderium flagrans
et pie expectationis affectum spirat mihi vox ista: Osculetur
me osculo oris sui. Non audio iam Moysen impeditioris
sequitur lingue factus est mihi; Ysaye labia immunda sunt; Ie-
remias loqui nescit quia puer est; et prophete omnes elingues
sunt. Ipse quem loquuntur, ipse loquatur; ipse me osculetur osculo
oris sui. Cuius utique sermo vivus et efficax osculum mihi est,
non quidem compaginatio labiorum que interdum pacem mentitur
animorum, sed plane infusio gaudiorum, revelatio secretorum, mi-
ra quedam et quodammodo indiscreta commixtio superni lumi-
nis et illuminate mentis. Sic os osculans verbum assumens,
osculatum caro quod assumitur, osculum vero quod pariter ab osculan-
te et osculato conficitur, persona ipsa ex utroque compacta, me-
diator Dei et hominum homo Christus Iesus. Felix osculum ac stupen-
da dignatione mirabile, in quo non os ori imprimitur, sed Deus
homini unitur. Et ibi quidem contactus labiorum complexum signifi-
cat animorum; hic autem confederatio naturarum divinis humana con-
iungit, que in terra sunt et que in celis pacificans. Sed ac-
cipite et alium sensum. Non latuit sanctos et ante adventum
salvatoris Deum super mortalium genus cogitare cogita-
tiones pacis. Erat tamen in dubium hoc adhuc a multis.
Erat namque in tempore illo rara fides in terris et tenuis
admodum spes. In pluribus quoque illorum qui expectabant
redemptionem Israel, qui vero presciebant, ipsi et predicabant
Christum in carne venturum et cum ipso pacem. Immo per ipsum
Dei gratiam homines reconciliandos cum omni fiducia sicut divi-
nitus acceperant predicabant. Ceterum illis prenuntiantibus
pacem, moram autem faciente auctore pacis, nutabat populi
fides, dum non erat qui redimeret neque qui salvum faceret. Ita
quod causabantur homines moras, quod ille totiens nuntiatus
necdum veniret princeps pacis, et suspectas habentes pro-
missiones, signum promisse reconciliationis quod est oscu-
lum flagitabant. Ac si unicuique pacis nuntiis quilibet de
populo diceret: Si vis ut credam placatum Deum, quod de hac bene pla-
cito voluntatis tam crebra iam legatione spondes, nec
exhibes: osculetur me osculo oris sui, sicque in signo pacis facia-
at de pace securum. Nam verbis iam quomodo credam? Opus ma-
gis est ut opere illa firmari. Hinc accedit quod huius qui nuntius
se profitetur mediatorem ad deum Dei filius est et deus
est. Et quid est homo ut innotescat ei, aut filius hominis ut
reputetur ei? Que mihi fiducia ut tante me audeam credere
maiestati? Unde, inquam, mihi et cuius presumo deum curam habere
mei? Ipse diligit patrem suum, me non opus habet, bonorum
meorum non eget. Unde ergo constabit mihi quod mediator meus
in parte neutra sit, ut ex equo partibus conveniens mediator
neutri suspectus sit? Deus filius Dei fiat homo, fiat filius
hominis, et certum me reddat in hoc osculo oris sui. Securus sus-
cipio mediatorem Dei filium quem agnosco et meum. Omnino
plane iam non suspectus erit: frater enim et caro mea est. Puto
enim spernere me iam non poterit os de ossibus meis et caro de
carne mea. Ita ergo veteris querela sancti osculum, id est in-
carnandi verbi misterium exigebat, dum et longa et molesta
expectatione fatigata fides deficeret et infidelis populus ad
promissa Dei velut tedio murmuraret. Adinventio mea est
si non hoc ita et vos recognoscatis de scripturis. Inde erant
profecto querule ille et plene murmure voces: Manda re-
manda. Inde anxie ille et plene pietate preces: Da mercedem
domine sustinentibus te. Inde blande ille et plene consolatione
promissiones: Ecce apparebit dominus et non mentietur. Item: Prope

est ut veniat tempus eius. Ecce ego declino super eos quasi
fluvium pacis. In quibus vero satis apparet et predicatorum instan-
tia et diffidentia populorum. Sic itaque et plebs murmurabat et fi-
des nutabat; et iuxta Ysaye vaticinium angeli pacis amare
flebant. Sic ergo Christo moram faciente, ne humanum genus
desperatione periret, dum se contemptibile suspicaretur pro sua
mortalitate, sive de reconciliationis gratia totiens repromis-
sa diffideret, sed qui de spiritu certi erant certitudinem de carnis
presentia expostulabant, ac signum reformande pacis pro pusilla-
nimes et incredulos omni instantia requirebant. Felix tamen
ex omnibus Simeon, osculo pacis in pace dimittitur. Felices quo-
que in sua provocatione pastores, qui signum huius visione digni fac-
ti sunt. Iam tunc se abscondebat a sapientibus et pruden-
tibus et revelabat parvulis; et Herodes videre voluit, sed quia non
bona voluntate non meruit. Pacis siquidem signum erat datum
tantum hominibus bone voluntatis. Herodi vero et similibus eius non datur
nec signum. Vobis humilibus, vobis obedientibus, vobis non alta sapi-
entibus, vobis vigilantibus et in lege Dei meditantibus die ac
nocte. Cuius rei signum indulgentie gratie pacis et pacis cuius
non erit finis. Hoc signum pacis propheta quondam regi Achaz
proponebat petendum. Sed impius rex recusavit, non credens miser
quod in signo hoc ima summis in pace sociandam esset. Hinc
in recollige summa pax, hoc secum osculum duobus excavit
[illegible] mediatum uniendo et inferius facto facerent et desiderio
excitaret predicatorum. Porro ipsum osculum est non aliud quam mediator
Dei et hominum homo Christus Iesus. Qui cum patre et spiritu sancto. III

Hodie legimus in libro experientie. Convertimini ad vos ipsos
et attendat unusquisque conscientiam suam super his que dicen-
da sunt. Explorare velim si cui unquam vestrum ex sententia do-
natum sit dicere: Osculetur me osculo oris sui. Non est enim cuius vis homi-
nis ex affectu hoc dicere; sed si quis ex ore Christi spirituale osculum vel
semel accepit, hunc proprium experimentum proculdubio sollicitat et re-
petit libens. Ego arbitror neminem vel scire posse quid
sit nisi qui accipit. Minime ergo id sibi arroget mei similis
anima honerata peccatis, suisque adhuc carnis obnoxia passioni-
bus, que suavitatem spiritus necdum senserit, internorum igna-
ra atque inexperta penitus gaudiorum. Ostendo tamen ei quibus
locum in salute sibi convenientem. Non temere ad os serenis-
simi sponsi, sed ad pedes severissimi domini mecum pavida ia-
ceat, et cum publicano etiam tremens non celum aspiciat, sed
terram. O quecumque es talis anima, non tibi ille locus videatur despi-
cabilis, ubi sancta peccatrix peccata deposuit, induitque sanc-
titatem. Flevit amare, et de intimis visceribus longa suspi-
ria trahens salubribusque intus se concussa singultibus, fel-
lis humores evomuit. Celestis medicus celeriter sub-
venit, quia velociter currit sermo eius. Nunquid non potio
est sermo Dei? Est utique fortis et vehemens et scrutator cor-
dis et renum. Denique sermo Dei vivus et efficax. Huius ergo tu
penitentis exemplo prosternere et tu, o misera, ut desinas
esse misera; prosternere et tu in terram, amplectere pedes, placa
osculis, riga lacrimis, quibus tamen non illum laves, sed te. Ita tamen
et suffusum pudore ac merore vultum non attolle, non ante
audeas quam audias et ipsa: Dimittuntur tibi peccata tua. Surge
itaque primo ad pedes osculo, ne statim ad osculum
osculum oris assurge. Sed erit tibi gradus ad ipsum medium quod-
dam aliud osculum quod secundo loco ad manum accipies. Si dic-
etur mihi: Iesu dimittuntur tibi peccata tua, nisi ego peccare desiero,
quid proderit? Sordes omnium gratie viciorum iacent diu in luto fecis.
Sed erit sine dubio recidenti et iacenti debitor. Cum autem deponere
voluntatem peccandi, opus est ut addatur et quidem vir-
tutem ne recenti penitentie. Faciam nobis illum mea pe-

tota proruit. Ve enim mihi etiam penitenti si statim subtraxerit manum. Verbum inquit in oratione ne re[...]. Paveo et quod iudex intentat arbori non facienti fructum bonum. Fateor propter huiusmodi non sum omnino contentus priori gratia qua iam malorum sum penitens nisi manum accepero ut videlicet dignos faciam penitentie fructus, deinceps non revertar ad vomitum. Nolo repente fieri summus; paulatim proficere volo. Quantum displicet Deo impudentia peccatoris, tantum penitentis verecundia placet. Cui placabis eum si mensuram tuam servaveris et altiora te non quesieris. Longus saltus et arduus est de pede ad os, sed nec accessus conveniens. Per manum tibi transitus sit: illa prius te tergat, illa te erigat. Decorem continentie et dignos penitentie fructus que sunt opera pietatis. Hec de stercore te erigent in spem audendi potiora. Sane accipiendo donum osculare manum. Hoc est non tibi sed nomini eius da gloriam. Da semel et da iterum, tum pro donatis veniis, tum pro collatis virtutibus. Iam tandem noscis duobus geminum huiusmodi dignationis experimentis. Fortasse non confunderis super sanctiore [...]. Quanto quippe crescis in gratia tanto et fiduciam dilatatis. Inde fit ut ames ardentius et pulses fidentius pro eo quod tibi deesse sentis. Iam simul illud quod restat est summe dignationis et mire suavitatis osculum. Credo non negabitur [...]. Hec via, hic ordo. Primo ad pedes procidimus et ploramus coram Domino qui fecit nos ea que fecimus nos. Secundo manum querimus sublevantis et roborantis genua dissoluta. Postremo cum ista multis precibus et lacrimis obtinuerimus, tunc demum audemus forsitan ad ipsum os glorie caput attollere, paveo et tremens dico, non solum spectandum, sed et osculandum. Semper auditam fecisti in mane misericordiam tuam. Cui iacenti primum pulvere tuaque deosculanti tenenda vestigia quod male vixeram remisisti. Porro in progressu diei letificasti animam servi tui cum deinde in osculo manus et bene vivendi gratiam indulsisti. Et nunc quid restat o bone Domine nisi ut iam in plenitudine luminis in fervore spiritus ad oris quoque osculum dignanter admittens adimpleas me letitia cum vultu tuo. Ego orabo ad hospites ne quid desit officiis eius de qua loquimur caritatis, ne forte inde nos audire contingat: Dicunt enim et non faciunt. Vos orate interim ut voluntaria oris mei beneplacita faciat Deus ad nostram in ipsorum edificationem et laudem et gloriam nominis sui. IIII

Diximus si recolitis illa oscula fuisse, ad pedes, ad manum, ad os, singula singulis referentes. In primo sane primordia dedicantur nostre conversionis, secundum autem proficientibus indulgetur. Porro tertium sola experitur et rara perfectio. Ad hoc solo quod ultimum positum est sumpsit exordium scriptura ista, cum tractare suscepimus; et ipsius causa reliqua duo a nobis adiuncta sunt. Cur vero cum sufficere poterit dixisse simpliciter osculetur me, preter morem tamen usitatum loquendi et singulariter adiecit osculo oris sui, nisi ut ostenderet ipsum quod petebat osculum summum esse non solum. Nonne denique ita vulgo loquimur: Osculare me, vel da mihi osculum; et nemo sequitur ut dicat ore tuo, sive osculo oris tui. Denique qui narrat: Ubi ergo a Domino susceptum in osculo proditorem, osculatus est, ait, eum, nec addidit ore suo vel osculo oris sui. Sic omnium omnis et qui scribit et qui loquitur consuetudo. Sunt ergo tria hec animarum affectus sive profectus: aut de actis malis indulgentiam, aut de bonis agendis gratiam, aut ipsius et indultoris et benefactoris sui presentiam, eo quidem modo quo in corpore fragili possibile est optamus intueri. Certum primum et secundum quia [...] ne oscula vocabulum manifeste accipite osculum pacis indicium est. Porro autem si peccata nostra separant inter nos et Deum, tollatur de medio quod interest et pax est. Cum ergo satisfacimus ut ablato quod separat peccato reconciliemur, indulgentiam quam recipimus quid nisi quoddam osculum dixerim pacis? Idem interim non alibi quam ad pedes sumendum. Humilis quippe et verecunda debet esse satisfactio qua emendatur superbia tumultuosa. Si inde et iam magis in Domino gloriaris, quam profecto et iam Domini manum osculari convenies, quod iuxta beati Iob sententiam est iniquitas maxima et negatio in Deum. Si ergo ad scripture testimonium propriam gloriam querere proprium est osculari manum, profecto qui dat gloriam Deo, digne dicitur in Domino manum osculari. Et in hominibus quidem ita esse videmus: servos videlicet offensorum dominorum osculari solere pedes cum ab eis veniam petunt, et pauperes divitum manus cum ab eis munus accipiunt. Os habet Deus quo docet hominem scientiam; et manum habet qua dat escam omni carni; et pedes habet quorum terra scabellum est, ad quos nimirum peccatores terre conversi atque humiliati satisfaciant. Sed inquam habet Deus omnia per effectum, non per naturam. Invenit profecto apud Deum et verecunda confessio quo se humiliando deiciat; et prompta devotio ubi se innovando reficiat; et iocunda contemplatio ubi excedendo quiescat. Omnia omnibus est qui omnia administrat, nec quicquam est omnium. Ipse non quod longe ab unoquoque sit, qui esse omnium est, sine quo omnia nichil. Sed ut tu plus mireris et nil eo presentius et nil incomprehensibilius. Quid nempe cuique rei presentius quam esse suum? Quid cuique tamen incomprehensibilius quam esse omnium? Esse est ergo omnium que facta sunt ipse factor eorum; sed causale, non materiale. Tali proinde modo dignatur illa maiestas suis esse creaturis omnibus quidem eis quod sunt, animantibus autem quod et vivunt. Porro ratione utentibus lux, recte vero utentibus virtus, vincentibus gloria.

Sermo quintus. V

Quatuor sunt spirituum genera: pecoris, noster, angelicus, et qui condidit illos. Non est ex omnibus cui sit ipse sibi, sit ipse alii, sit ipse utrique necessarium corpus vel corporis [...] excepto duntaxat illo cui omnis tam corporalis quam spiritualis creatura unice confitetur et dicit: Deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges. Sed primum ita quidem corpori congestum ut nec subsistere absque illo [...] possit. Simul quippe et vivificare desinit et vivere ille spiritus cum moritur pecus. Vivimus nos vivimus quidem post corpus; sed ad ea quibus beate vivitur nullus nobis accessus patet nisi per corpus. Ipse sciverat qui ait [...] facta sunt, id est omnia illa invisibilia non nisi per corporis instrumentum sensa in nostram noticiam veniunt. Hoc si in obiciatur de primis regnantibus quod absque sensu in corpus [...] de corpore ad beatam vitam [...] transire credantur. Breviter respondeo hos illis conferre gratiam non naturam. Et quid ad me de miraculis dicere qui de naturalibus dissero. Iam quod et superiores celestes spiritus opus corporibus habeant, illa maxime res nos faciat vera tenere divina sententia. Nonne omnes sunt administratorii spiritus? Quam ergo modo implent ministerium suum absque corpore presertim apud viventes in corpore. Denique non est discurrere nec de loco ad locum transire nisi corporum, quod fieri ab angelis tam indubitata quam nota probat auctoritas. Hinc est quod et visi sunt patribus, et ad eos intraverunt et manducaverunt et pedes laverunt. Angelus non curat fatigio quod in libertate spiritus administrare officium pietatis [...] donorum promptum [...] alacriterque sese ministrum exhibens [...] cuius, ut sic dicam, [...] iocunditatis. Iste ergo ut mire servatur ille et prope subveniat. Ambo procul dubio suis corporibus egent ut invenientur [...] in quo ipsi eis inveniuntur non videntur ad perfectum [...] Porro autem superiores celestes spiritus absque adminiculo corporis et absque ministerio horum que per corporis sensuum sola profecto sue vivacitate ad vivacitatem non sufficit apprehendere summa et intima penetrare. Audi hoc apostolum intellexisse qui cum dixisset: Invisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, adiecit protinus: a creatura mundi. Sed non quam a creatura celi. Quo nos quidem involuti carne ac terre incola spiritus ex consideratione sensibilium proficientes gradatim quodammodo paulatim

qui tenetur pervenire. Eo ille celestium habitator ingenita subtilitate ac sublimitate sua in omni velocitate facilitateque pertingit. Nullo itaque sensus corporei adminiculo est tus, nullo corporei membri adiutus officio vivax, capax rei informatus mente. Cum non indigeat corpora spiritales sentes sensus quos in libro vite et absque contradictione legit et absque difficultate intelligit. Hec brevis quod nec angelicus spiritus ad ea capessenda que beatam spiritualem faciunt creaturam suis ullo modo corporibus adiuvatur. Ille quidem pro innata sublimitate non capiens istis non pro excellentioris glorie prerogativa non indigens. Porro hominis spiritum qui medium quendam inter superum et infimum tenet locum usque adeo ad utrumque necessarium habere manifestum est, ut absque eo nec ipse proficere nec alteri prodesse possit. Quomodo queso aut solam linguam nisi audientem auribus propriis instruentem? Itaque cum absque corporis adminiculo nec spiritus eius conditionis solvere debitum nec spiritualis celestisque creatura impleat ministerium pietatis nec totalis alia tam proximo quam sibi sufficiat gloriae ad salutem. Liquet omnem creatum spiritum sive ut vivat sive ut vivificet sive ut vivat et pro prius indigere solatio. Quid enim si qua altaria quam adulti sunt reparans commoda nullaque apta nisi humanarum necessitatum. Plurimum profecto nisi et si non nisi utiliora cordibus intuentium quam viventium esse corporibus possint. Sed si nocivia et si perniciosa temporali hominum contra salutem, non tamen docere eorum corporibus. Verum cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Et si non credendo in cibum aut exhibendo nihilominus tamen ingenium exercendo iuxta eum qui utique omnium intentionem profecto est omnium disciplinarum perfectionem quo invisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Nam et diabolus et satellites eius licet illorum semper maligna intentio. Noceat quidem semper cupiunt; si boni emulatores fuerimus, quibus dicitur quis nobis nocere poterit si boni emulatores fuerimus absit ut possint. Magis autem plurimum et nolentes cooperantur in bonum bonis. Certum angelica corpora utrum naturalia spiritibus naturalia sint sicut hominibus sua et sint animalia sicut homines et immortalia tamen quod non dum sunt homines. Porro ipsa corpora mutent et vertent in formas et species quas volunt, densantes et solidantes ea quantum volunt, cum tamen in sua veritate pro subtilitate nature sue impalpabilia sint et nisi omnino inattingibilia nisi ab his ipsis? an vero simplici spiritui substantia sustinentes corpora cum opus est sumant, et mutuoque expleto opere ponant in eandem de qua sumpta est materiam dissolvenda. Vos non accepi? solo non tamen requiratis. Videntur patres de huiusmodi diversa sensisse, nec mihi perspicuum est unde aliud docere et nescire me fateor. Sed et vestris profectibus non multum conferre arbitror harum rerum notitiam. Illud autem sciote nullum creatum spiritum per se nostris mentibus applicari ut videlicet nullo mediante nostri sui nec corporis instrumento vel nobis commisceatur vel infundatur quo eius participatione docti sive doctores vel boni sive meliores efficiamur. Nullus angelorum nulla animarum hoc modo capabilis est, nullus ego capax. Nec ipsi angeli ita sunt alterutrum capaces. Sequestretur proinde prerogativa hec summo atque incircumscripto spiritui qui solus cum docet angelum sive hominem scientiam instrumentum non querit vel corporee auris sicut nec sibi oris, per se infunditur, per se innotescit, purus capitur a puris, solus nullius indiget. Solus et sibi et omnibus de sola omnipotenti voluntate sufficiens. Operatur tamen in mentes et in innumera per subiectam sibi creaturam corporalem sive spiritualem, sed quasi imperans non quasi mendicans. Ecce ubi gratia quos linguam mea corporalem assumpsit, nunc in opus suum docere videlicet vos cum per se absque dubio facilius sicumque

id posset. Profecto non indigentia est, sed indigentia. In profectu siquidem nostro virtutem querit, non sibi solatium. Id ipsum scire opus est homini operanti bonum, ne forte sed de bonis domini et non in domino glorietur. Est enim qui bonum operatur et volens tamen homo malus sive angelus malus et ostendit non ei ipse enim quod fit per eum cum proinde nullum bonum possit inesse. Quod ei quidem dispensatio sua credita est. Sed nescio quo gratiis iocundiusque sentitur bonum quod per malum dispensatorem ministratur. Ipsa est quoque causa cur per malos Deus faciat bona bonis non aliter ut opera eorum indigna

Plenius certe vacare soli Deo. Cum beneficiendo. VI.
sicut immortalitatem ita et incorporeitatem, quod solus spiritus invisibilem corporeum naturam eousque transcendat ut quodcumque corpore in quocumque opere non indigeat. Solo spiritu nutu cum vult et ad quecumque vult agenda contentus. Deus invalidas errores de monte umbroso et de templo dignantis contra solem posuit tabernaculum suum, obtulit carnem sapientibus carnem, per quam discerent sapere et spiritum. In carne in mediis et per carnem potentem ac patentem operatus miracula, locutus salubria passus indigna, evidenter ostendit quod ipse sit qui potenter in invisibilis sola condidit sapienter regit, benigne protegit. Denique dum evangelizat ingratis signa prebet infidelibus pro suis crucifixoribus orat. Nonne liquido ipsum se esse declarat qui cum suo cotidie oriri facit solem suum super bonos et malos. Hoc est quod ipse aiebat: Si non facio opera patris mei nolite credere. Ut aperiit os carnis sue docuitque in monte discipulos qui spiritualiter angelos intellectibus docet. Ut secus corporales pedes iacet ac penitens audit peccatrix: Dimittuntur tibi peccata. Nunc noscit eum de quo ex illa vero spiritibus scriptum legimus: Egredietur diabolus ante pedes eius. Nempe peccatum remittit, ubi procul dubio diabolus de corde peccatoris expellitur. Itaque hoc quod cum caro non percipiebat animal quippe non percipit ea que sunt spiritus Dei, opus fuit in corporalibus pedibus corporaliter inclinari et corporalibus labiis pedes eosdem deosculari veniam peccatorum percipiat. Siquidem illa mutatio dextere excelsi qua invisibiliter invisibilis iustificat impium etiam carnalibus innotescat. Verum illos spirituales pedes Dei quos primo loco spiritualiter osculari penitentem oportet. Prorsus me non oportet curiositate vestram qui in sua voluntate inscrutatum omnino preterit. Nec non dubitamus contemptum nosse quis scriptura pedibus tam frequenter commemorat. Nunc quidem stare ut ibi: Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Nunc non ambulare ut ibi: Et inhabitabo in illis et inambulabo in eis. Nunc et currere iuxta illud: Exultavit ut gigas ad currendam viam. Si recte apostolo visum est caput Christi referre divinitatem puto et nobis non incongrue videri pedes ad humanitatem pertinere, quorum alterum misericordiam alterum iudicium volens. Hinc pedibus devotas perambulare mentes incessanter lustrantes scrutansque corda et renes fidelium. Felix mens cui semel dominus Iesus utrosque imprimit pedem. A duobus signis agnoscere ea possit. Sunt timor et spes. Ille iudicii illa misericordie representant imaginem. Merito beneplacitum est Domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius, cum initium sapientie timor Domini sit. Spes quoque profectus. Nam consummationem sibi caritas vendicat. Que cum ita sint non parvus fructus est in primo hoc osculo quod ad pedes accipitur tantum curato et neutro fraudetur. Porro si dolore peccati et iudicii timore compungeris, veritatis iudicii vestigio labia impressisti. Et si timorem doloremque divine intuitu bonitatis et spe consequende indulgentie temperes, pedem amplecti te noveris. Alterum autem sine altero osculari non expedit, quia et recordatio solius iudicii in barathrum desperationis precipitat et misericordie fallax assentatio pessimam generat securitatem. Datum est et mihi misero

vicissim sedere solus pedes domini Iesu, et modo hunc modo illum tota devotione complecti, inquantum me sua benignitas dignabatur admittere. At si quando miserationis oblitus, simulante quasi severitate iudicio, paulo diutius inhaererem, mox incredibili ac miserabili confusione deiectus et tenebroso circumfusus horrore, hoc solum palpitans de profundis clamabam: Quis novit potestatem irae tuae, et prae timore tuo iram tuam dinumerare? Quod si eo relicto pedem misericordiae plus tenere contingeret, tanta e contrario incuria et negligentia dissolvebar, ut cito fieret et oratio tepidior, et actio pigrior, et risus promptior, et sermo incautior, et omnis denique interioris exteriorisque hominis status instabilior appareret. Proinde magistra instructus experientia, non iudicium iam solum aut solam misericordiam, sed misericordiam pariter et iudicium cantabo tibi, Domine.

VII

Vos perurgetis inquirere et de manu. Non manum sed manus ostendo, propriisque distinguo vocabulis. Latitudo una, altera fortitudo dicatur, quod et tribuat affluenter et defendat potenter quod dedit. Utramque profecto osculabitur qui ingratus non fuerit, Deum utique bonorum omnium sicut largitorem ita et conservatorem recognoscens et confitens. Osculetur me osculo oris sui. Quis dicit? Sponsa. Quae ipsa? Anima sitiens Deum. Sed pono diversas affectiones, ut ea quae proprie sponsae congruit distinctius eluceat. Si servus est, timet a facie domini; si mercenarius, sperat de manu domini; si discipulus, aurem parat magistro; si filius, honorat patrem; quae vero osculum postulat, amat. Excellit in naturae donis affectio haec amoris, praesertim cum ad suum recurrit principium, quod est Deus. Nec sunt inventa aeque dulcia nomina, quibus verbi animaeque dulces ad invicem exprimerentur affectus, quemadmodum sponsus et sponsa; quippe quibus omnia communia sunt, nil proprium, nil a se divisum habentibus. Una utriusque hereditas, una domus, una mensa, unus thorus, una etiam caro. Si ergo amare specialiter principaliterque sponsis convenit, non immerito sponsae nomine censetur anima quae amat. Amat autem quae osculum petit. Non petit libertatem, non mercedem, non hereditatem, non denique doctrinam, sed osculum, more plane castissimae sponsae ac sacrum spirantis amorem, nec omnino valentis flammam dissimulare quam patitur. Non enim facit proemium, non captat benevolentiam, sed ex abundantia cordis repente prorumpens, verecundia frontisque satis: Osculetur me, ait, osculo oris sui. Annon tibi videtur quasi dicere manifeste: Quid mihi est in caelo, et a te quid volui super terram? Amat profecto castissime, ipsum quem amat quaerens, non aliud quicquam ipsius. Amat ardentius, quae ita proprio debriatur amore, ut maiestatem non cogitet. Vere quid? Cum ad ipsum sponsum sermonem dirigit, et ad alios tamquam de absente: Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Grandis quippe res petitur, et opus est verecundia commendari precem, commendari petentem. Credimus angelos sanctos adstare orantibus, offerre Deo preces et vota hominum, si tamen sine ira et disceptatione levari puras manus perspexerint. Probat hoc angelus ita loquens ad Thobiam: Cum orabas. Nam quod psallentibus quoque dignanter admisceri sancti angeli soleant, quid eo manifestius quod psalmista ait: Praevenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuvencularum tympanistriarum? Unde et dicebat: In conspectu angelorum psallam tibi. Doleo proinde aliquos vestrum gravi in sacris vigiliis deprimi somno, nec caelicives revereri, sed in praesentia principum tamquam mortuos apparere, cum vestra ipsi alacritate permoti vestris intersint solemniis delectentur. Vereor ne vestram desidiam quandoque abhominantes cum indignatione recedant. Proinde et si forte a nobis bonum spiritum elongaverimus, tunc impetus malignorum quis sustinebit? Dico ergo his qui huiusmodi sunt: Maledictus qui opus Dei facit negligenter. Sed attendite principes, ubi vos cum statis ad orandum vel psallendum, et state cum reverentia et disciplina, et gloriamini quia angeli vestri quotidie vident faciem Patris. Nimirum missi in ministerium propter nos, qui hereditatem capimus salutis, devotionem nostram in superna ferunt, referuntque gratiam. Suscipiamus officium quorum sortimur consortium laudem, sicut illi cum cantoribus hymnum dicentes, ut pote cives sanctorum et domestici Dei. Psallite sapienter. Cibus in ore, psalmus in corde sapit. Tantum illum terere non negligat fidelis et prudens anima quibusdam dentibus intelligentiae suae, ne si forte integrum glutiat et non mansum, frustretur palatum sapore desiderabili, et dulciori super mel et favum. Mel in cera, devotio in littera est. Alioquin littera occidit, si absque spiritus condimento glutieris. Si autem cum apostolo psallas spiritu, psallas et mente, sic delectabitur in castitudine anima tua, sic holocaustum tuum pingue fiet, sic placabilem regem, sic placebis principibus, sic denique totam curiam benivolam reddes, et odorati odorem suavitatis in caelestibus de te quoque dicent: Quae est ista quae ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus? Principes, inquit, Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Neptalim; hoc est confitentium, continentium, contemplantium. Norunt siquidem principes nostri regi suo acceptam esse psallentium confessionem, continentium fortitudinem, contemplantium puritatem, et solliciti sunt exigere a nobis istiusmodi primitias spiritus, quae profecto non aliud sunt quam primi et purissimi fructus sapientiae. Iuda namque interpretatur laudans et confitens, Zabulon habitaculum fortitudinis, Neptalim cervus emissus, nimirum agilitatis suae saltibus exprimit speculantis excessus, sed et opaca penetret nemorum, et ille sensuum contuens. Constat quod qui dixit: Sacrificium laudis honorificabit me. Verum si non speciosa laus in ore peccatoris, nonne procul dubio necessariam habetis continentiae virtutem, ut peccatum non regnet in vestro mortali corpore? Porro continentia non habet meritum apud Deum quae gloriam requirit humanam. Idcirco maxime opus est et puritate intentionis, qua soli mens velit Deo et placere appetat, ut valeat inhaerere. Siquidem non aliud est inhaerere Deo quam videre Deum, quod solis mundis cordibus singulari felicitate donatur. Aderat, inquit, nihil excitare caelestes sese nunciis familiares exhibent et frequentes, praesertim si frequenter orantes perspexerint. Quis dabit, o beati principes, per vos hoc beneficium, ut petitiones meas innotescere apud Deum? Non, inquam, Deo cui et cogitationes hominum confitentur, sed apud Dominum, hoc est ipsos qui cum Deo sunt tam beatis virtutibus, cum carne solutis spiritibus. Non ambigo quin gratanter in palatio colligantur, cum dignanter tam sequestri mittantur. Denique laetati sunt de conversione et in assumptione sua agnoscenda. Hos itaque puto sponsam alloqui, et quasi tamquam sponsi domesticis ac sodalibus desiderium cordis sui aperire, cum ait: Osculetur me osculo oris sui. Et unde familiare amicaeque colloquium animae in carne subsistentis cum caelestibus potestatibus? Gestit in osculum petere quod cupit, et tamen non nominat quem amat, quia illos nosse non dubitat, utpote de quo sibi frequenter cum illis solebat esse confabulatio. Ipsa enim non dicit: Osculetur me ille vel ille, sed Osculetur me tantum. Sicut et Maria Magdalena non exprimebat ex nomine quem quaereret, sed tantum aiebat ei quem putabat hortolanum: Domine, si tu sustulisti eum. Quem eum? Non exprimit, quia palam omnibus esse credit quod a suo corde non ad momentum recedere potest.

VIII

De oris osculo disputare propositum est. Audite attentius quod sapit suaviter et gustatur rarius et intelligitur difficilius. Sua itaque mutua gignentis genitique cognitio pie et dilectio quid nisi osculum est suavissimum sed secretissimum? Ego pro certo ad tam et tam sanctum divini amoris ar-

cherubin. Nec ipsam quidem angelicam admitti arbitror curiositatem. Unde nec ista, quamquam multum praesumens, audet tamen dicere: Osculetur me ore suo, soli id Filio reservans; sed aliquid minus postulans: Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Nec enim exiguum quid aut vile petit, osculari ab osculo, quod non est aliud nisi infundi Spiritu sancto. Nempe si recte Pater osculans, Filius osculatus accipitur, non erit ab re osculum Spiritum sanctum intelligi, utpote qui Patris Filiique imperturbabilis pax sit, gluten firmum, individuus amor, indivisibilis unitas. De ipso ergo audax sponsa, ipsumque infundi sibi fidens, sub osculi nomine petit. Petit ergo audenter dari sibi osculum, hoc est Spiritum illum in quo sibi et Filius revelet et Pater. Alter enim sine altero nequaquam innotescit. Constat quia nec Pater sine Filio nec Filius sine Patre agnoscitur. Merito proinde non in alterius tantum, sed in utriusque agnitione constituit beatitudinem qui dicit: Haec est vita aeterna, ut agnoscant. Denique et qui sequuntur agnum, referuntur habere nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis, quod est de utriusque notitia gloriari. Sed dicit aliquis: Ergo et Spiritus sancti agnitio non est necessaria? Est utique. Sed ubi Pater et Filius perfecte agnoscitur, utriusque bonitas, quae Spiritus sanctus est, quomodo ignoratur? Neque enim integre homo hominem innotescit, cui adhuc latet utrum nam bonae an malae sit voluntatis. Quamquam et cum dicitur: Haec est vita aeterna, ut agnoscant te solum Deum verum et quem misisti Jesum Christum, si profecto missio illa beneplacitum tam Patris benigne mittentis quam Filii voluntarie obedientis demonstrat, non omnino tacitum est de Spiritu sancto, cum tanti utriusque gratiae mentio facta est. Utriusque siquidem amor et benignitas Spiritus sanctus est. Tunc ergo cum agnitionis infundi sibi gratiam conicit, quidquid capi in carne mortali potest, sponsa petit, cum osculum petit. Petit autem a Filio, quia Filii est cui voluerit revelare. Revelat ergo Filius se ipsum cui vult, revelat et Patrem. Revelat autem sine dubio per osculum, hoc est per Spiritum sanctum, apostolo teste qui ait: Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum. At vero dando Spiritum per quem revelat, et ipsum revelat: dando revelat, et revelando dat. Porro revelatio quae per Spiritum sanctum fit, non solum illustrat ad agnitionem, sed et accendit ad amorem, dicente Paulo: Caritas Dei diffusa est. Et ideo forsan de illis qui cognoscentes Deum non sicut Deum glorificaverunt, non legitur quod Spiritu sancto revelante agnoscerent, quia cum agnoscerent non amaverunt. Sic quippe habes: Deus enim illis revelavit. Nec enim additum est: per Spiritum suum, ne sibi sponsae osculum mentes impiae usurparent, quae contentae ea quae inflat, illam quae aedificat nescierunt. Unum tamen dicit quia nec perfecte agnoverunt quem minime dilexerunt. Sed si integre agnovissent, bonitatem qua pro eorum redemptione in carne nasci et mori voluit, non ignorassent. Audi denique quid eis de Deo revelatum fuit: Sempiterna quoque virtus eius et divinitas. Vides quia quod sublimitatis quodque maiestatis est, in sua praesumptione spiritu non Dei, sed suo rimati sunt. Quod autem mitis est et humilis corde, non intellexerunt. Vos autem cavete ne in archanis sensibus pedem figatis, mementote quod sapiens admonet: Altiora, inquit, te ne quaesieris. In spiritu ambulante illis et non in sensu proprio doctrina spiritus non curiositatem acuit, sed caritatem accendit. Et quippe quod sapientiae et intellectus, qui instar apis ceram portantis et mel, habet omnino et unde accendat lumen scientiae et unde infundat saporem gratiae. Neuter ergo se osculum percepisse putet, sive qui veritatem intelligit nec diligit, sive qui diligit nec intelligit. Sane in osculo isto nec error locum habet nec tepor. Quamobrem geminae gratiae sacro tanti osculi suscipiendae paret et regionem duo labia sua, quae sponsa, intelligentiae rationem, capiendae voluntatem, ut de pleno osculo glorians mereatur audire: Diffusa est gratia in labiis tuis. Christus

plenitudinem capit, osculum de ore sumit. Quia non de plenitudine, osculum de osculo recipit. Christo ergo osculum est plenitudo, Paulo participatio, ut cum ille de ore, iste tamen de osculo osculatum se glorietur. Felix tamen osculum per quod non solum agnoscitur Deus, sed diligitur Pater, qui nequaquam plene agnoscitur nisi cum perfecte diligitur. Quae in vobis anima sensit aliquando in secreto conscientiae suae Spiritum Filii clamantem Abba Pater? Ipsa paterno se diligi praesumat affectu, quae eodem se Spiritu quo et Filius sentit affectam. Confide, quaecumque es illa, confide, nihil haesitans. In Spiritu Filii filiam agnosce te Patris, sponsam vel sororem Filii. Utroque vocabulo eam quae huiusmodi est invenies appellari. Ad manum est unde id probem, nec multum laborabo. Vox sponsi est ad ipsam: Veni in hortum meum, soror mea sponsa. Soror quidem est quia ex uno Patre; sponsa quia in uno Spiritu. Si namque carnale matrimonium constituit duos in carne una, cur non magis spiritualis copula duos coniunget in uno spiritu? Denique qui adhaeret Domino unus spiritus est. Sed audi et de Patre, quam amanter quamque dignanter et filiam eam nominat, et nihilominus tamquam nurum provocat ad filii blandos mutuos amplexus: Audi, inquit, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum. Ecce a quo ista flagitat osculum. O sancta anima, reverentiam habe, quoniam ipse est dominus Deus tuus, et forte non osculandus sed adorandus cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

IX.

Accedamus iam ad librum. Non quiesco, ait, nisi osculetur me osculo oris sui. Gratias de osculo pedum, gratias et de manu; sed si cura est ei ulla de me, osculetur me osculo oris sui. Non sum ingrata, sed amo. Accepi, fateor, meritis potiora, sed prorsus inferiora votis. Desiderio feror, non ratione. Ne, quaeso, causemini praesumptionem, ubi affectio urget. Pudor sane reclamat, sed superat amor. Nec ignoro quia honor regis iudicium diligit; sed praeceps amor nec iudicium praestolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi subicitur. Accessit ipse de quo sermo erat. Utique libens apparet de se loquentibus, sic euntibus in Emmaus et conferentibus inter se eodem se comitem exhibuit. Ita ergo nunc nostris collationibus delectatus est, qui pervenit prior. Arbitror quidem non ubi expectat, sed solis cogitationibus advocatus. Sponsa ergo sponsum adesse praesentiens subito, pudet non praesumptionis in qua se deprehensam intelligit; nam verecundius id moliri per internuntios aestimaverat. Mox conversa ad ipsum, excusare conatur: quia meliora sunt, inquiens, ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Ac si dicat: Si altum sapere videor, tu fecisti, o sponse, qui in dulcedine uberum tuorum tanta me dignatione lactasti, quatenus omni metu tua caritate, non mea temeritate depulso, audiam plus forte quam expediat. Audeo sane pietatis memor, immemor maiestatis. Duo sponsi ubera duo sunt in ipso ingenitae mansuetudinis argumenta: quod et patienter expectat delinquentem, et clementer recipit paenitentem. Gemina inquam dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini Jesu: longanimitas videlicet in expectando, et in donando facilitas. Pulchre David propheta comprehendit utrumque dicens: Longanimis et multum misericors. Huius ergo geminae ubertatis experimento in tantam se fiduciam excrevisse fatetur, quod lasciva audet petere osculum. Quid mirum, dicens, si praesumo de te, o sponse, quae de tuis uberibus tantam tamen experta sum abundantiam suavitatis? Ergo ad audendum me provocat dulcedo uberum tuorum, non meorum conscientia meritorum. Quod autem dicit: meliora sunt ubera tua vino, hoc est pinguedo gratiae quae de tuis uberibus fluit efficacior mihi est ad spiritualem profectum quam mordax increpatio praelatorum. Nec solum meliora vino, sed et fragrantia unguentis optimis, quia non modo mentem dulcedinis lacte pascitis, sed bonae quoque opinionis grato odore re

gis. absentes bonum huiusce testimonium et ab his qui intus et ab
his qui foris sunt. Hec inquam lac intus et foris unguenta.
Quia quis te cerneret quos lacte reficeres si non prius odore attraheres.
Sed ipsa ubera que sponse data sunt a sponso congruenter nunc
audiamus. Quibus studium est orare frequenter, experti sunt quod dico. Sepe cor-
de tepido et arido accedentibus ad altare orationi incumbentibus, per-
sistentibus autem gratia repente infunditur. Hinc te o sponsa novissimus osculum
accepisse cum te concepisse sentis. Unde et ubera tua intumuerunt tam
in ubertate lactis, meliora vino scientie secularis. Que quidem ebriat
sed curiositate non caritate, implens non nutriens, inflans non
edificans, ingurgitans non confortans. Sed demum et sodalibus ista
deponite. Sinite inquit murmurare adversus sponsam, quod ideo plus
valet quia ille iam dedit quod cupis. Quid enim postulas te quod
delectat, sed ubera quibus parvulos alis quos et paris meliora hoc
est utiliora sunt vino contemplationis. Aliud siquidem est quod v-
nius letificat cor hominis, et aliud quod edificat multos. Nam
et si hominis et aliud quod edificat multos. Nam et si Rachel formosior,
sed Lia fecundior est. Noli ergo nimis insistere osculis contemplationis, quia
meliora sunt ubera predicationis. Occurrit et alius sensus quem
quidem non proposueram, sed in mente precedo. Ut quid etiam ubera hec
sit magis convenire dicimus eis ipsis quibus precessit in sollicitudine
tanquam parvulis mater aut nutrix. Sed et equanimiter forinsecus
invenies et tenere adhuc animam illam vacare quieti. Cum plerisque
eruditi doctrina exemplis informari desiderant. Hoc itaque
sentientes osculis inhiare sponsam secretum querere sibi, fu-
gitare publicum, declinare turbas et curas vitare, propriam preferre
quietem. Noli inquiunt, noli, quia maiora in uberibus tuis in am-
plexibus fructus est. Per ea siquidem nos generas, a carna-
libus desideriis que militant adversus animam eripis mundo et
acquiris Deo. Carnis inquiunt voluptatem qua paulo ante
tanquam vino ebrii tenebamur minuis. Hec qualia nobis ubera
stillant delicie spirituales et pre vino comparant carnalem affectum.
Utrum vina expressa semel non habet iam quod deinceps fundat sed
perpetua ariditate dampnatur. Sic caro inplicita mortis ad-
versus sua delectatione siccatur nec ultra revertetur ad libidines.
Unde propheta: omnis caro fenum. Videamus ne non carnem tantum sed et mun-
do forte comparetur ista comparatio. Siquidem et ipse transit et concupiscen-
tia eius. Et certum omnia que in mundo sunt finem habent. Finis eorum
erit finis. Ubera non sic, sed non cum exhausta fuerint rursum
de fonte materni pectoris sumunt quod prebent sugentibus. Me-
rito proinde meliora vinis esse ne amore afferimus ubera sponse
quemadmodum inde latentium minio ardentium sed et habundant
de visceribus caritatis ut semper fluant. Cumulatur deinde lau-
dibus fraglantia unguentorum, quia non solum ubere sapore pas-
cunt sed et bonorum opinione redolent. X

Non enim ego confundi sentiens me a Deo per specialis ingenii te-
nuitatem quippiam ex me adinvenire possim. Sed est fons magnus
et indeficiens os Pauli. De ipso haurio ut et nunc in ostensio-
ne uberum sponse. Gaudere inquit cum gaudentibus, flere cum flen-
tibus. In his breviter expressit affectus quos nec dolere parvuli
nec valere queunt absque illa que genuit. Utrobique necesse est
sinus eam conformari videlicet. Igitur iuxta Pauli sententiam duas ei
lac affectiones duobus sponse uberibus assignabo: compassionem u-
ni et congratulationem alteri. Alioquin parvula est et non dum nubi-
lis, non dum ubera nulla, si se videlicet in ad congaudendum senti-
at promptam, nec paratam ad condolendum. Talis si forte ad re-
gimen animarum seu ad officium predicationis assumitur, aliis quidem
non prodest, sibi vero obest plurimum. Porro sese ingerere quam impu-
dentie est. Pro dulcitate uberum dulcius et lactis species proponam.
Nam congratulatio quidem exhortationis, compassio vero consolationis
lac fundit. Videas eam mox plenis uberibus parvulis

incubare lactandis, et ex uno quidem consolatoria, ex altero
vero exhortatoria uberibus ministrare, prout singulis convenire
viderit. Ubi cum siquem forte ex his quos genuit in evan-
gelio deprehendit forti aliqua temptatione concussum et inde
turbatum, et tristem pusillanimemque factum non posse iam fer-
re vim temptationis, quomodo condolet, quomodo mulcet, quomodo plan-
git, quomodo consolatur, quot argumenta pietatis mox reperit
quibus erigat desolatum. Contra si promptum, si alacrem, si
bene proficientem agnoverit, exultat, aggreditur salutaribus mo-
nitis, accendit amplius, instruit de quibus potest ut perseve-
ret utque in melius semper proficiat exhortatur. Omnibus se conformat,
omnium in se transfert affectus, matrem se denique probat non minus de-
ficientium quam proficientium. Quanti hodie secus affectos se osten-
dunt, de his dico qui animas regendas susceperunt. Quod non sine mise-
rabili gemitu dicendum: non est Christi obprobria sputa flagel-
la clavos lanceam crucem et mortem hec omnia in fornace
avaritie conflant et profligant in acquisitionem turpis questus,
et pretium universitatis suis marsupiis includere festinant,
hoc solo ab Iuda Scariothis differentes, quod ille horum omnium
emolumentum denariorum numero compensavit, isti voracionum in-
gluvie lucrorum infinitas exigunt pecunias. His insatia-
bili desiderio inhiant, pro his ne amittant timent, et cum
amittunt dolent. Harum in amore quiescunt. Quantum dumtaxat
ad ubinam eis est a servandi vel augmentandi cura. Animarum
nec casus reputatur nec salus. Nec sunt profecto matres qui
cum sint de crucifixi patrimonio nimium incrassati, impingua-
ti, dilatati, non compatiuntur super contritione Ioseph. Que vero mater
est non dissimulat: habet ubera et non vacua. Nec cessat exprimere
de ubere quidem congratulationis lac exhortationis, de ubere vero compas-
sionis lac consolationis. Et de sponse uberibus vel uberum lacte
ista sufficiant. Iam qualibus et unguentis eadem ubera
redoleant indicabo. Sed tamen vestris orationibus iuvet ut quod in-
de mi sentire datum est, decenter et eloqui digne ad audien-
tium utilitatem. Alia sponsi atque alia sponse unguenta
sunt, quemadmodum et sua cuique ubera. Sed de sponsi quo in
loco tractandum sit superius prefixum est. Nunc sponse ung-
uentis intendamus, atque attendentes tamen his que scriptu-
ra non mediocriter commendat, ita ut ea pronunciavit non simpliciter
bona sed optima. Est unguentum contritionis, et est unguen-
tum devotionis, est et pietatis. Primum pungitivum dolorem fa-
ciens, secundum temperativum dolorem leniens, tertium sanativum et
morbum expellens. Est ergo unguentum quod sibi conficit anima
multis irretita criminibus, si cum incipit cogitare vias suas
colligat, congreget, conterat in mortariolo conscientie multas ac vari-
as species peccatorum suorum, et intra estuantis pectoris ollam simul
omnia coquat igne quodam penitentie et doloris, ut possit dicere
cum propheta: Concaluit cor meum intra me. Ecce unde est, non sit tan-
quam parvum et vile. Unum sibi initialis ad penitentiam componat ung-
uentum non negligat parere nam istud sed devotis spiritibus
quia cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Tanto autem mi-
nus mihi divinis apparet conspectibus, quanto plus illa sibi vi-
lescit in recordatione peccatorum suorum. Tamen illo invisibili quo
invisibiliter uncta peccatricis corporei pedes Domini refluxit in evan-
gelio sensibile hoc et spirituale fuisse dicunt figuratum, non odo-
rum reputare potuit. Quid enim de illo legitur? Et domus
inquit impleta est ex odore unguenti de manibus peccatricis
distillantis et extremis membris corporis id est pedibus fundebatur.
Et tamen non usque ad contemptibile autumne fuit cum totam
domum vis aromatum et suavitas repleverit odoris. Quod si at-
tendamus quanta in universo pectoris conversione fraglantia respergat,
et quantis fiat odor vite ad vitam cuiuis penitentis.

si publice profecerit penitendo: profecto et de hoc eque indubitanter
pronuntiabimus quia domus impleta est ex odore unguenti.
Denique et supernas beatorum mansiones attingit pii illius odor.
Sentire namque usque distillent mystice amaritudinem in
salubrem. Huius unctionem quia cor contritum et humiliatum deus
non despicit, non est omnino spernenda nec vilis estimanda, huiusce
modi unctio cuius odor non solum homines provocat ad correptio-
nem, sed et angelos ad exultationem invitat. Sed est unguen-
tum tanto isto profecto preciosius quanto de melioribus compositum
speciebus: huius siquidem species ne longe queramus penes nos et ab-
sque difficultate reperimus, ac de nostris ortulis tamquam facile
copiam tollimus quocienscumque necesse fuerit. Quis enim non sa-
tis de se ipso cum vult ad manum habet iniquitates et peccata si
non dissimulat. At vero sit unguenti istius aromata terra nostra ne-
quaquam profert, sed procul et de ultimis finibus ea nobis conquiri-
mus. Siquidem unguentum istud de divinis collatis humano
generi beneficiis. Felix qui illa sibi studiose colligit et ante
mentis sue oculos digna cum gratiarum actione reducit. Profec-
to cum fuerint in vasculo pectoris pistillo crebre meditatio-
nis contusa atque contrita, deinde igne sancti desiderii simul de-
cocta omnia et demum impinguata oleo letitie, erit unctio
longe preciosior excellentiorque priore. Nec dubium quin ex
altero ad laudandum beneficiorum recordatio. Illius pedibus appo-
nitur, hoc capiti. Siquidem in Christo caput ad divinitatem referen-
dum est, dicente Paulo: Caput Christi deus. Procul dubio ca-
put ungit qui gratias agit, quoniam deum tangit, non hominem. Non
quod non sit homo qui deus est, siquidem deus et homo unus est
Christus; sed quia omne bonum a deo, non ab homine est, et ipsum quod per hominem
ministratur. Et si spes nostra tota in uno pendet ex homine,
deo non tamen quia homo, sed quia deus est. Itaque illius pedibus hoc ca-
piti exhibetur, quoniam et humiliatio contritionis humilitati
congruit carnis, et maiestatem decet glorificatio. Sed quale
unguentum proposui vobis, quod se minime tangi capitis illius
tremendi permittat? Non ducit indignum, immo et honore
insigne iudicat, dicens: Sacrificium laudis honorificabit
me. Quamobrem non est pauperis et inopis seu pusilli cordis
conficere istiusmodi unctionem. Siquidem eius aromata et species
sola confidentia potior, que tamen de libertate spiritus et cordis pu-
ritate descendat. Que namque pusillanimis est et modice fidei
anima, rei sue tenuitate et inopia constringitur, nec vacat
pre inopia ociari ad vacandum divinis laudibus, seu iubilare que
laudes parit intuendis beneficiis. Duabus de causis vide-
tur in huiusmodi anima egestas et diffidentia sole contin-
gere: aut de novitate videlicet conversionis, aut certe de conversationis
tepore et si in conversione longum tempus transierit. Utrumque
profecto humiliat et deicit conscientiam, et inquietam facit dum
sui pro tempore sui pro tempore antiquas animi passiones nondum in tempore
se emortuas sentit, et necesse proinde habet relevandis inten-
dere de cordis ortulo spinis iniquitatum et urticis cupi-
ditatum, longius a se evagari non sinitur. Quid enim qui labo-
rat in gemitu suo poterit nec simul et in divinis laudibus ex-
ultare? Nam sicut a sapiente accepimus, musica in luc-
tu importuna narratio. Denique gratiarum actio beneficium
sequitur, non precedit. Que autem adhuc in tristitia est anima, be-
neficio non gaudet, sed indiget. Habet ergo unde preces offerat, non habet
unde referat gratias. Quomodo namque recolet beneficium quod non
accepit? Nempe in amaritudine est occupata meritorum (?)
tristis recordatio peccatorum nec libet letum quippiam
simul adiungere. ... taliter denuntiat ... propheticus di-
cens ... nobis autem lucet ... Quod est frustra surgi-
tis ad invenienda beneficia que delectantur si prius te-

cepto lumine consolationis de reatibus qui conturbant, sed videre
qui iam de eius copia non immerito gloriantur. Et iam gauden-
tes a conspectu concilii, nihil sibi profecto instillabant de pingue-
dine spiritus, quorum lenitas non dico ulnis sed nec verbis conti-
nentur (?) ... divites in caritate que nullis exhauritur expen-
sis, et de ipsa facile holocausta medullata offerre sufficiebant.
Fundebant profusam suavitatis pectora liquorem sanctum, quo
imbuta plenius erant, cum loquebantur variis linguis. Nec
dubium quin et illi habundaverint eodem unguento, quibus
apostolus testimonium perhibebat dicens: Gratias ago deo meo sem-
per pro vobis in gratia dei que data est vobis in Christo Ihesu, quia
in omnibus divites facti estis. XI.

Dixi in fine sermonis, nec me iterare piget, quod cupiam
omnes vos fieri socios unctionis precipue illius, videlicet in qua dei
beneficia cum letitia et gratiarum actione recolit sancta devotio. Hoc enim
bonum est, cum ipsa relevandos vite presentis labores, qui utique to-
lerabiliores nobis fiunt exultantibus in laude dei, tum quia
nichil ita pre se quodammodo in terris representat celestis habitationis sta-
tum, sicut alacritas laudantium deum, scriptura dicente: Beati qui
habitant in domo tua domine; in secula seculorum laudabunt te. De hoc precipue un-
guento puto dixisse prophetam: Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fra-
tres in unum, sicut unguentum in capite. Nec enim priori videtur
congruere posse. Illud enim et si bonum sit, non est tamen iocundum, quia re-
cordatio peccatorum amaritudinem facit, non iocunditatem. Sed nec
qui illud faciunt in unum habitant, cum quisque peccata propria plan-
gat atque deploret. Qui vero in gratiarum actione versantur, deum so-
lum intuentur et cogitant, atque per hoc pariter ipsi vere habitant in
unum. Bonum est autem quod faciunt, quia servant ei iustissime
gloriam cuius est; et iocundum, quia delectat. Sed
quidem necessarius dolor pro peccatis, sed si non sit continuus. Sane interpol-
letur letiori recordatione divine benignitatis, ne forte pre
tristitia induretur cor et desperatione plus pereat. Misceamus absin-
thio mel, ut salubris amaritudo salutem dare tunc possit,
cum intermixto temperata dulcore bibi poterit. Audi per prophetam: Ego
infrenabo os tuum laude mea ne intereas. Hoc est: ne intu-
itu facinorum tuorum nimiam incurras tristitiam atque infre-
nis equi despiciens in preceps ruas et pereas, freno te in-
quit inhibebo indulgentie mee et meis laudibus erigam,
respirabisque in bonis meis qui de tuis confunderis malis, dum
me sane benigniorem quam te culpabiliorem invenies. Hoc fre-
no si infrenatus fuisset Chaim, nequaquam desperando dixisset:
maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. Ideo iustus in
principio sermonis accusator est sui, porro
autem in dei laudes extrema sermonis clausula convenit. Sit de
nobis in humilitate sentitis: sentite de domino in boni-
tate. Nolo vos imitari opprobrio de quibus scriptu-
ra testatur quod non fuerint memores beneficiorum eius et mi-
rabilium eius que ostendit eis. Cum quam bona que largiri morta-
libus non cessat misericors et miserator dominus recolitis et recolligitis,
omnia omnium hominum impleret. Quis enim loquetur potentias domini,
auditas faciet omnes laudes eius? Illud tamen quod precipuum est et
maximum opus, videlicet nostre redemptionis, a memoria redem-
ptorum aliquatenus non recedat. In quo opere duo potissimum
que nunc occurrunt vestris studiis intimare curabo. Duo ge-
nera sunt: modus et fructus. Et modus quidem exinanitio
est; fructus vero nostri de illo repletio. Illud meditari sancte spei
seminarium est, illud summi amoris incentivum. Utrumque profec-
tibus nostris necessarium, ne aut spes mercenaria sit si amor non co-
mittetur, aut amor tepescat si infructuosus putatur. Porro
fructum talem expectamus nostri amoris qualem ipse quem
amamus promisit: mensuram bonam et confertam et co-

ficam. Quaenam ista, ut audio, erit sine mensura. Quam vellem scire cuius rei sit illa mensura. Credimus confidimusque venerit sicut primitias repleri nos in bonis domus tuae. Sed quibus quo bonis vel qualibus? Forte frumento, vino et oleo, auro atque argento, lapidibus ve pretiosis? Sed haec novimus et vidimus, et videmus et fastidimus. Id quaerimus quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit. Erunt namque docibiles Dei, et ipse erit omnia in omnibus. In anima tria intueor: rationem, voluntatem, memoriam, et haec tria ipsam esse animam. Constitutum cuique horum in praesenti saeculo deesse de integritate sua et perfectione sentit omnis qui ambulat in spiritu. Et hoc non quia Deus nondum est omnia in omnibus. Hinc est quod et ratio saepissime in iudiciis fallitur, et voluntas quadruplici perturbatione iactatur, et memoria multiplici oblivione confunditur. Nam qui replet in bonis desiderium animae, ipse rationi futurus est plenitudo lucis, ipse voluntati multitudo pacis, ipse memoriae continuatio aeternitatis. O veritas, caritas, aeternitas! O beata et beatificans Trinitas! Ad te misera trinitas mea miserabiliter suspirat. Cor meum conturbatum est, et inde dolor; dereliquit me virtus mea, et inde pavor; et lumen oculorum meorum non est mecum, et inde error. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, cum error a ratione, a voluntate dolor, atque a memoria timor omnis recesserit, et successerit illa quam speramus mira serenitas, plena suavitas, aeterna securitas: primum illud faciet veritas Deus, secundum caritas Deus, tertium summa potestas Deus, ut sit omnia in omnibus: ratione recipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem, consequente memoria fonti indeficienti aeternaliter inhaerente. Videtis vos recte ne primum illud Filio, Spiritui sancto sequens, Patri ultimum assignetis. Sic tamen ut nec horum vel Patri vel Filio vel Spiritui sancto subtrahatis, sed cave forte personarum aut plenitudinem minuat distinctio, aut proprietatem tollat perfectio. Haec de redemptionis fructu. In modo quoque tantum perspice nobis intuenda considero. Non enim simplex aut modica illa exinanitio fuit, sed semetipsum exinanivit usque ad carnem, ad mortem, ad crucem. Quis digne pendet quantae fuerit humilitatis, mansuetudinis, dignationis Dominum maiestatis carne indui, multari morte, turpari cruce? Sed dicet aliquis: Non valuit opus suum reparare Creator absque ista difficultate? Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum atque odiosissimum vitium ingratitudinis occasionem ulterius reperiret in homine. Sane multum fatigationis assumpsit, quo multae dilectionis hominem debitorem teneret, commoneretque gratiarum actionis difficultas redemptionis, quem minus devotum fecerat conditionis facilitas. Quid enim dicebat homo creatus et ingratus? Gratis quidem conditus sum, sed nullo auctoris gravamine vel labore. Siquidem dixit, et factus sum, quomodo et universa. Quid magnum est quod vel magna in tibi facilitate donasti? Sic beneficium creationis attenuans humana impietas, ingratitudinis materiam inde sumebat; unde amoris causam hinc debuerat, idque ad excusandas excusationes in peccatis. Sed obstructum est os loquentium iniqua. Luce clarius patet quantum modo pro te, o homo, dispendium fecerit. De domino servus, de divite pauper, caro de Verbo, et de Dei Filio hominis filius non despexit. Memento iam te etsi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, et te inter omnia. At vero per totos triginta annos operatus est salutem tuam in medio terrae. O quantum laboravit sustinens! Carnis necessitates, hostis tentationes nonne similiter crucis aggravavit ignominia, mortis cumulavit horrore? Haec dicta sunt tenere memoria, proficere vita.

XII.

Duo me unguenta vobis tradidisse recordor, si est unguentum quod ambobus longe antecellit, et hoc appellavimus pietatis, eo quod fiat de necessitatibus pauperum, de anxietatibus oppressorum, de perturbationibus tristium, de culpis delinquentium, et postremo de omnibus quorumlibet miserorum aerumnis, etsi inimicorum. Despicabiles videntur species istae, sed est super omnia aromata unguentum quod ex eis conficitur, virtus miseriae collectae atque oculo pietatis inspectae. Ipsae sunt species ex quibus unguenta optima componuntur, sponsae digna uberibus, sponsi sensibus grata. Felix mens quae talium collectione aromatum sese ditare et impinguare curavit, infundens eis oleum misericordiae et ardore decoquens caritatis. Quis putas est iucundus homo qui miseretur et commodat, pronus affectu subvenire, promptus dare, quam accipere beatius iudicans, ignoscere facilis, irasci difficilis, ulcisci penitus non acquiescens, et per omnia proximorum aeque ut proprias respiciens necessitates. Paulus vas electionis, immo vas aromaticum, vas odoriferum, et revera omni pulvere pigmentario; Christi enim bonus odor Deo in omni loco. Miro profecto suavitatis fragrantiam longe lateque spargebat pectus illud. Ad sic afficiebat sollicitudo omnium ecclesiarum. Audi et de alio divite: Foris, inquit, non mansit peregrinus. Singula opera singula erant aromata. Huius proinde repleverat conscientiam, ut foetorem putredinis vermis suavitatis exhalatione subderet. Ioseph post quem universam Aegyptum post se fecit currere in odore unguentorum suorum. Saul venditoribus [?] eundem demum fragrantiam spiravit, et quid increpatoria multo profluebat narto? Sed erumpebant lacrimae de pinguedine cordis, non irae indices, sed compassionis. Quid de Moyse dicam? Merito testatur est Scriptura de eo quod esset mitissimus omnium hominum qui morabantur super terram. Si dives quispiam nostri pauperis dicat: Ingredere ad prandium meum, sed quem gestas in [illegible] relinque foris, quoniam plorat et molestus est nobis, numquid facies? Nonne magis eliges ieiunare quam exposito pignore caro sola prandere cum divite? Ita me Moysi sedet solum se introduci in gaudium Domini sui, foris autem remanente populo, cuius hic inquieto et ingrato vice patris et affectione matris inhaeret. Quid David mansuetius, qui illius mortem lugebat cui suam semper sitierat? Quid benignius, ut eius moleste ferret necem cui succedebat in regnum? Sed et de morte parricidae filii quam difficile consolationem admisit. Magnam profecto optimae unctionis copiam praeferebat talis affectio. Ideo et secure orabat dicens: Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius. Tu quoque, si donum quod desuper accepisti nobis cohabitantibus liberter impertiaris, si te exhibeas utique inter nos officiosum, si affectuosum, si gratum, si tractabilem, si humilem, testimonium habebis ab omnibus quod fragres et ipse unguentis optimis. Omnis in nobis qui corporales infirmitates tam corporum quam animorum non solum patienter supportat, sed, si licet et si valet, iuvat obsequiis, confortat alloquiis, consulit, informat, sed hoc si non possit per disciplinam, saltem orationibus solaciari non cessat infirmo, omnis, inquam, qui talia operatur in nobis, bonum omnino spargit odorem inter fratres et odorem de unguentis optimis. Balsamum in ore huiusmodi est in congregatione. Monstratur digito, et dicitur de eo omnibus: Hic est fratrum amator et populi Israel; hic est qui multum orat pro populo et universa sancta civitate. Maria Magdalene et Maria Iacobi et Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum. Quae proinde ista unguenta tam pretiosa et Christi corpori ponenda et con-

parentur tam copiosa ut toti sufficiant. Sicut enim quippe du-
orum precedentium aut contritum aut totum specialiter ad opus do-
mini aut toto in corpore legitur fuisse distributum. Sed de is-
to introducatur nihil. Uno quidem in loco osculans pedes
et unguento ungens, in altero non osculans pedes et un-
guento ungens, in alio non ut ipsa vel alia vas alaba-
stri unguenti et illud mittens in caput. Ceterum non
emerunt ait aromata ut venientes ungerent Ihesum.
Sumunt non unguenta sed aromata et iuncto in obsequium
domini non sola assumuntur sed nova conficiuntur. Tu quoque sic te indu-
as viscera misericordie habitum benignum exhibeas non tantum parentibus
sive cognatis tuis aut eis quos tibi vel benefactores te-
nes vel benefactores speras. Nam et ethnici hoc faciunt.
Sed iuxta Pauli consilium studeas operari bonum ad omnes ita ut
propter deum nec inimicis officium humanitatis omne seu spa-
le negandum subtrahendumve existimes. Ostenderis te quoque
habundare unguentis optimis, nec caput aut pedes do-
mini sed passim quantum in te est unge susceptisse totum corpus
quod est ecclesia. Sed forte propter hoc dominus est passus sibi confec-
tum expendi noluit in suo corpore mortuo ut servaret
vivo. Vivo namque ecclesia que manducat panem vivum qui de
celo descendit. Ipsa est carius corpus christi quod ne mortem gusta-
ret morti illud alterum traditum fuisse nullus christianus
ignorat. Ipsi ergo preciosa unguenta retinuit cum ante
capiant horam et accelerans gratiam mulierum devotionem non cu-
stodiret instruxit. Renuit ungi sed parcens non spernens sed non
recusans obsequium sed reservans profectum. Profectum dico non
huius materialis atque corporalis unguenti quod plane spiritualis quod in
illo designatum est. In illo ergo perpetue magis pietatis un-
guentis optimis pietatis que inibi sunt indigenti-
bus tam corporali quam spirituali omnino cupere exhibere. Denique
paulo ante quam in capite eius aut in pedes funderetur
unguentum ipsum eo satis preciosum nimisque prohibitum. Simo-
ne obiectante prohibentibus. Nam et Symon indignanti quod
se tangi a peccatrice pateretur longam texuit repre-
hensionis parabolam et alius perditionis unguenti causa-
tur. Sed Ihesus dicens: Quid molesti estis huic mulieri? Bo-
num opus operata est in me. Sed in bono quidem diu non vale-
bit ad meliora si quam de muliere in virum veritum profec-
tum perficit. Potius et in opus profectus assumunt. Sed et re-
venerint eorum sed revelantur labores eorum. Si labores pon-
tantis non affectant honores. Agnoscant nuper viros
vitas non delectet molles et feminas. Hinc sanctorum
suppone caritatis. Nec observent eos sed honorent in hu-
mane veniperorum vestigiis opera quorum honorem refu-
git. Veniatis obiurgat invitum de precio vestimentorum
nisi vicerit in domo. Dico non si usque de claustro est cum
autem utatur in proprio meditum minus districte nimirum cari-
spectu sese agere reprehenditur. Vide ergo in verbo in malo in corpo-
re in tali in ira in iudicio non ad iudicandum consilium pro-
siliat. Sed memento scripturam: Melior est iniquitas
viri quam benefaciens mulier. Nam tu quidem in tua custo-
dia vigilans benefacies. Sed qui vivat in melius et melius
faciat et iuvet. Quod si in ipso non sufficiat absque aliqua
iniquitate id est absque quadam inequalitate vite re-
ligionis sue, memento quod caritas operit multitudinem
peccatorum. Hec dico sunt que geminam temptationem qua sepe
viri religiosi quorum vel ambire gloriam vel excessus ce-
terne undique diabolicas instigationibus incitantur. Op-
timis vero unguentis unctus quisque compunctione ecclesia nec respi-
ce se ostendio qui ait: Misericordiam volo et non sacrificium.

dum non odore minus. Tacita autem in morte flagrabat. Sed
[illegible] de morte quilibet quod perhalavit odor vite. Quicumque
et inebriat et fragrat ubi beneficiis sibi deum putet quod
meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis opti-
mis. Scias hoc quisquis pronus quis nomen unum dicere hoc in-
tegre perfecteque possideat ut non vides? Me dum et iudicando
stabilior et morando tepidior sit. Sed est que tanto et non du-
bie pro suo confectu ceterum utique eum nisi de una ab ista
dedit et unde inebriat et unde fragret. Quod nisi deest
in uno hoc in altero secundum mensuram donationis christi. Ipsa au-
diens secureque se voce vocat sponsam. Quod etsi nemo nostrum si-
bi arroganter presumat ut animam suam quis audeat sponsam
domini appellare quoniam de ecclesia simus que tanto hoc nomine et
re nominis gaudet, non immerito gloriae huius principium usurpamus.
Quod nisi simul omnes plene integreque possidemus, hoc singuli
sine contradictione participamus. XIII.

Origo fontium et fluminum omnium mare est, virtutum
domini Christus. Continentia carnis cordis industria volunta-
tis rectitudo ex illo fonte manavit. Non solum sed et
aut sed et si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si
quis moribus placet, inde est. Inde scientia, inde sapientie sermo.
Ibi consilia, iusta iudicia, sancta desideria. Ibi ne rivuli fon-
tis illius sunt. Quod si copie aquarum secretis subterraneis-
que recursibus incessanter equoreis repetunt et inde rursus ad
nostros usus ulusque nos ungi et infatigabili erumpant ob-
sequio cur non et spirituales rivi irrigantia mentium ingressuri de-
pauperato fonti sine fraude et sine intermissione redeant
ad locum unde exeunt ut iterum fluant? Flumina gratiarum vertam
fluant. Dicit apostolus: In omnibus gratias agentes. Quidquid sapie-
quicquid virtutis habes, consideras dei virtutem et dei sapientiam
putat christo. Sed quis tam insanus ut velit aliunde presumat.
Nemo plane. Deo nec phariseus gratias agat cuius tamen iustitie
non est laus a deo. Domine o phariseo non invidet. Primo quidem
frustra iactaris a vulgus publicanum qui deo non habet quod tu. Quo
non accepit nec tu. Si enim de his que iactas ex te tibi quippi-
am forte arrogares cum te magis quam velle fundamentum
dem veritatem corrigerem. Nunc vero quod gratias agendo
probaste tibi nichil tribuere sed dicere dona tua meritaque tu
deum agnoscere [illegible] te quod in corde
locutus sic altero quemadmodum singularem [illegible] alterius
[illegible] gratiam. Non iudicatores publicanum contem-
nendum pro teste nos pro illo te honorandum conferre. Nonne
omnis gratiarum actio accepta est deo nisi que de cordis pudi-
cicia et mera simplicitate procedit. Pudici sane dixerim quod
consequitur de malis actibus suis gloriantes deo gratias debere solet
audies quia huiusmodi est. Sed estimatis invicem quod ero tu si
nisi arguam te. Moram non admixti ypocrisis qui
domum quid de bonis suis. Et illo tenuis gratificantes corde te-
nuerit quod ore protulerant et in dolose agunt in conspectu eius
invenitur iniquitas eorum ad odium. Iam impie mala sua do-
nati dei bona fraudulenter mercantur sibi. Sed quid primum
illud tam stultum tamque solare acquodam in et destitute
est ut victe non prevalent de ipso movit nos ceterum siquidem
religiosis maxime et spiritualibus viris insidiari solet ma-
gna et rara virtus perfecto est ut magna licet operantem ma-
gnum te nesciat et manifestam omnibus tuam te solum la-
te sanctitatem. Mirabilem te apparere et contemptibilem repu-
tare hoc ipsis virtutibus mirabilius iudico. Ioseph cum do-
mum et omnia bona egyptii domini sui sibi credita sciret do-
minam non ignoravit exceptam et ob hoc non adquievit
contingere. Mulierem quam novit gloriam esse viri et inquam

sibi iudicavit vice contraria inglorium facere eum qui se
fecit gloriosum. Audite hominem Dei sapientia prudentem virum
utique fortem tamquam propriam zelare gloriam sibique ipsi re-
tinuisse servandam, sic aut credidisse et manum ad non concessam
extendisse non presumpsit. Quid ergo homo zelat gloriam sibique
statui et Deum audet velle fraudare de sua? Quod non zelantem
se audi quid dicat. Gloriam inquit meam alteri non dabo. Quid
ergo dabis? Pacem inquit do vobis. Sufficit mihi. Admitto grati-
as. Sic forte si usurpavero non concessum, perdam merito et obla-
tum. Pacem volo, pacem desidero et nichil amplius. Cui non suffi-
cit pax, non sufficis tu. Sed mihi necesse hoc satis est: reconciliari t-
ibi, tam ex quo posuisti me contrarium tibi factus sum et mihimet ipsi
gravis. Caveo sane ne ingratus fore videar beneficio date pacis, nec
sacrilegus invasor glorie tue. Tibi Domine tibi gloria tua maneat
illibata: mecum bene agitur si pacem habuero. Golia prostrato
letatus est populus pace recepta, sed David singulariter extitit gloriosus.
Iosue, Iepte, Gedeon, Sampson, Iudith quoque nequaquam fe-
mina gloriose iudicibus sunt triumphantibus de hostibus. Sic pace cum
gaudio fruentibus ceteris nemo eis communicavit in gloria. Iudas
Machabeus multis et ipse inclitus victoriis, cum frequenter ex-
ultanti populo pacem pugnando fortiter tribuisset, numquid
gloriam cum eis partitus est alicui? Denique et David: Et inquit non
gloria sed letitia magna in populo. Quid? universitatis huius omnibus condi-
tor omnium fecit, quo minus et ipse debeat gloriam singularem? Solus
cuncta creavit, solus non habebit in gloria? Quid inquam cum victori-
a sit non in plurali suis. Insipientissime ergo arrogo mihi gloriam absque
victoria, vel victoriam sine pugna. Ad vos Sion bone sed plane
inique voluntatis, qui nequaquam pace contentus superbo ocu-
lo et insatiabili corde inquietus anhelat et ad gloriam Dei, nec
pacem proinde retinens nec gloriam apprehendens. Quis credat pa-
rieti si se dicat protulisse radium quem suscepit per solem? Aut
si glorientur nubes quod imbres genuerint, quis non irrideat? Certe neque
do astare neque canalibus ortus rivos aquarum, nec de labiis vel
dentibus illa prudentie et si sensus vel exprimentis non attingam
si qua sane in sermone digna laude vel ad imitationem meliora
clara luce veritatis discutiens, profecto reperio laudabilem si
invabilem aliunde apparere atque aliunde esse. Et laudo Deum in sermonibus eius,
nec laus etiam laudabilis est pictura sed scriptura, nec gloria
lingue aut labiorum sermo bonus. Sed gloria nostra est, Paulus me
docuit, unde et in quo. Gloria inquit nostra hec est: testimonium con-
scientie nostre. Securus gloriabor si teste conscientia de gloria aliena nichil
usurpo. Recta gloria in solo Deo sicut nulla a solo Deo est. Sic me
doceat ista gloria quippe tamen non cum de veritate et in veritate
tam rara ut vix vel paucitas perfectorum perfecte glorietur in ea. Sa-
piens gloriator probabit opus suum, atque ad lumen veritatis diligen-
ter examinabit, et sic habebit in semetipso gloriam et non in ore ali-
enis. Stultus sum si aestimo labiorum tuorum gloriam meam cre-
dido; pro certo iudicare eam absque eum honore volo. Immo
nec in eam credo nisi potius repono servandam ei qui po-
tens est depositum meum servare in illum diem. Cautius in
custodiendo, fidelius in restituendo. Secura tunc erit utique
laus a Deo. Huius dum captat qui humanas laudes contemp-
sit. Fiet sic hec sane nemo virum velit laudari in vita ista.
Sed quicquid hic favoris captat quod ad Deum non retulit quod fu-
turis. Tibi id est inde gloria perinde precius tibi inde. Be uice
sanctitate. Sed quis est qui sanctificat? Spiritus dico non tuus sed Dei. Sed si pro
dignis ad signis effulgeat in manu tua fiunt? Sed in virtute
Dei. An blanditur popularis favor quod verbum bonum et verum forte
depromseris? Sed Christus donavit os et sapientiam. Nam lingua
tua quid nisi calamus scribe? Et hoc ipsum mutuo accepisti.
talentum creditum est repetendum cum usura. Si inveneris talem,
ad opus tuum iugiter ad fructum referendo fidelis pro labore tuo
mercedem accipies. Omnis ergo de bonis multiformis gratie ap-
parentis in nobis referatur ad ipsum laus: laudabilium sicut
Deum multorum auctorem et largitorem. Idque non fiat quidem
ab hypocritis nec sola consuetudine sicut a secularibus sed neque
tamen necessitate ut ministri ferendis hominibus applicantur. Sed sic
decet sanctos sinceritate fida devotione sollicita, hylaritate grata
sed non dissoluta. Immolantes itaque hostiam laudis et redden-
tes vota nostra de die in diem, curemus omni vigilantia iungere
sensum usui, affectum sensui, exultationem affectui, gravitatem
exultationi, humilitatem gravitati, libertatem humilitati. Sion
ne in manibus est id tractare quod dicitur: oleum effusum nomen
tuum. Quod uia nunc mea sic redolent et sic placent nec
studiis nec meritis ascribo meis; sed tue o sponse tribuo lar-
gitati de oleo utique effuso nomine tuo. Vicinus ergo dicamus
clamantes plus medullis cordis quam labiis oris: Salvos nos
fac Domine et congrega nos. XIIII.
Notus in Iudea Deus, in Israel magnum nomen eius. An iudeorum
tantum Deus? Nonne et gentium? Et sic nimirum certe merito decessit si non
illi misertus. Si nunquid solum tamen iustus est et non et misericors?
Aliena gloriante in lege et applaudente iusticiam sibi nec
indigente misericordia sed despiciente ipsam que indiget aliena
ex regione gratia cognoscente delicta, confitente indigenti-
tem, temuente (?) iudicium, flagitante misericordiam. Quid faciet iu-
dex et ille iudex cui et iudicare et misereri sic utrumque fa-
miliare est ut neutrum alteri familiarius? Quid sane poterit
convenientius quam ut pro suo quisque accipiat voto iudicium
illa, ista misericordiam. Et est iudicium ut qui contempserunt Dei mi-
sericordiam iusticiam et suam volunt constituere, que per
fectio non iustificatus accusat, eisdem suo iusticie relinquatur
opprimendis magis quam iustificandis. Illis meum volunt iudicium
est. Iudicas. Quid vis ad iniuriam? Quid ad primum dicam?
An non licet facere ei quod vult? Quid quid mihi? Sed non vi minime
iniuria fit. Fateor non sustinui pondus diei et estus, sed iu-
gum suave et honus leve per beneplacitum portans impositum
porto. Opus meum vix unius est hore et si plus pre amore
non sentio. Virgines dico illas que in Christo fecundante quam feda-
te mundi amplexibus ipsi tenuerunt persevarant cui se tanto feli-
cius quanto maturius devoverunt. Peccatrices quoque pristinam suam
deformitatem in qua mundo hunc quamvis conformes mundi princi-
pibus, id est spiritibus, spiritus mortuum carnali concupiscentia sese turpiter
prostituant, tamen aliis erubescentes ut exuentes se novum
hominis formam cum Christo serviunt tanto sincerius reformare festinant.
Sic hoc et ille sane perficiant non deficiant in exigentibus. Qua-
mvis quid sentiendum nisi quod illa aut superbia conficitur
aut humilitas custoditur aut firma caritas nutritur aut
desiderium excitatur? Vinum denique cibis ut egrotis est medi-
cina et egrotantibus dieta. Fortes et debiles confortat et delec-
tat valentes. Vinum denique cibus et languorem sanat et
servat sanitatem et corpus nutrit et palato sapit. Sed re-
deamus ad verba sponse et sic curremus audire que didice stu-
deamus sapere et quod sapit sponsus me dixi ecclesia est. Ipsa est
cui plus dimissum est ut que plus diligit. Quod emula
imperat ei ad quietum hoc sibi ipsa inflectit ad commodum,
inde mansuetior ad correptionem, inde patientior ad labo-
rem, inde ardentior ad amorem, inde sagatior ad cautelam,
inde humilior pro confessione, inde acceptior pro verecundia, inde
ad obediendum paratior, inde ad gratiarum actionem devotior ac
sollicitior. Recita beneficium recolit dicens: Oleum effusum
nomen tuum. Quid facit oleum in vasis suis sentiat et in
membris. Quid tibi prodest pro multis salutatoribus non solum

tare velit nec habere pietatem in moribus. Oleum est effusum et leviter virtutem eius que triplex est, sed in alius illa distulit. Vos audite. Volo dicere cur nomen sponsi oleo comparetur, quod et dum dicturum et tres mihi rei occurrunt cause. Hora tamen finem indicit.

XV

Benignus est spiritus sapientie et non consuevit esse difficilis se invocantibus, qui sepe et antequam invocetur dicit: Ecce adsum. Audite iam quod orantibus vobis pro me indicare dignatus est de eo quod heri ad hoc ipsum distulimus, et bonum vestre expectationis fructum tempestivum percipite. Sum ostendo nomen quod oleo iure comparatur. Multa quidem sponsi vocabula sparsa per omnem divinam paginam legitis, sed in duo ea vobis universa complector. Nullum ut arbitror reperietis quod non aut pietatis gratiam aut potentiam maiestatis sonet. Ergo secundum maiestatem sanctum et terribile nomen eius, secundum pietatem non est nomen aliud sub celo datum hominibus. Item ipse de se: Vos vocatis me magister et domine. Primum gratie est, secundum maiestatis. Non enim minus pium est docere animam scientiam quam prebere escam corpori. Rursum propheta: Vocabitur inquit nomen eius admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Primum, tertium, quartum maiestatem sonant, reliqua pietatem. Quod horum ergo effunditur? Profecto maiestatis ac potentie nomen in id quod est pietatis et gratie quodam modo transfunditur, ubertimque effunditur per Iesum Christum salvatorem nostrum. Nomen ubi causa quod deus est, nomine in id quod est nobiscum deus, hoc est in Emmanuel, liquescit et defluit. Sic admirabilis in id quod est consiliarius, sic deus et fortis in ea que sunt pater futuri seculi et princeps pacis. Quondam quoque mutatus Abram in Abraham et Sarai in Saram, effusa sunt et tunc in salutis effusionis celebratum prefiguratum quod in nobis recordamur. Ubi iam illud quod apud antiquos tam terribiliter frequenter intonare solebat: Ego dominus, ego dominus? Michi dictatur oratio cuius principium nomine dulce patris sequitur, concinendarum petitionum prebet fiduciam. Servi nominantur amici, et resurrectus non servis discipulis sed fratribus nunciatur. Angelorum deus et hominum deum se nominat. Vere, ne obsecro, ut benignus patrisfamilias invitatos servus noster excludat. Ego sum, ait, deus Abraham et deus Ysaac et deus Iacob. Unum scio: si Andream et Philippum invenimus, hospitarios repletam omnino non patimur. Namque oleum petimus, quicumque volumus Iesum videre. Inveniet me Philippus, dicet Andree, Andreas autem et Philippus dicent Iesu. Et Iesus quid? Profecto quod hic nisi granum frumenti. Moriatur granum et surgat gentium seges. In Ysaya legimus: servos suos inquit vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram benedicetur in domino. Amen. O nomen benedictum, o oleum ubique effusum. Effusum plane, quod non solum celos terrasque perfundit, sed aspergit et inferos, adeo ut in nomine Iesu omne genu flectatur. Ecce ipse exclamat: Utrumque infusum angelis, ubique effusum in homines. Sanum carnem eum vile, vile et salubre. Si vile non esset, si tamen effunderetur; si salubre non esset, non me lucraretur. Sed quo nomen effusum, cur non oleum? Est profecto unio inter oleum et nomen sponsi similitudo, nec otiose spiritus sanctus alterutrum comparavit. Ego autem dico in triplici quadam qualitate olei, quod lucet, pascit et ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem: lux, cibus, medicina. Vide idem nunc et de sponsi nomine: Lucet predicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit et ungit. Unde putas in toto orbe tanta et tam subita fidei lux nisi de predicato Iesu? Nec tamen lux est nomen Iesu, sed et cibus est. Annon toties confortaris

quoties recordaris? Quid eque mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fovet affectiones? Aridus est omnis anime cibus si non oleo isto infunditur; insipidus est si non hoc sale conditur. Si scribas, non sapit michi nisi legero ibi Iesum. Si disputes aut conferas, non sapit michi nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est et medicina. Sic hec ita me impetum cohibet, superbie tumorem sedat, sanat livoris vulnus, restringit luxurie fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat avaritie ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino Iesum, hominem michi propono mitem et humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem et omni denique honestate ac sanctitate conspicuum, eundemque ipsum deum omnipotentem, qui suo me et exemplo sanet et roboret adiutorio. Electuarium habes, o anima mea, reconditum in vasculo vocabuli huius quod est Iesus, salutiferum, quod nulli umquam peste tue invenietur inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quo tui omnes in Iesum et sensus dirigantur et actus. Denique et invitaris: Pone me, inquit, ut signaculum in corde tuo, ut signaculum in brachio tuo. Sed hoc alias. Nunc vero habes unde et brachio mederis et cordi. Habes, inquam, in nomine Iesu unde actus tuos vel pravos corrigas, vel minus perfectos impleas; itemque unde tuos sensus aut serves ne corrumpantur, aut si corrumpantur sanes. Unum et Iudea habuit iam Isaie quorum nativus gloriae vocabulum. Ita non nec sanantur nec pascuntur, ideo synagoga in tenebris est usque adhuc, fame et infirmitate laborans. Conspice et confortor post festo, ut vitam iudicat, si curiositate perfecte sunt integra est res. An aliud est mors corporis, et ea sentitur prima tur et mitior? Peccatum quod mors anime est, nec contentionis inchoatum sensum nec confessionis reliquerat vocem, et erat mortuus. Venit ille qui peccata dimittit et utrumque resuscitavit et dicit anime mee: Salus tua ego sum. Quid tunc? Si cedit mors ubi vita descendit? Iam occidit pater et occidit septies in die; septies in die laudem dixi tibi, domine. Videte hunc septenarium. Sacramentum est, non vacat. Si melius hoc alii servaverimus sermoni, quo famelici et non fastidiosi ad tam bonas epulas accedamus.

XVI

Quid sibi vult septenarius iste? Ego nec illud narrare timeo quod propheta incumbens super mortuum ad mensuram pueri corpus sese contraxit, os suum ori illius coniunxit, oculos oculis et manibus manus. Video tamen huius qui pervolantes ingenio in omni sermone acuti pene flagitant finem cum principium teneant. Debitorem me et tardioribus esse et maxime. Sed nec studium tamen est mihi ut exponam illa, quam ut imbuam corda. Et haurire et propinare me oportet, quod celeste parando, et tractando diligenter, et exortando frequenter. Sed in finem fortem quoque meam diu nos discussio detinuit circa terminos. Canibus quoque ac venatoribus plerumque contingit ut bestia cum aggressi fuerant deserte et sequi aliam que inopinantibus forte occurrerit. Non parvi fructus robur prestat michi quod magnus ille nunc propheta potens in opere et sermone de excelso monte celorum descendens visitare dignatus est me, cum sim canis et pulvis, miseri mortuo inclinare se, iacenti conquiescere, et coequari parvulo. Oculum visum oculorum suorum et os mutum oris precii osculo solvere, debilesque manus suarum roborare contactu. Hoc semel contulit, utrumque instat hoc cotidie. Singuli in nobis agitari sentimus et cordis trium intelligentie lumen et oris edificationis verbum et manibus opus iustitie. Dat sentire fideliter, dat proferre utiliter, dat efficaciter adimplere. Et est funiculus triplex qui difficile rumpitur

pietatis ad extrahendas animas de carcere corporis et trahendas post te ad regna celestia sursum sentias. Si digne profiteri loquar si inveniendo confirmes. Et si osculatus est me puer septies sufficiebat ad gloriam manifestandi miraculi osculatus semel. Sed multiplicatas et in signis tuis mysticum admonent. Si illis ingens vinculi [illegible] primum quidem ex anime corpus attendas. Vides ubique etiam ex quo vitam spiritu incumbente recepit quod septies oblectare et septies in die laudem dixi consuevit. Si te ipsum advertas. In hoc te noveris vita vivere spirituali. Ad mysticum hunc impleturum numerum si sensualitatis tue quinarium cum binario subicias. Aut certe si eundem quinarium proximo saluti impendes ad perficiendum septenarium duo sunt adicias. Michi enim etiam in diem cantare dico. Habeo et animas septem osculationes. Septem videlicet exprimunt vita sine quibus illa recta salus redimi non potest minime constat. Quatuor ad sensum compunctionis. Tria ad confessionis sonum pertinentia. Si vivis. Si vox et sensus est. Tu quoque eadem in te recognoscis. Porro sensum ex integro recuperasse te sentias. Si tuam confessionem quadruplici sensus compunctione mordeam: pudore gemino et gemino metu. Nam iterum ad perficiendum septenarium triplex confessionis quod attestatur de quibus post ea videbimus. Nonne et sensus se tenuas in suo planctu observat hunc numerum. Et cum gratia pro te laudatione vocatum hunc perfectum dum cogitas factorem tuum. Cogita et benefactorem. Cogita patrem. Cogita dominum. Ad omnia reus es. Plange per singula. Ad primum et ultimum accedat timor tuus. Ad duo media pudor. Pater sane non metuens cui proprium sit potius esse misereri semper et parcere et si peccatis virga non baculo non percutit et cum percusserit sanat. Non est pudendus quod a patre formides qui etsi eum feriat ut emendet: nunquam tamen ut interimat. Ac non cogitandum quod patrem offendere tui: est certe quod pudeat et si non quod terreat. Deinde et non reperit in ingenuo pro gemito. Ita ipse quidem patrem se exhibuit ut si non ego me illi meipsum filium. Qua nam fronte attollo iam oculos ad vultum patris tam boni tam mali filius. Candidatus autem ex ipse mea et quo morte filius mors est in felix et miseri patrem si etiam omni patris amori et honori. Confundor confundor audire. Si ego pater ubi est honor meus. Sed et si pater non esset obruerent me beneficia. Iustam tam admirum me testor ut anima in numina taceam: huius corporis vitam et usum temporis huius et super omnia sanguinem dilecti filii clamantem de terra. Pudet ingratitudinis. Nunquam ad confusionem animum arguat et reddidisse malum pro bonis et odium pro dilectione. Minime quidem a benefactore sicut non a patre timendum. Verus quippe beneficus est dans affluenter et non imperans. Nonne imperat dona sunt et beneficia sua a michi dedit non vendidit. Erubesce et dole inhonesta anima mea quantum et si illum non respexit et non imperare decet. Nos tamen omnino dedecet ingratos et immemores esse conterisse. Ad si sequitur forte numerus suas partes exsequitur pudor timor sane excitetur in adiutorium. Excitet ut excitet. Nempe qui legitur pater nostra et deus totius consolationis legitur inhonorus deus et dominus dominus. Legitur deus iudex iustus et fortis. Requiret a redempto servitium honorem et gloriam ab eo quem plasmavit. Esto quod dissimulet per ignorantiam beneficium. Sed non dominus et creator. Pensa cuius sic formidines et horreas tu tamen atque omnino contempsisse factorem offendisse dominum maiestatis. Maiestatis timeri dominum est tamen et maxime huius maiestatis huiusque domini. Nam si incurri regie maiestatis crimine humane humanis legibus plecti capite sancitum est. Quis finis contemptoribus divinam omnipotentiam erit. Tangit montes et fumigant et tam tremendam maiestatem audet irritare vilis pulvis unus levi flatu dispergendus. Et minime recolligendus. Pauco vehementi. Pauco modici inflatum: quem etiam quoque tremendum angelicas potestatibus. Cum sic afficiatur sensus procul dubio recuperavit et in duplici metu isto itemque pudore illo eque duplici habet osculationes quatuor. Tresque restant ex voce confessionis adiciet et nequaquam dicetur iam de eo quod non sit vox in sensu. Si tamen de corde humili simplici fidelique processerit illa confessio. Omne genus quod remordet conscientiam confitetur humilis pure fidelis et has vices implesti. Non negamus audiri aliquos temulenta et lacrimante impudentissime mala sua [illegible] que ubi gratia animi vel fortitudo gladiatorio vel agitur lactatorio gessere confiteri seu aliud quid secundum mundi quidem vanitatem favorabile: sed anime non salute nocivum pertinendum [illegible] adhuc animi morum est hoc et nullus horum qui gestas a talibus non sentit novitatis est vinculum. Sed pro vetustatis [illegible]. Non multi tamen quod dolendo et penitendo rememorant. Sed gloriam intentione captantes cum ulla sua non diluunt. Sed se ipsos illudunt. Sed est confessio eo periculosius noxia quo subtilius vana cum ipsa et inhonesta et turpia de nobis detegere non veretur. Non quod humiles sunt sed ut esse putentur. Appetere autem de humilitate laudem humilitatis est non virtus. Sed subversio. Verus humilis vult vilis reputari. Non humilis predicari. Gaudet contemptu sui hoc solo sane superbus quod laudes contempnit. Quid prodest quid ne indigni sit humilitatis custos confessio superbie mulier et inde velut inde melior vide mulier deterior. Mirabile iactantie genus ut non possis putari sanctus si non appareas sceleratus. Ad talis confessionem huius humilitatis non virtutem non solum veniam non meretur. Sed et provocat iram. Sed est ut humilem esse debere confessionem dixi. Oportet autem esse et simplicem. Non intentionem forte quod late homines excusare delectet. Si sic est ea. Primum illud non confessio est. Sed defensio. Nec placat. Sed provocat sequelas mouster magnitudinem. Et quo minor reputatur culpa eo minuitur gratia indulgentie. Veniam proinde sibi abiudicat qui nimium largitoris attenuat: quod quidem omnis qui reatum suum verbis alleviare conatur facit. Porro excusare te nolle quando corripis causam sic non sit minime fructuosum. Sed et periculosum: testem dei inerroga. Verba nempe malitie excusationes in peccatis appellat ne in ea declinet cor suum rogans et supplicans. Bene quidem malam exitium petit suam qui se excusat repellens proinde a se indulgentie medicinam et sic vitam sibi ore proprio intercludens. Sit autem et fidelis confessio ut confiteantis in spe de indulgentia proveniat non diffidens ne tuo te ore non tam iustificas quam condempnes. Includes quod fialas plenas odoramentis celestis medicus preparavit ad sanandi vulnera illius mulier qui incidit in latrones. Septem sunt numero. Septem fortasse predicas excitandis osculationibus accommodate. Ipso enim iure erat in fialis. Ex hiis propheta infudit oleum in eius vulneribus. Infudit et vinum. Sed vinum cum oleo. Sic nempe congruebat infirmitatibus meis ut michi vinum sic exaltaret medicina quemadmodum vino oleum superferenti michi. Attulit proinde quinque cados olei vini non nisi duos. Vinum siquidem timor tamen et fortitudo fuerit. Reliqua quinque oleum propria suavitate designant. In ipsum denique fortitudinis tanquam potens cataplasma a vino descendit ad inferos. Descendit inhonorum in ipsum timoris sed timendus non timidus. O sapientia contra arte medendi in vino et oleo anime mee sanitatem restaurans fortis suavis et suavis fortis. Fortis propter me suavis michi. Denique attingis a fine usque ad finem fortiter. Et

dissolvens omnia suavitate, pellens timiditatem et infirmum fovens. Sana me Domine et sanabor, psallam et confitebor et dicam: Oleum effusum nomen tuum. Non unum effusum nolo. Non enim intres in iudicium cum servo tuo, sed oleum quod coronas me in misericordia et miserationibus. Oleum plane quod supernatat cunctis quibus miscetur liquoribus; liquido illud designat nomen quod est super omne nomen.

XVII.

Providamus ne satis processum est in scrutario divinum scripturarum mirabile sacramentum, an ad perscrutandum adhuc sancto restat audendum spiritum ad interiora sequi. Spiritus nempe iste scrutatur non solum hominum corda et renes, sed et profunda Dei; et sive ad ima sive ad alta, securus sequor ipsum quocumque ierit, tantum ut custodiat corda nostra et intelligentias nostras, ne forte cum non adverterit, adhuc putemus numquam per ipso sequamur sensum devium. Venit namque et vadit pro ut vult, et fit quando veniat vel quando vadat, id plane periculosissime ignoratur. Cum enim hec spiritus sanctus circa nos dispensatorie quidem vicissitudines vigilantissime non observantur, sicut nec absentem desideres, nec presentem glorifices. Semper qui recto recedit ut animos requirat quo nam modo si abesse nesciatur requiritur. Se rursum qui dignatur ad hoc redit ut consoletur, quasi digne pro sua maiestate suscipitur, si nec adesse sentitur. Mens ergo que ignorat abscessum, patet seductioni; et que reditum non observat, erit ingrata visitanti. Septies cadit iustus et septies resurgit. Si tamen cadat in die, ut se cadere videat et cecidisse sciat et resurgere cupiat et requirat manum adiuvantis. Aliud est dubitare de veritate quod patiaris, necesse est cum spiritus minime spirat; et aliud saepe falsitatem quod facile caves, si eandem tamen ignorantiam non ignoras. Pessime miserrimeque ignorantie pessime tandem filie due sunt falsitas et dubietas. Illa nocentior, ista miserabilior. Prior illa, ista molestior. Cum loquitur spiritus, cedit utraque; et est non solum veritas sed et certa veritas. Est quippe veritatis que obscurum ambiguum non admittit. Cave sed da sane ne spiritus iste non loquitur et sic molesta dubietas certe falsitas exercitanda. Aliud est in sub incerto hoc vel illud opinando sentire, aliud temere affirmare quod nescias. Est qui dubie proferet mendacium, nec mentitur; et est qui veritatem quam nescio affirmat et mentitur. Nam et illud non quod quod non est esse sed se quod credit credere dicit, et verum dicat; et si hoc verum non sit quod credit, et iste cum se certum unde certus non est dicat, verum non dicat, etsi verum sit de quo asserit. Distinguendum sane manifesta et dubia, nec illa quidem adducere in dubium, nec ista temere affirmari. Quis novit utrum iam videlicet lucis antequam veniret in tenebras gentium in mundo et ipse olei infusionem ut per se ipsum iam tunc indignationis invisitaret dicens nunc se quodam modo ut cum gentio hec? Hoc ego non assero dicere spiritum, sed nec contradictione dico. Nescio non potuit autem contingere, sic tamen incredibile non putet. Plenum capiant et pressum decore homines per se potuisse intuitus et perfectiorem impartiri gloria si sic placuit in deo verbo. Absque dubio vidit et in lucore suo mundo et involutus est hoc subiectos socios dedignatur. Instrumiores sunt in quid inferiores quam nata non decet esse quam equales in gloria. An forte pro die impiam hinc eius machinationem illa presumpta ascensio sedisque angelis magistrum. Sic in celo concepit dolorem et in paradiso peperit iniquitatem, plenam malicie, mentem mortis et exitu per nasci omniumque prima parens superbia. Nam et si invidia diaboli intravit mors in orbem terrarum, invidiam tamen omnis peccati superbia accepit. Tamen sathan regnum super omnes filios superbie et regnum humilitatis etiam

superbia nutriret dum in uno suo principatu tempus vitali humilitas humiles excelsos, omnes reges constituit. Locum dum vidit ut suborta ille humilium malleator eidem spiritus nesciens fabricet coronas perpetuas impugnando omnes eodem succumbendo. Porro peccator videbit et irascetur, et erit sicut ira implacabilis. Sic flamma inextinguibilis que ante parata est ei et augelis eius. Sed revertamur ad nos ipsos semper et ipsi in alternis et in veritate id possimus. Innocentius spiritum veritatis sic ut non eundum quod dedignetur condescendere nobis, cum potius sic vel exiguum quid absque ipso conamur indignatus.

XVIII.

Oleum effusum nomen tuum. Quid certum demonstrat spiritus et nobis in nos occasione huius capituli? Profecto geminte cuiusdam sue operationis experimentum. Unius quidem qua nos primo intus in virtutibus solidat ad salutem; alterius vero qua foris quoque muneribus ornat ad lucrum. Illas in nobis, hec nobis accepimus; verum ergo fides, spes, caritas propter nobis ipsi nos damus. Absque his quippe salvi esse non possumus. Porro scientie seu sapientie sermo, gratia curationum, prophetia, similiaque quibus carere cum integritate et salutis propria possumus, proximorum procul dubio in salute expendenda donantur. Sed has spiritus sancti operationes quas vel in nobis vel in aliis experimur vocemus, ut nomina accipiant, infusionem, si placet, atque effusionem nominemus. Cum namque hanc harum convenit Oleum effusum nomen tuum, nomine effusionis, nam de infusione infusum potius quam effusum dixisset. Sequamur nunc gratie exterius profusum sentit, quo et ipse aliis refundere possit, et hunc dicit est: Oleum effusum nomen tuum. Sane cavendum nimis a dare quod nobis accepimus aut quod erogandum acceperimus retinere. Rem profecto proximi retines tibi, si tibi causa plenus virtutibus cum sis, foris quoque incohonestum domus scientie et eloquentie adornatus, metu forte aut segnitie aut minus discreta humilitate verbum bonum quod possit prodesse multis in vitio immo et damnabili ligas silentio. Certe maledictus qui frumenta abscondit in populo. Rursum quod tuum est spargis et perdis, si priusquam infundaris totus, semiplenus festines effundere contra legem agens: in primogenito bovis et ovis primogenitum non possunt. Statuitur vita atque salute quam aliis das, te fraudas. Quin sana vacuus intentione gratie manus vento inflaris aut terrene cupiditatis veneno inficias et letali aposteniate turgens interis. Quamobrem si sapis, concham te exhibebis et non canalem. Hic siquidem pene simul et recipit et refundit; illa vero donec impleatur expectat, et sic quod superest sine suo dampno communicat, sciens maledictum qui partem suam facit deteriorem. Verum canales hodie in ecclesia multos habemus, conchas vero perpaucas. Tante caritatis sunt per quos nobis fluenta celestia manant, ut ante effundere quam infundi velint, loqui quam audire paratiores, et prius docere quod non didicerunt, et aliis preesse gestientes qui se ipsos regere nesciunt. Ego nullum ad salutis pietatis gradum illi gradui anteponendum existimo quem sapiens posuit dicens: Miserere anime tue placens deo. Quod si non habeo nisi parum olei quo ungar, putas tibi debeo dare et remanere inanis? Si in studio cogitationes meas debitas est, sic forte non sufficiat nobis et vobis. Ite potius ad vendentes et emite vobis. Sed caritas, inquis, non querit que sua sunt. Profecto quod non desinunt omnia querere quod habent, volo habundare sibi, ut possit et omnibus servat sibi quantum sufficiat ut nulli deficiat. Alioquin si plena non est, perfecta non est. Ceterum tu frater, cuius firma satis prefata salus nondum est, caritatis adhuc aut nulla est aut ita tenera atque harundinea quatinus omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur doctrine vento, immo cum tanta est caritas ut ultra mandatum quidem diligas proximum tuum plus quam te ipsum

Servitus tantilla ut contra mandatum timore liquescat,
pavore deficiat, perturbetur tristitia, avaritia contrahatur,
pertrahatur ambitione, suspicionibus inquietetur, conviciis exa-
gitetur, curis consumatur, honoribus tumeat, livore tabescat?
Tu in teipso ista in primis deprehendens, qua, rogo, dementia vel
aliena curare aut ambis aut acquiescis? Disce et tu
non nisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis. Imple te prius,
et sic curato effundere. Benigna prudensque caritas affluere
consuevit, non effluere. Accedit medicus ad vulneratum, Spiritus ad
animam. Ergo ... Nam animam cum accedit Spiritus, quid primo
opus est ut vulnus, quod forte supercreverit in anima, et ob-
stet impedire sanitatem, ante omnia amputetur. Abscidatur
ergo itaque ferro acute compunctionis ulcus inveterate consuetudinis,
et est acerbus dolor. Levatur proinde unguento devotionis, quod
non est aliud, accepta de spe indulgentie exultatio. Deinde ap-
ponitur medicamentum penitentie, malagma ieiuniorum, vigili-
arum, orationum et si qua sunt alia penitentium exercitia. In la-
bore cibandus est, cibo boni operis ne deficiat. Itaque commen-
datur penitentie labores pietatis operaque confortent. Cibus sitim exci-
tat. Accedat cibo boni operis orationis potus, componens in stoma-
cho conscientie quod bene gestum est, et commendans Deo. Orando bi-
bitur vinum letificans cor hominis, vinum spiritus quod inebriat et
carnalium voluptatum infundit oblivionem. Humectat in-
teriora arentis conscientie, excitat boni actuum digestionem, deducit per quae-
dam anime membra fidem, roborant spem, confortant, vegetant
ordinantque caritatem, et impinguant mores. Sumpto ci-
bo potuque, quid iam restat, nisi ut pauset egrotus et quie-
ti contemplationis post sudores actionis incumbat? Predicta
fructificet in novitate signa et mirantur mirabilia. Non est
quo se insinuet vanitas, ubi totum occupat caritas. Siquidem
plenitudo legis et cordis est caritas, si tamen plena. Deus denique
caritas est, et nichil est in rebus quod possit replere creaturam
factam ad imaginem Dei, nisi caritas Deus, qui solus illa
maior est. Illa. Cum nondum adeptus periculosissime promovetur,
quantislibet aliis videatur posse virtutibus. Si habuero omnem sci-
entiam, si dedero omnem substantiam meam pauperibus, si tradidero
corpus meum ita ut ardeam absque caritate, nichil sum, et tacemus.
Sic cuncta prius infundenda sunt nobis, et sic fundere audeant de ple-
nitudine, non de penuria largientes. Primo quidem compunc-
tio, deinde devotio, tertio penitentie labor, quarto pietatis opus,
quinto orationis studium, sexto contemplationis otium,
septimo plenitudo dilectionis. XIX.

Adhuc sponsa amatoria loquitur: Ideo, inquit, adoles-
centule dilexerunt te nimis. Ideo quid? Ideo nomen effusum, et
ideo ubera ex eo prelata. Inde quippe excitate sunt in amo-
rem sponsi, unde impleverunt ut diligant. Effusum siquidem
quod integrum capere non valebant. Ideo dilexerunt te. Effu-
sio quippe nominis facit capabile captivus amabile adolescen-
tulis, dum teneras. Non captatores sunt, integro gaudent,
effuso non indigent. Diligitur ab angelis Deus ob iudiciorum
suorum summam equitatem, ab archangelis ob consiliorum sum-
mam moderationem, porro a virtutibus ob benignissimam exi-
bitionem miraculorum, per que incredulis dignatus est trahere ad
fidem. A potestatibus vero ob illam iustissime potentie virtu-
tem qua solet apud malignantium compescere et arcere crudelita-
tem. Verum a principatibus ob eternam et originalem illam virtu-
tem qua dat esse et sentire principium omni creature superiori et
inferiori, spiritali et corporali, attingens a fine usque ad finem
forte. A dominationibus quoque ob placidissimam voluntatem quia
ubique dominetur in fortitudine brachii sui. Virtute vero po-
tentiori pro sua ingenita levitate et imperturbabili tranquilli-
tate disponit omnia suaviter. Diligitur et a thronis ob benivo-
lentiam magistre sapientie sine invidia sese communicantis
et unctionis que gratis docet de omnibus. Porro a cherubim ipsa
diligitur quia Deus scientiarum dominus est, et sciens quid cuique opus sit
ad salutem, dilecte provideque dona sua digne volentibus prout no-
vit expedire distribuit. A seraphim quoque quia caritas est et
nichil odit eorum que fecit, et vult omnes homines salvos fieri et ad
agnitionem veritatis venire. Hii omnes quidem prout capiunt diligunt.
Sed adolescentule quoniam minus capiunt minus, et capiunt nec omni-
no sufficiunt ad tam sublimia. Parvule quippe in Christo sunt,
lacte et oleo nutriende. Ergo ex uberibus sponse opus sunt eis, hinc
inde diligant. Dilexerunt te nimis. Quid est nimis? Valde
vehementer ardenter. Vel certe magis ex obliquo vos qui iu-
venilis tangit spiritualis sermo. Videtis illam quam et vos frequenter
reprimere conati sumus nimis discretam vehementiam, immo
temperantiam. Aut presertim nimium obstinatum redarguens, non
vultis esse communi contenti vita. Non sufficit nobis vegetare re-
gulam, non sollempnes vigilie, non imposita disciplina, non
mensura quam nobis partimur vestimentis vel alimentis, pri-
vata preferentis communibus. Cum vestram curam semel nobis credi-
distis, quid rursum de vobis vos intromittitis? Nam illam
qua totiens Deum offenditis vestris testibus ostendistis, propriam
scilicet voluntatem vestram. Ecce nunc rem magistram habetis, non
me. Ipsa vos natura docet non parcere corpori, non acquiescere,
non obtemperare seniorum consilio vel exemplo, non obedire
nobis. Non legistis in regula vestra quod quicquid fit sine volun-
tate vel consensu spiritualis patris vane glorie deputabitur, non mercedi?
Non legistis in evangelio quam formam obediendi puer Ihesus pu-
eris sanctis tradidit? Erat, inquit, subditus illis. Deus se mor-
talibus credit et subdit, et vos in viis vestris adhuc ambulatis?
Bonum recepistis spiritum, sed non bene utimini. Vereor ne a-
lium pro isto recipiatis, qui sub specie boni supplantet vos, et qui
spiritu cepistis, carne consummemini. Sapientia est Deus, et vult se a-
mari non solum dulciter sed et sapienter. Unde apostolus: Rationabi-
le, inquit, obsequium vestrum. Alioquin facillime zelo tuo spiritus
illudet erroris. Si illam nec habet callidus hostis machina-
mentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam si
efficere possit ut in ea incaute et non cum ratione ambules.
Quamobrem ego cogito modos quosdam tradere vobis, quos
operepretium est diligentibus observare. XX.

Verba magistri verbis sermonis exordium sumant: Qui non
amat dominum Ihesum, anathema sit. Valde omnino amandus est
per quem sum, vivo, sapio. Si ingratus sum, et indignus.
Dignus plane est morte qui tibi, domine Ihesu, recusat vivere,
et mortuus est. Et qui tibi non sapit, desipit. Et qui curat
esse nisi propter te, pro nichilo est et nichil est. Et qui est vult sibi et
non tibi, nichil esse incipit inter omnia. Suscipe, Deus, obsecro,
residuum annorum meorum. Pro his vero quos vivendo perdidi, quia
perdite vixi, cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. Deus, tu
scis insipientiam meam, nisi quod hoc ipsum forsitan sapere est
quod et ego agnosco eam. Et quod ex munere tuo. Auge illud
michi, minime quidem ingrato pro minimo. Sollicite pro
eo quod deest pro vivis quod ita sum. Amabo te quantum possum.
Sed est quod me plus movet, plus urget, plus accendit. Super
omnia, inquam, reddit amabilem tibi, Ihesu bone, calix quem
bibisti, opus nostre redemptionis. Hoc omnino amorem nostrum
facile vendicat totum sibi. Hoc, inquam, est quod nostram devotio-
nem et blandius allicit et iustius exigit et artius stringit
et afficit vehementius. Multum quippe laboravit in eo sal-
vator, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis auc-
tor assumpsit. Ipse denique dixit et facta sunt. At vero hic

et in dictis suis sustinuit contradictores, et in factis observatores, et in tormentis illusores, et in morte exprobratores. Ecce quomodo dilexit. Adde quod huius tantam dilectionem non reddidit sed accepit. Nam quis prior dedit ei et retribuetur ei? Denique dilexit et non existentes, sed adiecit et resistentes diligere. Alioquin si non dilexisset inimicos, sicut nec divinum quoslibet diligere esset, si non dilexisset qui non dilecti essent. Dilexit autem dulciter, sapienter, fortiter. Dulciter nempe dixerim quod carnem induit, sapienter quod culpam cavit, fortiter quod mortem sustinuit. Sed quos sane in carne visitavit, carnali tamen nequaquam amavit, sed in prudentia spiritus. Itaque quos in carne cognovit, dilexit in spiritu, redemit in virtute. Plenum profecto omni suavitatis dulcedine videre hominem hominis conditorem. At divinitatem tam prudenter se legit a culpa, et potenter expulit a natura. In carnis assumptione condescendit mihi, in culpe cavitatione consuluit sibi, in mortis susceptione satisfecit patri. Amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis. Huic securus me credo, qui salvare me velit, noverit, possit. Quem quesivit ultro et vocavit per gratiam suam, numquid venientem eiciet foras? Sed nec vim nec fraudem metuo profecto ullam, que me videlicet de manu eius possit eripere, qui et vincente omnia vicit mortem et seductorem universitatis serpentem arte utique sanctiore delusit. Isto prudentior, illa potentior. Carnis quidem assumpsit veritatem, sed peccati similitudinem; dulcem profecto in illa exhibens consolationem, in ista vero prudenter abscondens laqueum deceptoris diaboli. Porro ut patri nos reconciliet mortem fortiter subiit et subegit, fundens pretium nostre redemptionis sanguinem suum. Ergo nisi amasset dulciter, non me in carcere requisisset illa maiestas; sed vinxit affectioni sapientiam qua tyrannum deciperet, vinxit et patientiam qua placaret offensum deum patrem. Hii sunt modi quos vobis promiseram, sed prius eos in Christo ut commendabiliores haberetis. Disce christiane a Christo quemadmodum diligas Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter ne illecti, prudenter ne decepti, fortiter ne oppressi ab amore domini avertamur. Ne mundi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi pre his sapientia Christi. Ne seducaris spiritu mendacii et erroris, lucescat tibi veritas Christi. Ne adversitatibus fatigeris, confortet te virtus dei Christi. Zelum tuum inflammet caritas, informet scientia, firmet constantia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus. Nec teporem habeat, nec careat discretione, nec timidus sit. Et vide ne forte tria ista tibi et in lege tradita sint dicente deo: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota virtute tua. Michi videtur amor quidem cordis ad zelum quendam pertinere affectionis, anime vero amor ad industriam seu iudicium rationis, virtutis autem dilectio ad animi posse referri constantiam vel vigorem. Dilige ergo dominum deum tuum toto et pleno cordis affectu. Dilige tota rationis vigilantia et circumspectione. Dilige et tota virtute, ut nec nec mori pro eius amore pertimescas. Sit suavis et dulcis affectui dominus Ihesus contra male utique dulces vite carnalis illecebras, et vincat dulcedo dulcedinem quemadmodum clavum clavus expellit. Sed sic nichilominus intellectui previa lux et dux ratio sit, non solum obviandis hereticae fraudis decipulis et fidei puritatem ab eorum calliditatibus custodiendam, verum ut caveatur quoque sic nimia et indiscreta vehementiam in tua conversatione vitare. Sit et fortis et constans amor tuus, nec cedens terroribus nec succumbens laboribus. Ergo amemus affectuose, circumspecte et valide, scientes amorem cordis quidem et affectuosum dici absque eo qui dicitur anime, dulcem quidem sed seducibilem; illum vero

absque illo qui virtutis est rationabilem esse sed fragilem. Cum egre ferrent discipuli quod de ascensuri magistri discessu ab eodem ipso audierant, audierunt: Si diligeretis me, gauderetis utique. Diligebant dulciter sed minus prudenter. Diligebant carnaliter sed non rationabiliter. Dilectio eorum quia carnis erat, verum dicebat: Expedit vobis ut ego vadam, culpans consilium non affectum. Loquentem item de morte sua futura obviare sibi conantem Petrum, qui eum tenere diligebat, tamen ita ut meministis increpando repressit, quid in eo aliud quam imprudentiam reprehendit? Postremo quid est non sapis que dei sunt, nisi non sapienter diligis, humanum sequens affectum contra divinum consilium? Et vocavit Sathanam eo quod saluti et si nesciens adversaretur, qui salvatorem mori prohiberet. Unde et correctus repetentem post modum triste verbum minime iam mori vetuit, sed se commoriturum esse promisit. Non autem implevit quia necdum ad tertium pervenerat gradum, in quo virtute tota diligitur. Erat tota anima doctus diligere, sed adhuc infirmus, bene instructus sed parum adiutus. Non ignarus misterii sed martirii pavidus. Non plane illa fortis ut mors dilectio tunc fuit, que morti succubuit. Sed tunc demum tota virtute dilexit cum nec vite sue pepercit pro dilectione. Maiorem siquidem caritatem nemo habet quam si animam suam ponat quis pro amicis suis. Quam et si minime tunc posuit, iam tamen exposuit. Ergo non abduci blanditiis, nec seduci fallaciis, nec iniuriis frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere est. Et nota amorem cordis quodam modo esse carnalem, quod magis erga carnem Christi et que in carne Christus gessit vel iussit cor humanum afficiat. Hoc repletus amore facile ad omnem de huiusmodi sermonem compungitur. Nichil audit libentius, nichil legit studiosius, nichil frequentius recolit, nil suavius meditatur. Unde holocausta orationum tanquam ex adipe medullis signata impinguiat. Adstat oranti hominis dei sancta ymago, aut nascentis, aut lactentis, aut docentis, aut morientis, aut resurgentis, aut ascendentis. Et quodcumque tale occurrerit, vel stringat necesse est animum in amore virtutum vel carnis exturbet vitia, fuget illecebras, desideria sedet. Ego hanc arbitror precipuam invisibili deo fuisse causam quod voluit in carne videri et cum hominibus homo conversari, ut carnalium videlicet, qui nisi carnaliter amare non poterant, cunctas primo ad sue carnis salutarem amorem affectiones retraheret, atque ita gradatim ad amorem provehere spiritalem. Ergo ut breviter dicam, toto corde diligere est omne quod blanditur de carne propria vel aliena sacrosancte carnis amori postponere. In quo et mundi quoque gloriam comprehendo, quia gloria mundi gloria est carnis, et qui ea delectantur carnales esse non dubium est. Licet vero donum et magnum donum spiritus sit huiusmodi erga carnem Christi devotio, carnalem tamen dixerim hunc amorem. Bonus tamen amor iste carnalis, per quem vita carnalis excluditur, contempnitur et vincitur mundus. Proficit autem in eo cum fit et rationalis; perficitur cum efficitur spiritualis. Porro rationalis tunc est cum in omnibus que oportet de Christo sentiri fidei ratio ita firma tenetur, ut ab ecclesiastici sensus puritate nulla veri similitudine, nulla heretica seu diabolica circumventione aliquatenus devietur. Itemque cum in propria conversatione illa cautela servatur, ut discretionis meta nulla superstitione vel levitate vel spiritus quoque ferventioris vehementia excedatur. Et hoc est tota anima deum diligere, iam superius diximus. Quod si et adiuvantis spiritus vigor tantus accedat ut nulla vi laboris vel tormentorum, sed nec mortis metu iustitia unquam deseratur, in hoc et tota virtute diligitur, et est amor spiritualis. Haud immerito nomen huic spirituali amori congruere puto

ob praerogativam — tam utique plenitudinis lucis quam profectus.

XXI

Trahe me post te. Sponsa ne quidem nunc hic trahi. Sed non omnis
qui trahitur invitus trahitur. Neque enim infirmum aut debilem
cum incedere per se non valet, trahi ad balneum seu ad pran-
dium piget, etsi reum pigeat trahi ad iudicium vel ad poenam.
Denique trahi vult quae et hoc rogat. Non autem rogaret se
qui per se sequi dilectum prout vellet valeret. Ut quid non
valet? An infirmam existimamus et sponsam? Sed una quaevis
ex adolescentulis infirmam se dicit et se petit trahi. Nec eo quod una
verum. Quamdiu et quantumvis profectus anima, quamdiu quidem gemit
sub corpore mortis huius et huius saeculi nequam retinetur inclusa
carcere, vincta necessitatibus, torta sceleribus, lentius et tardius
assurgit ad contemplanda sublimia; nec omnino liberum
habet sequi sponsum quocumque ierit. Dicat proinde, dicat cum
gemitu et sponsa: Trahe me post te, quia corpus quod corrum-
pitur aggravat animam. An hoc dicat cupiens dissolvi et cum Christo esse, praesertim
dum videat eas quas mane ipsum in carne vicinum videba-
tur, bene proficientes amare iam sponsum et stare in tu-
to caritatis. Si quid hoc pertinet, ipsa inquiens, adolescen-
tulae dilexerunt te. Nimirum quasi dicat: Ecce adolescentulae amant
te et amando firmiter inhaerent tibi, et ego minime iam quasi
huic vitae causa in hac vita inferius commorandi. Ideo
trahe me, ait, post te. Hoc sentiens sic dixit: Trahe me ad
te. Nunc vero quia dicit post te, magis illud videtur postulare, videlicet
ut conversationis eius valeat vestigia sequi, ut possit emu-
lari virtutem et normam tenere vitae et morum, quatenus appre-
hendat disciplinam. In huiusmodi quippe maxime opus est ad-
iutorium quo valeat abnegare semetipsam et tollere crucem
suam et sic sequi Christum. Hic profecto trahi necesse habet sponsa,
nec sane trahi ab alio quam ab eo ipso qui ait: Sine me nihil
potestis facere. Scio, inquit, me nequaquam posse pervenire
ad te nisi gradiendo post te. Sed neque hoc quidem nisi adiuta
abs te. Ideoque precor ut trahas me post te. Beatus est siquidem
cuius est auxilium abs te; ascensiones in corde suo disposu-
it in valle lacrimarum, pervenitur quandoque ad te in montibus gau-
diorum. Quam pauci post te, o Domine, ire volunt, cum tamen ad te per-
venire nemo sit qui nolit. Hoc scientibus cunctis quia delecta-
tiones in dextera tua usque in finem. Sed ipsa volunt omnes
te frui, at non ita et imitari. Cum regnare cupiunt, sed non com-
pati. Mortem spiritualem optant sibi et carnales, quorum tamen
vitam abhorrent. Non omnino quaerere quem tamen desiderant
invenire, cupientes consequi sed non et sequi. Delicta tua re-
lictis omnibus propter te, concupiscentes semper ire post te, semper tuis
inhaerere vestigiis ac sequi te quocumque ieris. Precatur autem
se trahi quoniam iustitia tua sicut montes Dei; nec sufficit
ad illam suis viribus. Precatur se trahi, ut assolet, quia nemo
venit ad te nisi Pater tuus traxerit eum. Porro quos Pater trahit
trahuntur et a te. Sed familiarius a Filio postulat trahi tamquam
a sponso proprio, quem Pater misit obviam ei ducem ac praecep-
torem, qui sibi praeiret in via morum et praeberet iter virtutum,
erudiret eam sicut semetipsum et manu prudentiae do-
ceret et traderet ei legem vitae et disciplinae, et sic ipse iuncto
concupisceret decorem ipsius. In odore unguentorum tuorum cur-
remus. Propterea opus habet trahi, quia refriguit paululum in
nobis ignis amoris tui, nec valemus a facie frigoris huius
currere modo sicut heri et nudiustertius. Sed praeveniantibus unguen-
tis curremus, cum abscesserit torpor qui nunc est et redierit
devotio. Et iam non erit opus nobis ut trahamur, quippe odore
excitati ut sponte curramus. Videlicet nemo qui in spiritu
ambulat nequaquam permanet in uno statu, nec eadem semper
facilitate proficere. Et quidem non est in homine via eius, sed prout
ei spiritus moderator prout vult dispensat, nunc segnius, nunc a-
lacrius, quae retro sunt obliviscens et ad anteriora sese extende-
re. Puto quod hoc ipsum, si attenditis, vestra vobis experientia inveni-
ret quod ego, fratres, loquor. Ergo cum te torpore, acedia vel
taedio affici senseris, noli propterea diffidere aut desistere a studio
spirituali, sed iuvantis require manum, trahi te obsecrans sponsae
se exemplo, donec denuo suscitante gratia factus promptior
alacriorque curras et dicas: Viam mandatorum tuorum cucurri.
Sic te non deseret spes in tempore malo, nec in prudentia deef-
ficeris; inter adversa et prospera mutabilium temporum tenens quandam
aeternitatis imaginem, utique hanc inviolabilem et tranquillam
constantiam animi aequalitatem, ita et tu eris in hoc modo, nec
in adversis timidus, nec in prosperis dissolutus. Sic ego quasi ex-
altatus fuero a terra, audacter dico, omnia traham ad me
ipsum. Nec temerarie usurpo, fratres, mei vocem, quam me induo
similitudinem. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum. Sed quasi-
dem tamquam nihil habentes et omnia possidentes. Non men-
dicantes ut miseri, sed ut domini possidentes, eo procerto mag-
domini quo minus cupidi. Denique fideli homini totus mundus
divitiarum est. Totus plane, quia tam adversa quam prospera ipsius.
Ergo avarus terrena esurit ut mendicus, fidelis contemp-
nit ut dominus. Ille possidendo mendicat, iste contemnendo servat.
Quare a quovis eorum qui insatiabili corde lucris temporalibus
inhiant, quid nam de huiusmodi sentiat, qui sua vendentes et
dantes pauperibus regna caelorum pro terrena mercantur subsidia, sa-
pienter agunt necne? Procul dubio respondebit: Sapienter.
Quaere item cur quod approbat ipse non facit: Non possum, in-
quiet. Quare? Profecto quia domina avaritia non permittit, quia tibi
non est, quia non sunt tua quae possidere videtur. Sed nec ipse
nimis, si vere tua sunt, expende ad lucra et pro terrenis cae-
lestia commutato. Si non vales, fatere te pecuniae tuae non dominum
esse sed servum, custodem non possessorem. Denique et conformis
eris menti tuae tamquam servus dominae suae, dum quomodo
ille illi, nec non et congaudet gaudenti et dolenti condolet. Tu quoque
cum crescente tuo marsupio exultas pariter animo, et cum decrescen-
te decrescis. Nam et cum traheris tristitia cum illo extenua-
ris, et laetitia solveris aut certe inflaris superbia cum impletur
hoc ille. Nos vero sponte curramus, aemulare libertatem atque con-
stantiam quae sicut bene instructa in omnibus et erudita
in sapientia scit abundare, scit et penuriam pati. Dum se rogat
trahi, ostendit quid desit sibi, non pecuniae sed virtutis.
Rursum cum se nichilominus de spe gratiae rediturae consolatur et
si deficere non tamen diffidere se probat. Et quid mirum si indiget
trahi quae post gigantem currit, quae comprehendere nititur
eum qui salit in montibus, transilit colles? Sicut tamen est ut
me trahas, ut sic ipsum quandocumque tu aut terrendo minis
aut caedendo flagellis incites, quando parcens in meo me torpo-
re male securam derelinquis. Non curram ego sola et so-
lam me trahi petierim: current et adolescentulae mecum.
Curremus simul, ego odore unguentorum tuorum, illae meo ex-
citatae exemplo atque hortatu, ac per hoc omnes in odore
unguentorum tuorum curremus. Sed quaeritur cur singulariter cum
se petit trahi, et adolescentulas non adiungit, ut non trahe
me, sed trahe nos dicat. Dicite per hoc verbum a me in spiritua-
li exercitio duplex auxilium desuper sperare, correptionis et conso-
lationis. Altera foris exercet, altera intus visitat. Illa reprimit
insolentiam, ista fiduciam erigit. Illa operatur humi-
litatem, ista pusillanimitatem consolatur. Illa cautos, ista
devotos facit. Timorem Domini docet illa, ista ipsum timorem
infuso temperat gaudio salutari. Trahimur cum temptatio-
nibus et tribulationibus exercemur, currimus cum intus consolationibus

excitemur: curremus. cum interius consolationibus et inspirationibus visitati tamquam suaviter olentibus unguentis recreati, quod austerum dormire videtur, tepeo iam tamquam forti tamque fame tamquam prece. Et dico singulariter: Trahe me. Ad suave et dulce tibi tamquam nutrimento deo et dico curremus. Non ego adolescentulas delicatas et teneras esse et minus ydoneas sufferre temptationes, et specialem meam volo: ut suave, sed non ut mecum trahantur. Volo habere socias consolationis, non autem et laboris. Me inquit sponse corripe, me tempta, me trahe post te, quoniam ego in flagella paratam et potius ad sustinendum. Certum simul curremus, sed in odore unguentorum tuorum, non in nostrorum fiducia meritorum. Nec in magnitudine virium nostrarum currere nos confidimus, sed in multitudine miserationum tuarum.

XXII.

Sed licet suavis domini unguentis, que interim tum domesticis ex affectu eius et familiaribus pro vite meritis ac mentis puritate aspirat: tamen cum arbitror receptorum aromatum et unctionis suavi omnes sentire fragrantiam. Porro in sponsa capite intelligentia nisi quorum experientia attingit. Ut paululum ministerium meum in hac parte commendem, non nullius profecto fatigationis est atque laboris tortione cisternas et haurire et de manifestis nubibus scripturarum et eorum singulorum necessitatibus inservire, ut absque suo labore quisque in manu presto habeat aquas spirituales ad omne opus, utpote gratia ad lavandum, ad potandum, ad cibos coquendos. Est enim vivum aqua sapientie salutaris sermo divinus, non modo potans sed et lavans, dicente domino: Iam vos mundi estis propter sermonem. Sed et crudos carnis cogitatus igne sancti spiritus accedente coctos divini eloquii advertit in sensus spirituales, et cibos mentis ita ut dicat: Concaluit cor meum. Cum mente sane puriori per se ipsos apprehendere sublimiora sufficiunt, etsi per nos preferant. Non solum non prohibeo, sed et multum congratulor, dum et ipsi nos patiantur simpliciora simplicioribus ministrare. Quis dabit mihi ut omnes prophetent? Verumtamen necesse non esset in hiis occupari. Verumtamen aut aliena cura incumberet ista aut essem quod mallem nemo in nobis esset qui ea indigeret, essentque omnes docibiles dei, et ego possem vacare et videre quoniam sponsus est deus. Ipse sicut fons vite, ipse fons signatus de medio horti conclusum erumpens per os Pauli fistulam suam in quatuor sese rivos diffundit et derivavit in plateas, ubi videlicet et dicit factus nobis est a deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio. Ex hiis itaque quatuor rivis tamquam preciosissimis unguentis, nil enim obstat utrumque intelligi, et aquam et unctionem: aquam quia mundat, unctionem quia fragrant: tanti esse nares odoris suavitas explevit ut mox a quatuor mundi partibus excitata illa dulcedine suspirium pareret ad sponsum, tamquam illa regina austri festinans a finibus terre audire sapientiam Salomonis, opinionis sicut odore provocata. Quare et ecclesia non ante currere valuit in odore sui Salomonis quo usque huius quia ab eterno ex patre sapientia factus est ei in tempore a patre sapientia: quo ipsius odorem percipere posset. Sic iustitia sic sanctificatio sic et redemptio inchoantur ei factus est ut horum quoque in odore currere posset. Cum hec eque omnia in se ante omnia esset. In principio erat sapientia, erat iustitia, erat sanctificatio et redemptio, sed angelis. Ut esset et hominibus fecit cum hec omnia pater, et fecit quod pater, et non aliter simpliciter. Qui factus est sapientia, sed qui factus est nobis sapientia, quoniam que erat angelis factus est et nobis. Et angelis interest quo nam modo redemptio fuit, non video. Nec enim auctoritas scripturarum usquam assentire videtur eos aliquando aut peccato extitisse captivos aut morti obnoxios, ut necessario indiguerint redemptionem, exceptis dumtaxat illis qui superbie lapsu irremediabili corruentes, redimi deinceps non meruerunt. Si ergo angeli numquam redempti, alii utique non egentes, alii non promerentes; illi quidem quia nec lapsi sunt, hii autem quia irremediabiles sunt: quo pacto tu dicis dominum christum eis fuisse redemptionem? Audi breviter. Qui erexit hominem lapsum, dedit stanti angelo ne laberetur. Sic illum de captivitate eruens, sicut hunc a captivitate defendens. Et hac ratione fuit eque utrique redemptio, solvens illum et servans istum. Sic ergo omne quod erat angelis, factus est nobis. Quid sapientia iustitia sanctificatio redemptio: sapientia in predicatione, iustitia in absolutione peccatorum, sanctificatio in conversatione quam habuit cum peccatoribus, redemptio in passione quam sustinuit pro peccatoribus. Sedebas o homo in tenebris et umbra mortis per ignorantiam veritatis. Et primo quidem veritatis doctor depulit umbram ignorantie tue luce sapientie sue. Iustitiam deinde que ex fide est solvit funes peccatorum, gratis iustificans peccatorem. Addidit quoque sancte inter peccatores vivere et sic tradere formam vite tamquam vie qua rediret ad patriam. Ad cumulum postremo pietatis tradidit in mortem animam suam, et de proprio latere protulit precium satisfactionis quo placaret patrem; per quod illum plane ad se versiculum traxit: Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Prorsus copiosa quia non gutta sed unda sanguinis largiter per quinque partes corporis emanavit. Quid tibi debui facere et non feci? Illuminavit cecum, solvit vinctum, reduxit errantem, reconciliavit reum. Quis non post illum libenter atque alacriter currat qui et ab errore liberat, et errata dissimulat, qui deinde merita vivendo tradit, premia moriendo conquirit? Quam excusationem habet qui in odore horum unguentorum non currit nisi ad quem forte minime odor pervenit? Quam intellexisse huius qualitatem ubique fragrantiam non sentit, et hoc non occidit aut mortuus est aut putridus. Fragrantia fama est. Omnino propter mansuetudinem que in te predicatur post te domine currimus Ihesu, audientes quia non spernas pauperem peccatorem, non horreas. Sapientie tue odorem ex eo percepimus quod audivimus: quia si quis indiget a te. Iustitie tue tanta ubique fragrantia spargitur ut non solum iustus, sed ipsa diceris iustitia, et iustitia iustificans. Tam validus es utique et ad iustificandum quam multos ad ignoscendum. Quamobrem quisquis pro peccatis compunctus esurit et sitit iustitiam, credat in te qui iustificas impium, et solam iustificatus per fidem, pacem habebit ad deum. Sanctitatem quoque suavissime et copiosissime tua redolet non solum conversatio sed et conceptio. Porro si quid nec commisisti nec contraxisti. Iam redemptionis odor quantos currere facit? passio tua ultimum refugium, singulare remedium. Deficiente sapientia, iniustitia non sanctitate. Plurimam sufficientiam ad salutem mihi repellet sanguis tuus pro me. Salvus sum. Nec currimus equaliter omnes in odore omnium unguentorum, sed videas alios vehementius studiosius flagrare sapientie, alios magis ad penitentiam spe indulgentie animari, alios amplius ad virtutem exercitium vite et conversationis eius provocari exemplo, alios ad pietatem passionis memoria plus accendi. Sic quatuor unguenta assignata habes. Primum sapientie, secundum iustitie, tertium sanctificationis, quartum redemptionis. Sic nota nomina percipite fructum et operationis modum in intima specierum quibus confecta sunt nolite requirere. Fructus huius seculi sapientes de quatuor virtutibus tam multa

[left margin note:] ... ita preciosa et cetera. quod superius videtur / ...em sentiret cum ita tenui [illegible] / ...ata fragrantia premoneret. quantum / ... non et voluerit.

disputaverint, quas tamen apprehendere omnino nequiverint, cum illum nescierint qui factus est nobis a Deo sapientia docens prudentiam, et iustitia delicta donans, et sanctificatio in exemplum temperantiae continenter vivens, et redemptio in exemplum patientiae fortiter moriens. Forsitan dicat aliquis: Cetera bene conveniunt, sed sanctificatio ad temperantiam minus proprie referri videtur. Ad quod respondetur primum id esse continentiam quod temperantiam, deinde usitatum in scripturis sanctificationem pro continentia seu munditia poni. Denique quid ille apud Moysen tam crebrae sanctificationes, aliud erant quam quaedam purificationes hominum temperantium se a cibo et potu, a concubitu huiusque similibus? Sed audi apostolum: Ut unusquisque sciat vestrum suum vas possidere in sanctificatione, et non in passione desiderii. Ipse siquidem non vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Liquet quod sanctificationem pro temperantia posuit. Quid vobis cum virtutibus, qui Dei virtutem Christum ignoratis? Ubi nam, quaeso, vera prudentia nisi in Christi doctrina? Unde vera iustitia nisi de Christi misericordia? Ubi vera temperantia nisi in Christi vita? Ubi vera fortitudo nisi in Christi passione? Soli ergo qui eius doctrina imbuti sunt, prudentes dicendi sunt; soli iusti qui de eius misericordia veniam peccatorum consecuti sunt; soli temperantes qui eius vitam imitari student; soli fortes qui eius patientiae documenta fortiter in adversis tenent. Incassum proinde quis laborat in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat quam a Domino virtutum, cuius doctrina seminarium prudentiae, cuius misericordia opus iustitiae, cuius vita speculum temperantiae, cuius mors insigne est fortitudinis. Ipsi honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

XXIII

Introduxit me rex in cellaria sua. Ecce unde odor, ecce quo curritur. Currit sponsa, currunt adolescentulae; sed quae amat ardentius currit velocius et citius pervenit. Perveniens non dico repulsionem, sed nec cunctationem patitur. Sine mora aperitur ei tamquam domesticae, tamquam carae, tamquam specialiter dilectae et singulariter gratae. Adolescentulae autem quid? Sequuntur a longe. Neque enim cum adhuc infirmae sint, pari possunt devotione cum sponsa currere, nec ipsius omnino imitari desiderium et fervorem. Idcirco tardius pervenientes foris remanent. At caritas sponsae non quiescit, nec invidet eis gaudium quod percepit; non ob aliud sane nisi ut sibi congaudeant, dum constat minime alienum fore a se quicquid gratiae illi accesserit. Nam nec illa ita proficit quo ipsarum negligat curam, nec ipsae minus suos profectus putant illarum dispendio. Quomodocumque proinde minorum praerogativa tollatur ab illis, caritate absque dubio et pia sollicitudine necesse est eam semper esse cum illis. Dicit itaque: Introduxit me rex in cubiculum suum. Sola introducta videtur, sed sola non proficit. Vestrum omnium est, inquit, omnis profectus: vobis proficio, vobiscum partibor quicquid plus forte vobis invenero. Vis indubitanter scire quia in hoc sensu et affectu locuta sit? Audi quid illae respondeant: Exultabimus et laetabimur in te. Nam in nobis necdum meremur. Sed addunt: Memores uberum tuorum, hoc est, expectamus sustinemus dum venias satiata, te plenis ad nos refusuram uberibus. Quod adiungunt super vinum, significant se adhuc quidem pro sui imperfectione cum illa uti deliciis quae vino designantur contemplationis pulsari; vis in ea tamen eadem deliciarum memoria mundanae suavitatis quam iam ex uberibus fluentem expertae sunt. Minime siquidem profecissent nisi melius agnoscerent. Audiant hoc praelati qui sibi commissis volunt semper esse formidini, utilitati raro. Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete magis amari quam metui. Et si interdum severitate

opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fovendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem, suspendite verbera, producite ubera; pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggravatis, quorum potius onera portare debetis? Cur morsus a serpente parvulus fugit conscientiam sacerdotis, ad quem eum magis oportebat tamquam ad sinum recurrere matris? Videamus iam de cellariis quid spiritualis sententiae videant. In aliquibus mentio fit et de horto et de cubiculo, quae simul nunc adiungo istis cellariis. Loquemur et, si placet, tria ista in scripturis sacris: ortum, cellarium, cubiculum. In ipsis nempe libere divinae sententiae anima versatur et moratur. Sciens secundum absque dubio inventurum quod sitit. Sit itaque ortus plana ac simplex historia, sit cellarium moralis sensus, sit cubiculum archanum theoricae contemplationis. Et primum quidem historiam ad ortum puto non immerito deputari, quia in ea inveniantur viri virtutum tamquam fructifera ligna in orto sponsi et in paradiso Dei, de quorum bonis actibus et moribus quot sumis exempla, tot carpis poma. Vel ergo historia ortus triplex partita. Continetur namque in ea caeli et terrae creatio, reconciliatio, reparatio. Creatio quidem tamquam orti satio sive plantatio. Reconciliatio autem quasi germinatio satorum vel plantatorum. Tempore namque suo rorantibus caelis desuper et nubibus pluentibus iustum, aperta est terra et germinavit salvatorem, per quem facta est caeli terraeque reconciliatio. Porro reparatio futura est in fine saeculi. Erit enim caelum novum et terra nova, et colligentur boni de medio malorum tamquam fructus de orto, in Dei promptuaria reponendi. In morali quoque disciplina tria cellaria adinvenire est, quasi tres in cellario uno; et ideo forsan pluraliter cellaria dixit. Iuxta denique introductam se gloriatur in cellam vinariam. Si vos ergo legitis: Da occasionem sapienti et sapientior erit. Inde occasionem ex vocabulo quo spiritus sanctus cellae huius censuit imponendum, reliquis quoque duabus nomina imponamus: aromaticam unam et unguentariam aliam. Simul autem adverte cuncta apud sponsum salubria, cuncta suavia reperiri: vinum, unguenta, aromata. Vinum scriptura teste laetificat cor hominis. Exhilarari faciem in oleo legis, quod utique pictoribus pigmentorum infundo; ut unguenta sicut aromata non modo gratia suavitate odoris, sed in quoque medendi utilia sunt. Merito se introductam illuc exultavit sponsa, ubi tanta redundat ubertas gratiae. Sed istud et alia nomina puto evidentiorem suggerentia rationem, si ut suo ordine videntur: primam unam accipiamus disciplinae, secundam naturae, postremam gratiae. In priori discis inferiorem te esse, in secunda parem, in posteriore superiorem; hoc est sub alio, cum alio, super alium; vel sic: subesse, coesse, praeesse. Primo ergo discis esse discipulus, secundo socius, tertio et magister. Siquidem omnes homines natura aequales genuit. At quum bono naturae in moribus superbia depravato facti sunt homines aequalitatis impatientes, contendere invicem superiores, atque aliquatenus superiores cupientes, primo omnium in cella priori iugo disciplinae insolentia morum domanda est, quousque diutinis ac diutinis seniorum attritu legibus humiliatus et sanatus cervicosa voluntas bonum quod naturae superbiendo perdiderat recipiat, dum solo iam naturali affectu, non metu disciplinae, cum universis naturae suae sociis, id est cum omnibus hominibus, socialiter convivere et quiescere se sentit. Ipse didicerit in cellam tandem naturae transiens, experiensque perceptum est illud scriptum: Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum, sicut unguentum in capite. Accedit nimirum disciplinatis moribus tamquam communis speciebus oleum lenitatis bonum

nature: et fit unguentum bonum atque iocundum quo quisque imbutus reddit hominem suavem et mitem, hominem sine querela, neminem circumvenientem, neminem gravantem, neminem ledentem, nemini se super extollentem aut preferentem, immo super et libenter communicantem in ratione dati et accepti. Puto si bene intellexisti utriusque celle proprietates non inique me hanc unguentariam, illam aromaticam appellare testaberis. In illa denique sicut pigmentorum vires atque singularum ac pistilli extorquet et exigit violenta contusio, sic vectorum mores elicit quodam modo et exprimit naturalem vim vis magisterii et districtio discipline. In hac autem voluntarie et tanquam innata affectionis grata mansuetudo sponte officiosa currit instar plane unguenti quod est in capite, ad levem caloris tactum descendentis ac defluentis per totum. Itaque in cella discipline tanquam sicce ac simplices aromatum species continentur, et non aromaticam eam denominandam putavi. In ea vero que nature dicta est, quoniam iam queque confecta reponuntur et servantur unguenta, inchoatum ex re nomen et ipsa accepit, et unguentaria nuncupatur. Nam vinariam quoque cellam non aliam sane nisi ubi arbitror fore domum, tuam quod in ea unum deum in caritate ferventes redditur. Nec debeo omnino preterire alios qui in eam necdum merui introduci. Sed prorsus hoc uno eluceat quam aliis presidet. Alioquin ingrate satis procedis affectus, quibus preesse non curas et quorum non zelas salutem. Subiectorum nimis ambitiose rediscas est. Hanc ego cellam quoque gratie nominavi, non quod absque gratia vel reliquas habere quis possit, sed ob plenitudinem que singulariter in ista percipitur. Vidisti tria nostra nomina unde et distinctam cellarum. Nec in patris facultatis seu facilitatis eiusdem est petulantes vagosque sensus atque intemperantem carnis appetitum magistri aspectum metu ad rigida discipline cohibere, sed tum et spontaneo affectu bene cum sociis convenire, castitatis sub ferula innocentis moribus et sola magistri voluntate concinna pro viribus gerere morem. Nam neque vel rursum quis dicat esse in tuta nimis ne virtutis socialis unire et vere procedere. Sunt inter denique sub preceptore quieti vivunt, quos si iugo absolvas videas non posse quiescere nec se ullo modo equalibus servare innoxios. Itemque in minoribus sunt simpliciter ac sine querela inter fratres conversari super est. Non solum nimium sed insipientes et nequam. Quadam siquidem bona mediocritate contemperati sunt qui nec se levius inventam gratie protinus est deus minime quod contendunt magistro. Non tamen pro hoc magistro. Prioribus ergo sequentes quod in moribus antecellunt. Quod utriusque superiores existunt qui superiores esse nolunt. Denique et accipiunt in permissione qui bene presunt. Constitutum super omnia bona domini sui ad pauca perfecto qui utiliter pauca vel qui et humiliter presunt. Facile cum utrumque ad multa qui inferem virtutum discretionis perfecte adeptus, ut novo inchoamus caritatis usque ad contemptum proprie glorie utque ad sui ipsius oblivionem et ad non querenda que sua sunt dilatatur, quod solo ad uno isto sic magisterio vini cellam vinariam obtinere. Virtus siquidem dis-

·no· cretionis absque caritatis fervore iacet, et fervor vehemens absque discretionis temperamento precipitat. Ideoque laudabilis cui neutrum deest, quatenus et fervor discretionem erigat et discretio fervorem regat. Optimum autem in moribus discretum et summam huius perfecte apprehendisse cum totius has cellas absque offendiculo percurrere et circuire donatum est, quum nullo prorsus aut vel sint prioribus aut

subiectis vel desit in cura vel in superbia presit, prelatis obediens, sociis congruens, subditis utilis condescendens. Iam ad cubiculum veniamus. Quod scio non invideo nobis. Nec sum ho quod nescio. Doceat nos qui docet hominem scientiam. Dixi in theorice contemplationis arcano regis esse querendum cubiculum. Sed non unum puto cubiculum regi esse, sed plura. Nam nec una est regina, profecto sed plures; et concubine multe et adolescentularum non est numerus. Et unaqueque secretum sibi cum sponso invenit et dicit: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Non omnibus in uno loco fruende gratia et secreta sponsi presentia. Sed ut cuique paratum est a patre ipsius. Non enim nos elegimus eum, sed ipse elegit nos et posuit nos; et ubi ab eo quisque positus est, ibi est. Denique mulier una compuncta locum pedes domini Ihesu sortita est, locum cum altera si devotionis fructum ad caput invenit si tamen altera. Porro Thomas in latere, Iohannes in pectore, Petrus in sinu patris, Paulus in tertio celo secreti huius gratiam sunt assecuti. Prior mihi servavit sibi in tuto humilitatis positionem, in solio spei Thomas in solido fidei, Iohannes in lato caritatis, Paulus in intimo sapientie, Petrus in luce veritatis. Nec in iactantia deputandus est quod in vobis pando profectus. Est locus apud sponsum de quo sua ille dictat et disponit consilia ipse universitatis gubernator, leges constituens omni creature pondus et mensuram et numerum. Et locus iste altus et secretus, sed minime quietus. Nam etsi ipse quantum in se est disponit omnia suaviter, disponit tamen, et contemplantem qui forte eo loci pervenerit quiescere non permittit, sed mirabili quidem delectabiliter et inquietum et admirantem fatigat redditque inquietum. Pulchre utrumque in superioribus sponsa exprimit et delectationem videlicet istius modi contemplationis et inquietudinem, ubi et se dormire, et cor suum vigilare fatetur. Nam in somno quidem suavissimi stuporis placideque admirationis sentire quietem, in vigiliis vero inquiete curiositatis ac laboriose exercitationis pati se fatigationem significat. Est item locus de quo super idem tempus dedam creaturam immobilis vigilat secretissima et severissima attentio iusti iudicis dei, circumscriptum a timorato contemplatore hoc loco deus iustus sed occulto iudicio suo reproborum nec diluet mala nec acceptans bona, insuper et corda indurantis ne forte doleant et resipiscant et convertantur et sanet eos. Sed hoc non absque certa et eterna ratione, quo tanto formidolosius constat esse quanto immobilius fixum exstat in eternitate. Pavendum valde quod in propheta de huiusmodi legimus, ubi loquens ad angelos suos deus sic ait: Misereamur impio. Quibus paventibus atque querentibus: non ergo discet facere iustitiam. Non unquam subdensque causam in terra ait sanctorum iniqua gessit et videbit gloriam domini. Timeant clerici, timeant ministri ecclesie qui in terris sanctorum quas possident tam iniqua gerunt ut stipendiis que sufficere debeant minime contenti, superflua quibus egeni sustentandi forent impie sacrilegeque sibi retineant et in usus sue superbie atque luxurie victum pauperum consumere non vereantur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod et aliena diripiunt et sacris in suis vanitatibus et turpitudinibus abutuntur. Talibus ergo cum in presentiarum perceptum ad inveniri ne in eternum pereant, cui iudicia a abyssus multa adversetur. Quis hoc loco requiem querat? Hic est visio tremorem iudicii non securitatem cubiculi. Terribilis est locus iste et totus expers quietis, totus in horrore. Quem in eum raptus sum. Maxime ille contemplator dicebat: zelavi super iniquos; in labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Ideoque tenuit eos superbia ne humilientur ad penitentiam sed dampnentur cum superbo diabolo.

.ii. tam superbo diabolo et angelis eius statum, qui in labore hominum non sunt, in labore daemonum profecto sunt, dicente iudice: Ite maledicti. Est tamen Dei locus iste, plane et non aliud quam domus Dei et porta caeli. Hic nempe timetur Deus, et tanquam ingressus quo loco initium plane sapientiae timor Domini. Nec te moveat quod initium sapientiae hunc demum locum dixerim, et non priorem. Ibi quippe in quodam quasi auditorio suo docentem de omnibus magistram audimus Sapientiam, hic et suscipimus; ibi instruimur quidem, sed hic afficimur. Instructio doctos reddit, affectio sapientes. Sol non omnes quibus lucet etiam calefacit; sic sapientia multos quos docet quid sit faciendum, non continuo etiam accendit ad faciendum. Aliud est multas divitias scire, aliud et possidere; nec notitia divitem facit, sed possessio. Sic prorsus, sic aliud est nosse Deum, et aliud timere; nec cognitio sapientem, sed timor facit, qui et afficit. Tune sapientem dixeris quem sua scientia inflat? Quis nisi insipientissimus dicat? Et bene initium sapientiae timor Domini, quia tunc primum Deus animae sapit, cum eam afficit ad timendum, et non cum instruit ad sciendum. Times Dei iustitiam, times potentiam, et sapit tibi iustus et potens Deus, quia timor sapor est. Porro sapor sapientem facit, sicut scientia scientem, sicut divitiae divitem. Quid ergo prior locus? Tantum praeparat ad sapientiam. Illic praepararis, ut hic initieris. Praeparatio rerum cognitio est. Verum huic facillime sequitur elatio, si non reprimat timor, ut merito dicatur initium sapientiae, qui se primus insipientiae primus opponit. Ibi ergo quidam accessus est ad sapientiam, hic et ingressus. Porro neutro horum speculanti perfecta est quies, quia illic Deus apparet tanquam sollicitus, hic tanquam turbatus. Non ergo cubiculum quaeratis in huiusmodi locis, quorum alter auditorium quoddam docentis, alter praetorium iudicis magis apparet. Sed est locus ubi vere quiescens et quietus cernitur Deus: locus omnino non iudicis, non magistri, sed sponsi. Sed heu rara hora et parva mora! Sufficit mihi ad omnem iustitiam solum habere propitium, cui soli peccavi. Omne quod mihi ipse non imputare decreverit, sic est quasi non fuerit. Non peccare, Dei iustitia est; hominis iustitia, indulgentia Dei. O vere quietis locus, et quem non immerito cubiculi appellatione censuerim, in quo Deus non quasi turbatus ira, nec velut distentus cura prospicitur, sed probatur voluntas eius bona et beneplacens et perfecta. Visio ista non terret sed mulcet; inquietam curiositatem non excitat sed sedat; nec fatigat sensus sed tranquillat. Hic vere quiescitur. Tranquillus Deus tranquillat omnia, et quietum aspicere quiescere est. In hoc arcanum et in hoc sacrarium Dei si quem vestrum forte aliqua hora sic rapi et sic abscondi contigit, ut minime avocet aut perturbet vel sensus egens, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel certe ea quae difficilius amoventur irruentia phantasmata corporearum imaginum, poterit quidem hic, cum ad nos redierit, gloriari et dicere: Introduxit me rex in cubiculum suum. Quod tamen an ipsum sit de quo exsultat sponsa, non temere affirmaverim. Et tamen cubiculum et cubiculum regis, quia unum de tribus quos triplici assignavimus visioni solus factus est in pace locus iste. Ut enim apte monstratum est, in priori exigua et in secundo nulla penitus quies, quippe cum et illic apparens admirabilis ad indagandum studium concitat curiositatem, et hic innotescens terribilis infirmitatem concutiat. At vero tertio isto in loco non plane terribilis, nec tam admirabilis quam amabilis apparere dignatur. Iam ut horum quae de cellario, orto, cubiculo longiori sunt disputata sermone memoria vestra compendium teneat, meminerimus trium temporum trium meminisse locorum: quia priorum in orto, ad dexteram patris tertia in cellario, prima in triplici illa contemplatione cubiculum inquirentis.

XXIIII

Hoc demum, fratres, reditum ab urbe nostrum clementior e caelo respexit. Verbis delectus donatus sum, nostris me prosecutus, pro quorum nimio timens. Volo nunc studium et saltem ordine coepta in Canticis me exsequi, nisi reditum invenerit quid est acceptio, et dignum arbitror interruptum potius relinqui sermonem quam novum ordiri quippiam. Vereor autem ne dissuetum per id temporis animum et distentum diu, huiusmodi non solum non ad tam indignam dignitatem materiae, prout oportet, non admittat. Sed quod habeo hoc vobis do; potius et fideli obsequio meo Deus quod non habeo dabit interim, si non scrupulos, saltem ingenium non voluntatis. Locus autem unde incipere debeamus, nisi fallor, iste est: Recti diligunt te. Adolescentularum id dicitur, puto, propter aliquas de numero ipsarum, quae non idem sapiunt, licet cum ceteris videantur, quae sua sunt quaerentes et non ambulantes simpliciter, sed sponsae gloriae invidentes et captantes occasionem murmurandi adversus eam, quod sola in cellaria introducta. Ipsae sunt denique quibus exprobrantibus subinde pro se satisfacere cogitur: Ubi eis ita respondet: Nigra sum sed formosa, sive etiam. Itaque ipsas murmurantes et blasphemantes dicit ab his quae bonae, quae simplices, quae humiles et mansuetae sunt. Ab huiusmodi dicitur sponsae ad laudem gloriamque: Recti diligunt te. Non sit tibi, inquiunt, cura de iniqua reprehensione blasphemarum istarum, cum constet quia recti diligunt te. Bona profecto consolatio cum blasphematur amari a benefacientibus. Si recte diligant nos, omnino sufficit adversus obloquentium iniquitatem, optimo bonorum cum testimonio conscientiae. Mansuetis placeam, aequanimiter audio quamquam inique iactare voluerit livor perversitas. Nec absurde, ut aestimo, cum ubique pene in choro adolescentularum tales inveniam, quae acta sponsae curiose observant derogandi non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascuntur. Inviti prosperam imitari mores, pro beneficiis suis cum parientes auribus et oribus, lectulo potius detractionis minus nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus odit eos, dicente Apostolo: Detractores Deo odibiles. Nec mirum cum id praecipue vitium caritatem quae Deus est, et quidem acrius ceteris impugnare et persequi convincatur, quemadmodum vos quoque potestis advertere. Omnis qui detrahit, primum quidem seipsum prodit vacuum caritate. Deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi ut cui detrahit fiat odio vel contemptui? Ferit ergo caritatem in omnibus qui se audiunt lingua maledica, et quantum in se est necat funditus et exstinguit. Nec solum autem, sed et in absentibus universis ad quos volans verbum forte per eos qui praesentes sunt praesentes pervenire contigit. Vides quam facile et in brevi ingentem multitudinem animarum velociter currens sermo tabe malitiae huius inficere possit. Specialiter dicit de talibus propheta: Venenum aspidum sub labiis eorum. Unus est qui loquitur, et unum tamen verbum profert, et tamen illud unum verbum uno momento multitudinis audientium dum aures inficit animas interficit. Cor siquidem felle livoris amarum per linguam ministram nisi amara non potest. Et sane detractorum pestis huius duo genera quidem video atque invenio: alii impudenti nempe nimis evomunt detractionis. Alius autem quodam simulatae verecundiae fuco conceptam malitiam quam retinere non possit adumbrare conatur. Videas praemitti alta suspiria, sicque quadam cum gravitate et tarditate vultu maesto demissis superciliis et voce plangenti egredi maledictionem, et quidem tanto persuasibilior est quanto creditur ab his qui audiunt invito et magis condolentis affectu quam malitiose proferri. Doleo, inquit, vehementer pro eo quod diligo eum satis.

et unicum potius de isto te corrige eum. Beatus vir quidem ait bene compositum sit de illo istud si per me numquam innotuisset. At cum partim patefacta res est, veritatem negare non possum: dolens dico, verum tamen est. Grande dampnum. Non tam alias quidem in pluribus valet ceterum in hoc ut verum fateamur excusari minime potest. Et demonstrent quod sunt hoc loco intelligendi recti. Porro iniquitas cordis est non curvus tantum spiritus, id est deus, et eos qui volunt similes ei vel conformare vel fieri oportet iterare ad cor. Quippe et corporis staturam dedit homini deus rectam, forsan ut ipsa corporea exterior viliorque rectitudo figmenti hominem interiorem illum qui ad imaginem dei factus est spiritualis sue servande rectitudinis ammoneret, decor luti deformitatem argueret animi. Quid enim indecentius quam curvum recto corpore gerere animum? Prava res est et feda luteum vas quod est corpus de terra oculos habere sursum, celos libere suspicere celorumque luminaribus oblectare aspectus; spiritualem vero celestemque creaturam suos e contra oculos, id est interiores sensus atque affectus, trahere in terram deorsum, et que debuit nutriri in croceis heret luto tamquam una de suibus amplexari stercora. Erubesce anima mea, erubesce volutari in ceno que de celo es. Erubesce anima, ait corpus, invicem comparatione. Me quoque meam cum tu gratia accepi, formante et formante purgari, nam tu cum ... amisisse tuam? Cur suam in te auctor intuens absolutam similitudinem cui etiam nunc tibi conservet assiduusque representet? Iam omne adulterium quod et eo me debellatur vicisti tibi ... Ab ... obsequio meo indigne humanum corpus militans ... Spiritus modi quod curve anime non possunt diligere sponsum quia non sunt amice sponsi cum sint mundi. Quare quere et sape que sursum sunt, ut ... curvitate ... et ... gione meditari aut desiderare que sursum sunt recti-tudo. Et ipsa ut perfecta sit in sensu discernatur et consensu. Rectum te vere dixerim si recte in omnibus sentias et facias. Sed in dissentias, invisibilem animi statum nuntiet fides et actio. Rectum te iudica si fide catholicum et iustum ope-re probaris. Si quo minus curvum censere non dubites. Quid dividis actum a fide? Iniqui dividis, fidem privas tu anima. Nam fides sine operibus mortua est. Mortuum offers deo? Sed enim quidam anima fidei ipsa devotio est quid fides que non operatur per dilectionem nisi cadaver exanime? Si manum devotioni quid animam das in morte? Non conciliat tibi deum dilectio totum. Si placeat et petere. Mors fidei est separatio caritatis. Credis in Christum, fac Christi opera, ut vivat fides tua. Fidem tuam dilectio animet, probet actio. Non te curvet terrenum opus quod fides celestium erigit. XXV.

Ecce quod dixeram in sermone hesterno emulis lacessentibus sponsa responde cogitur. Aio nempe: Nigra sum sed formosa filie Ierusalem. Patet quod detraherent ei nigredinem imputantes. Audite sponse patientiam ac benignitatem. Non modo non quod reddidit maledictum pro maledicto, sed insuper benedixit. Filias Ierusalem vocans quas magis pro sua nequitia filias Babilonis vel filias Baal aut si quid aliud nequius occurrisset appellari meruerant. Non putavit amplius irritandas ... ... per se nec ... ad ... stimulis immodice ... quam ... Maluit quod ipsas ... dominice vocabulo quod cum sint infirmiores potius operam dare ... hac ultione ... quis optanda ista perfectio. Hec autem optimorum forma est placare ... quippe boni fideles ... languentium sibi credita anima curam, non ponam ... meum in-

cuspiam ... que vos ... deprehendunt et si in ipsos usque ad convitia et contumelias prorumpant, medicos se et non dominos agnoscentes patiunt ... adversus furentium animas non vindictam sed medicinam. Filie Ierusalem quodam modo sunt, sive in sacramentis ecclesie quorum differentes quas cum bonis suscipiunt, sive per fidei eque communione affectione, sive ob fructum eternorum saltem societatem seu et per spem future salutis a qua omnino non sunt cum diu in hominum velit desperande quantumlibet nunc desperate in congrue filie Ierusalem nominantur. Videamus iam quid illud sibi dicit: Nigra sum sed formosa. Nunquid in hiis verbis repugnantia est? Absit. Propter simpliciores dico quod inter colorem et formam discernere cum non noverint, cum forma ad compositionem pertineat, nigredo color sit. Non omne denique quod nigrum est continuo et deforme est. Nigredo nam in pupilla non dedecet, et nigri quidem lapilli in ornamentis placent, et nigri capilli candidis vultibus et decorem augent et gratiam. Sic tibi quoque facile advertere est in rebus innumeris. Cum quam sint nimio sunt quod in superficie quidem repperies decolora in compositione vero decora. Sic audi unde nigram et unde formosam se dicat. An nigram quidem ob conversationem cum prius sit vite sue principe huius mundi imaginem terreni hominis adhuc portans, formosam vero de celestis similitudine cum postea conversatione ambulans iam in novitate vite. Sed si hoc est, cur non magis de preterito: Nigra fui? Et non nigra sum, dicit. Sed cum tamen placet hoc sensus, id quod sequitur: Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, oportet intelligi non de uno quod ... de nova ... Salomonis se dixit tabernaculum. Hoc enim esse pelles quod tabernaculum propheta ostendit dicens: Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mee. Prius quidem nigra sicut tabernacula Cedar, postea formosa sicut pelles Salomonis. Sed vide amodo quomodo ad statum potius iam te potiorem utrumque respiciat si advertas Iherusalem exteriorem sororum eorum qui facti sunt ... ubique et abiectus et quadam neglectus in cura, cum tamen idem ipse intus revelata facie gloriam dei speculantes in eandem imaginem transformentur de claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Nonne unusquisque talis anima mito nobis videbitur posse respondere exprobrantibus sibi nigredinem: Nigra sum sed formosa. Doctor gentium reputatus in gloria ignobilis nigre obscuritatis denique ... huius mundi. Sed non nunc ipse est qui raptus in paradisum qui ... per ... usque ad tertium sui spiritale celum. O vere pulcherrima anima que et si in infirmi inhabitante corpusculum pulcritudo celestis admittere non despexit angelica sublimitas non reiecit claritas divina non reppulit. Hanc vos dicitis nigram. Et si nigra foris sed intus formosa. Filie nigredo que intus candorem pariet lumen scientie conscientie puritatem. Audi denique quo per prophetam deus promittat talibus modi nigris quos aut humilitatis presentis ... aut caritatis zelus tamquam solis ardor decolorasse videtur. Si fuerint ait peccata vestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur, et si fuerint rubra quasi vermiculus velud lana alba erunt. Non plane contempnenda in sanctis exterior ista nigredo que candorem operatur interius et sedem preparat sapientie. Candor est enim vite eterne sapientia ut sapienti diffinitio. Et candidam oportet esse animam in qua ipsa sedem elegerit. Quod si anima iusti sedes est sapientie, dixerim animam iusti esse candidam, et iustitia fortassis ipsa candor est. Quid ergo? Parinde omnis eius sedes spretum ornatu cultuque superfluo exterioris sui hominis ... de ... con-

rumpit, omnem se diligentiam prebet et occupat excolendo ac decorando interiori illi, qui ad imaginem Dei est et renovatur de die in diem. Certa enim est non posse esse quemquam acceptiorem imagine sua Deo pristino sibi restituta decori. Propterea et omnis gloria eius intus non foris est. Unde et dicit: Gloria nostra hec est, testimonium conscientie nostre. Quia conscientie solus est solus sibi arbiter Deus, cui soli placere desiderat, et cui placere sola vera et summa gloria est. Non mediocris plane pellis gloria illa, que intus est, in qua gloriari dignatur et Dominus glorie. Optima infirmitas, que Christi virtute compensatur. Quis dabit mihi non solum infirmari, sed et destitui ac deficere penitus a meipso, ut Domini virtutum virtute stabiliar? Quod cum ita sit, pulchre sponsa, que intus sibi ad gloriam, quod ei pro opprobrio ab emulis intorquetur, non modo formosam se, sed et nigram esse gloriatur. Non enim erubescit nigredinem, quam novit precessisse et in sponso. Cui similari quanta glorie est! Nil sibi proinde gloriosius putat quam Christi portare opprobrium. Grata ignominia crucis ei, qui crucifixo ingratus non est. Nigredo est, sed forma et similitudo Domini. Speciosus forma pre filiis hominum. Intuere sane pannis sordidis, plagis lividum, sputis illitum, pallidum morte: et nigrum illum tunc profecto fatebere. Pro claritate et apostolos eundem ipsum qualem in monte prospexerant, aut etiam angelos in qualem prospicere concupiscunt, et mirabere formosum. Formosus ergo in se, niger propter te. Beatus qui te in specie hominem inter homines conversantem diligenter observans, se ipsum prebet per omnia imitatorem tui. Hoc iam sapientie munus formosa tua simplicitas sue dotis accepit. Nec quod formosum est in te imitari presumit, nec contingit subtilitate consula.

Sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis. XXVI

Cedar, quod interpretatur tenebre, apte satis cum nigredine convenire videtur, et pelles Salomonis cum formositate non item. Porro tabernacula in eandem comparationem convenire quis non videat? Aliud enim tabernacula nisi sunt corpora in quibus peregrinamur? Nec enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Sed et militamus in eis tamquam in tabernaculis, profecto violenti ad regnum. Denique militia est vita hominis super terram. Et quamdiu in hoc corpore militamus, peregrinamur a Domino, hoc est a luce. Siquidem Dominus lux est. In quantum ergo non est in luce, in tantum est in tenebris, hoc est in Cedar. Agnoscat itaque vocem illam gementis: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! Habitavi cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Est ergo hoc habitaculum nostri corporis non civis mansio aut indigene domus, sed aut tabernaculum militantis aut stabulum viatoris. Est autem hoc corpus tabernaculum, et tabernaculum Cedar, quod interim animam obiectu suo ab intuitu lucis immortalis interim nunc secludit ac prohibet. Videsne unde ecclesie nigredo, unde pulcherrimis quoque animabus non nulla rubigo inheserit? Profecto ex tabernaculis Cedar, ex exercitio laboriose militie. Inde est quod cupiunt dissolvi, ut corpore levati in Christi avolent amplexus. Scit enim que huiusmodi est, quod non possit in tabernaculis Cedar carere ad purum macula aut ruga, nec sine ingrediente cupit exire, ut se possit exuere. Sed et hoc est cur sponsa nigram se dixit sicut tabernacula Cedar.

Mereor sane tunc mutare et tabernacula cum patior. Cernitis nempe quam fidus comes deseruit me in via hac qua ambulabam, quam vigil ad curam, quam non segnis ad opus, quam suavis ad mores. Frater erat genere, sed religione germanior. Duo in amicitia erant. Vita tibi fructuum, germanior mors. Denique duplex malum ligno patitur infructuoso: secularis et ignis. Vellem scire quid nunc sentias nos de me unico tuo. Forte non vis nosti nos, sedem carnem. Sed nunc iam non nosti, et quia introisti in potentias Domini me-

moratus iustitie eius solius, immemor nostri. Deinde qui adheret Deo unus spiritus est, et in divinum quemdam totus mutatus affectum, nec potest iam sentire aut sapere nisi Deum, et quod sentit et sapit Deus, plenus Deo. Deus autem caritas est, et quanto quis coniunctior Deo, tanto plenior caritate. Porro impassibilis est Deus, sed non incompassibilis, cui proprium est misereri semper et parcere. Ergo et te necesse est esse misericordem, qui inheres misericordi, quamvis iam minime miser sis; et qui non pateris, compatiaris tamen. Affectus proinde tuus non est imminutus, sed immutatus; nec quia Deum induisti, nostri cura te exuisti: et ipsi enim cura est de nobis. Quod infirmum est abiecisti, sed non quod pium. Caritas denique numquam excidit. Non obliviscens me in finem. Ad omne quod emergeret respicio ad Gerardum, ut consueveram, et non est. Stabat enim sicut erat humilius maiorem debitam quiete fructuum quam si vacaret ipse. Immediatum tamen postulabat absolvi, et alteri cedere quam metuens prudenter, sed ubi ille invenire. Nec postulanti aliquo in aliorum in eo officium detinebat affectum. Sed solo intuitu caritatis suscipiendum plus omnibus laborabat, et minus omnibus accipiebat, utinam sepe cum alius necessitates ipse ageret in pluribus. Ubi quando tibi autem ueste, denique cum se sentiret decessum, per inedie deus qui tu scis quod quantum in me fuit semper optavi quietem in intendendo vacare tibi. Sed implicatum tenuit timor tuus et voluntas fratrum, et studium obediendi super omnia abstractus, et quanta dilectio ita est. Gratias tibi ago de omni fructu meorum. Si quis est in Domino studiorum tibi debeo Si profeci Si profui. Florent qui illum norunt spirituales, quam illa eius utilitatem reddiderint. Florent gubernatores, cum mores et studia non carnis sapiunt, sed ferventes spiritu. Quis illo rigidior in custodia discipline? quis in castigando corpus suum districtior? suspensior in contemplando? subtilior in disserendo? Non agnovit litteras, sed huius litteratorem sensum, huius illuminatorem spiritum. Nec in maximis tantum, sed et in minimis maximus erat. Denique omnium iudicium omnibus erat sapientior. Sol in suis occultis nec erat sapiens viri vel in omnibus et pre omnibus fortis in parvis, et in magnis in privatis et publicis foris et intus. Merito ex eo pendebam totus, qui mihi totum erat. Solum pene relinquebat mihi pulcri honorem et nomen. Nam ipse faciebat: ego vocabar abbas. Sed ille perierit in solicitudine, in quo requiescit in illo spiritus meus per quem licebat delectari in Domino. Predicare liberius orare securius. Per te inquam, mi Gerarde. Sic ille meus sobria eorum quies sermo efficacior oratio purgatior frequentior lectio et ferventior affectus. Videt meus humanus dolor pericula affectu animi videns nemo per mortuos cotidie plangere mortuos suos. Fletum vestrum et fructum vestrum. Non culpamus affectum visum excedit modum se extra. Ille nimirum nature est et genus tunc pena peccati. Hec vanitas et poena secuti ubi sola ubi fa- lor plorant dampna carnis vite presentis commoda et plorandi qui ita plorant. Simulans ego sic similiter in affectu sed alia est ... Simulans in ca- ne querela de omnibus que sunt mundi. In huius profecto que de similiter aderuptum doleo fidele adiutorium salutare con- silium. G. lugeo G. est in causa enim doleo Sed precipuus sponsus tempore ad ... anima mea ... Deum tuum vero sub de duabus. non consanguinitas et nimirum carnis Quid necessitudo non defuit Sed plus unxerit societas spiritus consentaneor mor- conformitas. Non enim fateor dilectus Sed ad penas mortem honorem meum et meorum. Meus G. erat meus plane an- ne non meus qui frater sanguine fuit professione filius solicitudine

pars corporis ipsius intimus affectui? Flere tamen contradico homi-
nibus sed. Non reprehendo iudicium quo recepit quisque quod
dignus est: ille coronam quam meruit, ego quam debui po-
nam. Numquid quia sentio poenam reprehendo sententiam?
Humanum est illud, hoc impium. Humanum et necesse afficia-
mur erga caros, ut delectabiliter cum praesto sunt, sic et cum absunt
moleste. Non erit otiosa socialis conversatio praesertim inter
amicos, et quid effecerit mutuus amor in sibi praesentibus,
horror indicat separationis, et dolor de invicem superstitis. I-
taque non te amiserim, sed praemiserim. Vivam ut tandem illuc
sequar te quocumque ieris. Non est dubium quin ad illos ieris
quos circa medium extremae noctis tuae invitabas ad laudem,
cum in vultu et voce exultationis subito erupisti in illud Da-
vidicum, stupentibus qui assidebant: Laudate Dominum de cae-
lis, laudate eum in excelsis. Accitus sum ego ad id miraculum videre exultan-
tem in morte hominem et insultantem morti. Ubi est mors
victoria tua? Ubi est mors stimulus tuus? Iam non stimulus sed
iubilus. Iam cantando moritur homo et moriendo cantat.
Cum pervenissem et extrema iam verba ipse me audiente clara
voce complesset, respiciens in caelum ait: Pater, in manus tuas commen-
do spiritum meum. Et repetens eundem sermonem ac frequenter in-
geminans: Pater, pater, conversus ad me exhilarata facie:
Quanta, inquit, dignatio Dei patrem esse hominum, quanta gloria homi-
num filios Dei esse et heredes! Nam si filii, et heredes. Sic cantabat
quem nos lugemus, in quo et meum fateor luctum paene in can-
tum convertit, dum intentus gloriae eius prope fere miseriae ob-
liviscor. Sed revocat me ad me pungens dolor, facile-
que a sereno illo intuitu tamquam a levi excitat somno com-
perstringens anxietas. Plangam ergo, sed super me, quia super
illum iam vetat Deus. Plango primum super mea ipsius pla-
ga atque huius iactura domus. Plango deinde super paupe-
rum necessitatibus, quorum Gerardus pater erat. Plango etiam et super univer-
si statu nostri ordinis atque professionis, qui de tuo, Gerarde, zelo,
consilio et exemplo robur non mediocre capiebat. Plango
postremo, etsi non super te, propter te tamen. Hinc percussus hunc offi-
cior graviter, quia vehementer amo. Sed Dominus ad tumulum La-
zari nec flentes arguit nec fletum prohibuit, immo
et flevit cum flentibus. Fuerunt lacrimae illae testes
profecto naturae, non indices diffidentiae. Sic nec fletus i-
ste utique infidelitatis est signum, sed conditionis indicium. Sic
et percussus ploro, non arguo ferientem, sed provoco pietatem,
severitatem flectere satago. Canet tibi misericordiam quam fe-
cisti cum servo tuo Gerardo, cantet et iudicium quod nos porta-
vimus. In altero bonus, in altero iustus laudaberis. An solius laus
bonitatis est, et non iustitiae? Si dolens ablatum, non tamen ob-
liviscar quod datus. Sed gratias agimus quod habere meruimus.

XXVII

Quia debitum humanitatis officium amicum
revertentem in patriam prosecuti sumus, redeo fratres ad
propositum consolandi quod intermiseram. Ingratum namque est
diu flere laetantem et sedenti ad epulas lacrimas miscere in-
gerere importunum. Sed et si nostra defleamus incommoda, ne-
que quid obsecro, immo ne non amasse illum constet nostra querimo-
niae de illo commoda videri. Quid est quod et dicit: Formosa sum
sicut pelles Salomonis? Magnum ac mirabile quiddam, ut
ego existimo, si tamen illum attendamus de quo dicitur: Ecce plus
quam Salomon hic. Nam usque adeo non meus Salomon Sa-
lomon est, ut non modo pacificus, quod Salomon interpretatur, sed
et pax ipsa vocetur, Paulo perhibente quia ipse est pax nostra.
Sed pertinet de pellibus eius advertere in primis. Ait: Extendens
in caelum sicut pellem. Pulcherrima pellis quae in modum
magni cuiusdam tentorii universam operiens faciem terrae
solis, lunae atque stellarum varietate tam spectabili huma-
nos oblectat aspectus. Quid hac pelle formosius? Quid or-
natius caelo? Minime tamen vel ipsum illi accedit comparandum gloriae
et decori Sponsae, eo ipso succumbens quod praeterit et haec figura ip-
sius, utpote corporea et corporeis subiacens sensibus. Sed est iste
naturae quaedam Sponsae species et effigies spiritualis ipsaque aeterna,
quia imago aeternitatis. Decor eius utique gloria caritatis est et ve-
ritatis, sicut legitis: Numquam excidit. Est et iustitia, et
iustitia eius manet in saeculum saeculi. Est et patientia, et le-
gis inchoatum: Patientia pauperum non peribit in finem.
Quid voluntaria paupertas? Quid humilitas? Nonne altera
a regnum aeternum, altera exaltationem promeretur aeternam? Sic et quod
spectat et timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi. Sic pru-
dentia, sic temperantia, sic fortitudo, et quaecumque sunt virtutes
aliae. Quid nisi quaedam margaritae quaedam sunt ornatu
splendore perpetuo coruscantes, perpetuo nimirum quae sedes et
fundamentum perpetuitatis. Nec enim perpetuae beatitudini om-
nino locus in anima nisi mediis quidem intellectisque virtutibus.
Unde quoque sessuro super asellum vestes suas discipuli sub-
sternunt, significantes salvatorem seu salutem nequaquam
in se de nuda anima quam non videlicet vestitam fuerint doctrina
et moribus apostolorum. Et ideo ecclesia provisionem huius futurae felici-
tatis curat interim instruere et ornare de vestitu de-
aurato circumamicta varietate gratiarum atque virtutum, quo
digna et capax plenitudinis gloriae inveniatur. Nec putes ipsi-
us devotionem extra illud remanere caelum in quo scit habita-
re dilectum. Ubi thesaurus eius, ibi et cor eius. Aemulatur
sane ad absentes interim ad quem suspirat et quibus se
interim non valet videndo associare, studet conformare vi-
vendo moribus magis quam vocibus clamans: Domine, dilexi de-
corem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae. Prorsus de hoc
caelo minime sibi indignum ducit ducere similitudinem hoc
extentum sicut pellis, non spatiis utique locorum, sed affectibus ani-
morum. Hoc mirus variusque artifex distinctum operibus dispo-
nit, aut sunt non locorum sed virtutum. Nam alios quidem posuit
angelos, alios autem archangelos. Sed una de pellibus mei Sa-
lomonis, et haec praecipua in omni ornatu multiformis gloriae eius.
Sed immobile sicut caelum caeli singulariter dicitur. Ubi tota illa mul-
titudo collecta beatorum, sicut caeli caelorum propter angelos qui utique
caeli sunt, videantur. Et ad angelos spectat quod dicitur: Extendens cae-
lum sicut pellem. Sed propter corpus quod de terra habet, etiam hac oc-
casione assimilatur. Sed propter animam quae de caelo est, caelo et simi-
lis est, gloriatur praesertim cum vita testetur naturae dignitatem
et patriae. Unum Deum adorat et colit quod angeli, Christum super omnia
amat quod angeli, casta est quod angeli, id quod in corpore pere-
grinatur in terreno corpore quod non angeli. Quaerit postremo et sapit
quae apud illos sunt, non quae super terram. Quid evidentius cae-
lestis insigne originis quam ingenitam, et in regione dis-
similitudinis retinere similitudinem, gloriam vitae caelibis in-
ter et ab exule usurpari in corpore. Denique pone bestiali vi-
ve angelorum sicut de diversis ovium gregibus unum facere o-
vile, ut sit unum ovile et unus pastor. Ita cum [illegible] [illegible]
etiam inhaerentem sibi a principio multitudinem angelorum pla-
cuit ei et de omnibus convocare ecclesiam atque unire illi quae in
caelo est, ut sit una sponsa et sponsus unus. Porro unam
conformitas facit. Nunc quid in similitudine devotionis postea
[illegible] in gloria. Unum enim sentis illi magnificentia [illegible]
magisterium. Discipulus caelestis Domini super illud [illegible] quae
est mater nostra [illegible] quaedam imago et species decoris eius
per ipsum nobis et in ipso expressa innotescit quod ne[illegible] in spon-
so sponsam perspexerimus unum eundemque Dominum gloriae admi-

virtutes. Vel sponsum decoratum corona, et sponsam ornatam
in monilibus suis. Ipse quoque qui descendit ipse est et qui ascen-
dit, ut nemo ascendat in celum nisi qui de celo descendit, u-
nus idemque dominus, et sponsus in capite, et sponsa in corpore.
Nec frustra in terris visus est homo celestis, cum de terrenis
celestes quamplurimos fecit sibi similes. Ergo puto omnem
animam talem non modo celestem esse propter originem, sed et ce-
lum ipsum posse non immerito, sed et celum ipsum posse appellari
propter imitationem, et tunc liquido ostendit ex vite origo sibi
de celis est, cum conversatio eius in celis est. Sancta quippe celum sancta
anima habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtu-
tes. Vel certe sol iustitie zelus, aut fervens caritas, et luna
continentia. Quomodo enim claritas, ut aiunt, lune non nisi a sole
est, sic absque caritate seu iustitia continentie meritum nul-
lum. Porro stellas dixisse virtutes non me penitet consideran-
tem congruentiam similitudinis. Quomodo nempe stelle in noc-
te lucent, in die latent, sic vera virtus que sepe in prosperis
non apparet, eminet in adversis. Illius sane cautele est
hoc virtutis. Ergo virtus est sidus, et homo virtutum
celum. Quam autem ex doctrina salvatoris capit spiritum esse de-
um atque in spiritu adorandum, et sedem eius non ambigit assigna-
re spiritalem. Cum non videns id celum non nisi in hominis mente
quam in angelico spiritu. Nec mirum si libenter inhabitat celum
hoc dominus Ihesus, quod utique non quomodo ceteros dixit tantum ut fieret,
sed pugnavit ut acquireret, occubuit ut redimeret. Ideo et
post laborem voto potitus ait: Hec requies mea in seculum secu-
li, hic habitabo. Quam dabit in causa vestigiis adherere [illegible]
planam animam quam elegit in habitationem sibi. Tamen si dignos
inveniat in fundo animam [illegible] vite sue, atque ita exten-
dere sicut pellem que utique cum iungitur dilatatur quatenus
ego dicam: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum
dilatasti cor meum. Porro et ipse fortassis ostendet in meum-
ipso et si non cenaculum grande stratum ubi possit regere cum suis
discipulis. At tu ubi saltem reclinet caput. A longe suspi-
cio illos esse beatos de quibus dicitur: Et inhabitabo in eis. O quan-
ta illi anime latitudo, quanta et mentis prerogativa que divi-
nam in se presentiam et digna invenitur suscipere et suf-
ficiens capere. Non est profecto in tanta forensibus causis cu-
rieve secularibus, nec certe ventri et luxurie dedita, sed nec cu-
riosa spectandi seu cupida omnino dominandi vel etiam tumida
dominatu. Oportet namque primo quidem huius omnibus vacuam
esse animam ut celum fiat atque habitatio dei. Sed et odio sui mun-
di aut rancori minime prorsus indulgendum. Deinque
necesse est eam crescere ac dilatari ut sit capax dei. Por-
ro latitudo eius dilectio. Nam et si anima minime cum sit
spiritus corpeam recipit quantitatem, tamen confert illi gratia quod ne-
gatum est a natura. Crescit quidem et extenditur sed spiritualiter: cre-
scit non in substantia sed in virtute; crescit in gloria. Sed quantitas
cuiusque anime estimetur de mensura caritatis quam habet: ut ubi grandis
que videlicet habet caritatis magna sit, que parum parva,
que non nichil nichil. Quod si quantitatem cuiusque habere cepit ut
saltem diligentes se diligere curet ac salutare vel fratres
suos et eos qui se salutant, iam non nichil quidem illam a-
nimam dixerim que in dono dati et accepti socialem saltem
retinet caritatem. Nec amplam proinde nec magnam
sed plane angustam modicamque censuerim animam quam
tam modice caritatis esse agnovimus. At si grandescat et
proficiat ita ut fines limitem angusti huius obnoxii
amoris latos fines gratuite bonitatis tota libertate transcen-
dere et comprehendat quatinus largo quodam gremio bone volun-
tatis ad omnem se ipsam curet extendere, proximum diligendo

unumquemque tamquam se ipsum. Numquid iam illi recte di-
cetur: Quid amplius facis? Quippe que se ipsam tam am-
plam facit. Amplum nempe gerit caritatis sinum que ap-
lectitur universos et quibus nulla se novit carnis necessitudi-
ne iuncta, nulla spe percipiendi commodi cuiusque illecta,
nulla percepti redibitione obnoxiam, nullo denique omnino alter-
tam debito nisi illo sane de quo dicitur: Nemini quicquam de-
beatis nisi ut invicem diligatis. Sed cum regno caritatis [illegible] immo
invasit quod in se claudenda pietatis extimes. Et immo
prius latitudo celi. Latitudo tue anime et altitudo non dispar
sed nec dissimilis pulcritudo. Impleturque tunc demum in ea
quod dicitur: Extendens celum sicut pellem. In quo iam mire la-
titudinis altitudinis ac pulcritudinis celo, simul et im-
mensus atque gloriosus non modo dignatur habitare sed et spati-
ose deambulat. Vides ne quales in se habeat etiam celos hec
quoque que adhuc peregrinatur? Habet celos suos homines tempe-
res [illegible] vita et opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, la-
tos caritate, contemplatione suspensos. Et hinc pluentes
pluvias salutaris monitionis, tonant increpationibus, choruscant
miraculis. Hinc enarrant gloriam dei, ostendunt et evangeli
in pacis quam salomonis sunt pelles. Formosa tamen sponsa si-
ve in illa parte sua que iam beata regnat, seu et illustribus
viris quorum et in hac nocte sua lampada atque virtutibus tam-
quam celum suis sideribus adornatur. O humilitas, o subli-
mitas et tabernaculum cedarium et sanctuarium dei, et terrenum habitaculum et
celeste palatium. Sed ipsa quam tamen conditum, quam plenum gaudii,
plenum dilectione et congruentie est quod in sponsa dilec-
to ista et ista celsitudo. Sed tempus quod commorantur
sibi pro contemplando ut more mundi eius varietates et
sublimitas erigat humilem ne deficiat in adversitate, et ru-
lumen humilitas reprimat ne evanescat in prosperis. Pul-
chre omnino ambe res cum ad invicem contrarie sint, sponse tamen pa-
riter cooperantur in bonum subserviunt in salutem.

XXIX

Tuetur credo cuius et quibus salomonis pellibus decorem
sponse sententia comparatum. Ac si ad ingredientem magis re-
ferenda putetur, sicut et illa de tabernaculis cedar non equidem
aliunde occurrit in quocumque de huiusmodi pellibus salomo-
nis qualis forte rex in usum tabernaculi solet assumere si-
quidem interiorum habitare libet. Quales utique si que tamen fue-
runt obscuras sine dubio et deterioras esse necesse fuit tamquam
que cotidiano forent exposite soli et frequentium imbribus
pluviarum. Sed id frustra si ut inclusum qui intus repositus erat
ornatus interior servaretur. Hoc exemplo sponsa non negat
nigredinem, sed excusat. Nec pro eo ducit qualemcumque hu-
iusmodi quod caritas formet indicium venustatis non impedit. Expe-
dit ut nimis pomis deinde grossis similitudinem carnis pec-
cati et non tota gentis nigredine contempnentes peccati. Speciosus for-
ma pre filiis hominum, perfusus honorum illuminandus obscu-
ret in passione turpior in cruce palleat in morte. Ag-
nosco pellem salomonis. Immo ipsum in pelle nigra salomonem
amplector. Niger et salomon nigredinem sed in pelle. Foris nig-
ra cutis niger, non intus. Alioquin omnis gloria eius filie re-
gis ab intus. Intus divinitatis candor, decor virtutum,
splendor gratie innocentie puritas. Sed tegit hec despicabi-
lior infirmitatis color. Agnosco tunicas illas pelliceas
prothoplastorum peccatorum habitum. Agnosco sub pelle he-
di qui peccatum signat, et manum que peccatum non fecit, et collum
per quod male cogitationes non transierunt neque dolus in ore. Sio
in quod sit lenis natura mitis et humilis corde, blandus ac
pectu suavis spiritu et quod unctus oleo letitie pre consor-
tibus suis. Pilose manus similitudinem exprimunt peccatoris

Meos agnosco hospites. Et in pelle mea video deum salvatorem meum. Non tamen rebecca sic illum induit. Sed maria. tanto dignior quam benedictionem accipit quanto sanctior que peperit. Et bene in meo isto quod michi benedictio vendicatur in postulatis hereditas. Vox quidem ipsa vox iacob est. manus autem manus sunt esau. Sensus est quod audit ex eo quod in eo videtur visum. Deus loquitur ipse et vita. Deus apparet mortale et moritur. Aliud cernitur et aliud creditur. Nigrum sensus renuntiat fides candidum et formosum probat. Niger est sed oculis insipientium. Nam fidelium mentibus formosus valde. Niger reputatione hodie formosus confessione latronis centurionis fide. Videns autem centurio quod sic clamans expirasset ait. Vere hic homo filius dei erat. Ergo ad vocem credidit ex voce agnovit filium dei et non ex facie. Arbor i. forsitan ex ovibus eius de quibus ait. Oves mee vocem meam audiunt. Auditus invenit quod non visus. Oculus specie fefellit. Auri veritas se infudit. Auri formosus innotuit. Sed non videor quod et ipse in cunctis auribus. Ideo petrus abscidit auriculam servi ut viam faceret veritati et veritas liberaret eum. id est liberum faceret. Auris prima mortis ianua prima aperiatur et vite. Audient qui tulit reperire illum. Quia nisi credideritis non intelligetis. Ergo auditus ad intellectum. Visus ad premium. Unde propheta auditui meo dabis gaudium et leticiam quod fidei retribuitur auditoribus beata visio sit et beate meritum visionis fidelis auditus.

Dignus qui videat si prius sciat videat obedisse inveniat. Satiatus videbo ad quem mee obedientie reponitur possessio. Deinde beatus qui ait dominus deus aperuit michi aurem. Et ego non contradico retrorsum non abii. Ubi et voluntarie hic obedientie formam et longanimitatis exemplum. Qui enim non contradicit sponte vacuus est et qui retro non abiit perseverat. Ut sciat quam specie tantum hinc in anime [illegible] perfectum ordinem observare videndum prius formet auditum quem letificet visum. Audi inquit filia et vide. Fides purgabit quem turbavit impietas et quam inobedientia clausit aperiet obedientia. Ideo carnem redivivam non vult tangi prohibet michi. Ac nata sapiens plus quam oportet vivens oculis quam oraculis id est carnis sensu quam verbo dei nititur. Ergo ad credendum fidei cognitionem que utique apprehendit quod sensus nescit experimentum non invenit. Fides nescia falli. Transgreditur fines et terminos humane nature usum experientie [illegible] dilecto tutius certius sequi que illa duxerit. Non ait niger sum sicut tabernacula cedar sed sicut pelles salomonis. quod in superficie tantum sit nigrum ingrediendo pacifici. Peccati nigredo intus est et prius interiora ompia commaculat quam ad colores prodeat. Immune prius apud illum pacificum istius modi nigritudinem existat oportet namque esse sine peccato eum qui tollit peccata mundi. quod ad reconciliandos peccatores inveniretur idoneus ut ne sibi nomen vendicet salomonis. Sed est nigredo affligentis penitentie cum assumitur lamentando pro delictis. Hanc fortassis non abhorreat in me salomon si sponte induam me pro peccatis meis. Est et afficientis compassionis si afflicto condolens et fraternum te decoloret incommodum. Nec hunc profecto rejecerit putet vir pacificus quippe cum et sibi ipse pro nobis dignatus induit qui peccata nostra tulit in corpore suo super lignum. Est et persecutionis que et pro summo ornamento habetur si quando suscipiatur pro iustitia et veritate. Unde est illud. Ibant gaudentes discipuli hoc potissimum gloriam certam arbitrarentur libenter imitari de pellibus sponsi. Denique et habet in promissione si me persecuti sunt et vos persequentur.

Unde et addit sponsa. Nolite me considerare quod fusca sim quia decoloravit me sol. hoc est nolite me notare quasi deformem quia tantis perurgeat persecutionibus minus floruerim minus secundum gloriam seculi colorata. Audio exprobrantes nigredinem quam fervor persecutionis non qualitas producit inertie. Vel sicut dixit. Zelum iustitie quo accendor et accingor adversus malignantes dicens cum. Zelus domus tue. Vel decolorari a sole est ignescere caritate fraterna flere cum flentibus. cum infirmantibus infirmari. uri ad scandala singulorum. Vel sic. Sol iustitie decoloravit me christo quia amore langueo. Languor iste coloris quedam germinatio est et defectus in desiderio anime. Vel etiam decoloravit me sol sui luminis comparatione splendoris. Dum appropians illi ex eo me obscuratam deprehendo. Nigram invenio fedam despicio. Ceterum alias quidem formosa sum. At sensu priori videntur magis assentire ea que sequuntur adiecit siquidem filii matris mee pugnaverunt contra me. persecutionum passiones esse apte significat. XXIX

Filii matris mee filii synagoge fuerunt. Et hii contra ecclesiam eque synagoge filiam in christo ex ortu ipsius acerbissime pugnaverunt suspendentes in ligno collectorem ipsius iesum. Sed pulchre filios matris sue. Non autem patris sui illos vocat qui non habebant patrem deum. sed ex patre diabolo erant homicide utique sicut et ille homicida erat ab initio. Ideo a te patre omnia et contubernium meo [illegible] molestius sentio fero egrius. Ante in contingat mori quam audire in nobis quem plani iuste clamitantem. Filii matris mee pugnaverunt contra me. Nonne perversus congregatio vel tanquam primus matris filii omnes vos estis singularem matrem fovet. Quid ergo a foris nos conturbare aut contristare posset. Fratres bene estis et fraterna pace gaudetis. Pax vobis a nobis sit ex omnibus quod extrinsecus immineat videatur non terret quod non nocet. Nam [illegible] quisque foris blandiri valeat appareat. nulla est profecto consolatio. Sinceritas quod absit seminarium discordie germinat. Pro de dilectissimi pacem habete ad nos et nolite ledere innocentem. Non facto non verbo non signo qualicumque. Ne quis forte exacerbatus et [illegible] a pusillanimitate spiritus et tempestate deum interpellare cogatur adversus illos qui se ledere ac contristare [illegible] in librum [illegible] contingat. Filii matris mee pugnaverunt contra me. Sic [illegible] peccantes in fratres in christum peccaverunt qui ait. Quod uni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Nec cavendum a gravioribus tantum offensis. ubi gratia ab aperto quidem. seu maledicto et clandestino quoque et venenato susurrio. Non nego sufficit hos custodire ab hiis et similibus. cavenda sunt et levia. Si tamen leve debeat dici quodcumque in fratrem presumpserit voluntate ledendi. cum hoc solo si precise illo dignum reus iudicii teneatur. Quin sic autem sentit hominis et cogitationes ad malum potius suspicans quam ad bonum credendum. Persecutio ubi disciplina silentii viget ille et morum claustralem [illegible] ipsum genus dum totus mens et dilectatione positus vel aliud silens [illegible] in mente posse vel iniuriam quam accepit. Non potest orare non potest legere non sanctum aut spiritale aliquid meditari. Quod si Christus tantum non tam gravem potentem levi causa debuisse turbari. Vere o quanto levior est tanto a te levius potuit non contempni. Quam quam nescio quomodo leve dicas. Aliquid amplius est quam [illegible] ca. cum vel hoc ipsum obnoxium esse iudicio [illegible] appellas iudicis. Quid enim dicis. tu ne leve dicis in quo offendis christo. Unde ad dei iudicium gravem habes. cum horrendum sit

in nidore cinnamomi et in unctione. Huiusmodi accepta forte iniuria, quod quidem nisi accidere in huius congregationibus difficile est, non continuo more saecularium obliqua referire studeas responsione fratrem, sed neque sub specie quasi corripiendi illo acuto et ignito telo figere audeas illacerabilem animam pro qua Christus affigi cruci dignatus est; non grunnire quasi increpando, non labiis mussitare quasi immurmurando, non naso contempnere aut cachinnare quasi subsannando, non frontem rugare quasi innuendo aut comminando. Sane quisque tua ibi moriatur ubi oritur; ne permittatur exire quae mortem portet, ne perimat. Quosdam etiam intellexi sentire istud esse de diabolo et angelis eius dictum, qui cum filiis Dei esse in caelestibus, ex quo lapsi sunt non cessant sororem suam ecclesiam impugnare. Sed neque contendo si quis ubilibet hoc accipere in bonam significationem; sed quod spirituales qui sunt in ecclesia adversus carnales fratres suos dimicant in gladio spiritus quod est verbum Dei, vulnerantes eos ad salutem atque spiritualia huiusmodi impugnationibus percutientes. Esto inquit consentiens adversario tuo. Bonus adversarius cui si consentiens ero, non erit unde aut uiuere me calumpnietur aut torqueat. Ergo profecto si quos vestrum aliquando per huiusmodi contristavi, non me piget. Contristavi namque vos ad salutem. Et quid nescio me unquam fecisse absque mea quoque magna tristitia. Sed istud. Mulier cum parit tristitiam habet; sed absit ut iam me meminerim pressurae, tenens fructum doloris mei, dum prodire videam Christum formatum in sobole. Nescio autem quomodo tenerius in affectu sunt qui post in desperatione et per meam pressuram tandem convaluerunt de infirmitate sua, quam qui fortes ab initio permanserunt nec indigentes istiusmodi medicamento. Vides quod carnis infirmitas robur spiritus augeat et subministret vires. Ita e contrario novis carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. Et quid mirum si hoste debilitato tu fortior efficeris? Nisi forte illam tibi in carissime ducas amicitiam quae non cessat concupiscere adversus spiritum. Optima tamen sagitta qui configit et inficit carnis desideria ut spiritus salvus sit, et qui castigat corpus suum et in servitutem redigit. Nonne iste tibi videtur armatus contra se pugnantes ipse iuvare? Est et sagitta sermo Dei vivus et efficax. Est et sagitta electa amor Christi, quae Mariae animam non modo confixit, sed etiam pertransiit, ut nullam in pectore virginali particulam vacuam amore relinqueret, sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret, et esset gratia plena. Aut certe pertransiit eam ut veniret usque ad nos, et de plenitudine illa omnes acciperemus, et fieret mater caritatis, cuius pater caritas Deus est, pariturus [illegible], et illa quidem in tota se fundens et [illegible] amoris vulnere accepto. Ego non me felicem putarem si saltem quasi cuspide huius gladii pungi me sentirem, ut vel modico accepto amoris vulnere dicere possem: Vulnerata caritate ego sum. Quis mihi tribuat ut hunc modum non modo vulnerari, sed expugnari omnino, ut quod ad consummationem coloris et caloris alius qui vivificat ad usus [illegible] huius [illegible] animae quae huiusmodi est, dicentes pallidam et sine colore. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol. Et si se ad hoc meminit pervenisse ad hortationibus seu increpationibus aliquorum Dei emulantium eam Dei emulatione. Nolite contemnere et vacare inferre potest quod filii matris meae pugnaverunt contra me. XXX.

Posuerunt me custodem in vineis. Quis tu nescis oppugnatores quos primo memoravi? Audite et intelligite si non se ab illis ipsis [illegible] ista provocatum, a quibus et passam. Nec mirum tamen si quis sibi est pugnandi intentio corrigendi. Nam quis negabat multos amicabiliter utique multotiens oppugnatos? Cum victos eadem expertum [illegible] impugnationibus praelatorum ad meliora profecisse, pervenisse ad altiora. Ergo illos potius demonstravi si possumus quemadmodum adversus ecclesiam pugnandum sit a filiis matris suae et hostium [illegible] adiungo viri. Id est iocundius illi qui nocere intendunt prosunt et violentes [illegible] sentio tenere superiorem [illegible]. In tantum denique se profecisse ex his quae ab eisdem passa est gloriatur, ut pro una vinea quam sibi abstulisse visi sunt multas se gaudeat commutasse. Si autem spiritualiter sensum vineae accipias, id est fideles intelligimus ipso qui creavit et dilatata est tamquam cui benedixit dominus. Nec mirum: Dei namque aedificatio et Dei agricultura est. Ipse fecundat, ipse propagat, ipse putat eam, ut fructus plus afferat. Quam nempe sua destituerit cura cuius opera est, plantavit dextera eius. In fide plantata in caritate mittit radices, de fossa sarculo disciplinae, stercorata paenitentium lacrimis, rigata praedicantium verbis, et sic vino exuberans. Vino in quo est laetitia sed non luxuria; vino totius suavitatis illius [illegible]; certe vinum laetificat cor hominis. Hoc constat. Tange et bibe cum laetitia. Denique gaudent in conversione et paenitentia peccatorum [illegible] hominum scientes. Lacrimae paenitentium sic vinum eorum quorum [illegible] odor vitae, sapor gratiae, sic indulgentiae gustus et reconciliationis iocunditas, [illegible] redeuntis innocentiae serenitate suavitas conscientiae. Ergo loci huius occasione me ipsum reprehendere soleo quod animarum susceperim curam, qui meae non sufficiam custodire. Vineas animas interpretans. Quod si placet et tu hanc meam interpretationem vide quod consequenter [illegible] recte quoque negaverim dictum. Fratrem videre [illegible] pariter bonorum operis devotorum vinum. Siquidem nec palmes absque vite nec virtus sine fide aliquid est. Sine fide impossibile est placere Deo. Fortasse et displicere necesse erit. Denique omne quod non est ex fide peccatum est. Et hoc ostendere oportuit illos qui me posuerunt custodem in vineis, scilicet [illegible] custodire. Ac quo tempore inculta iacuit et deserta redacta in solitudinem, prorsus defecit vinum quoniam arefactus [illegible] sterilitate fidei [illegible] palmitibus. Ex eo quod in solari vita [illegible] ad Dominum [illegible] custodire, si tamen providero [illegible] et tunc meminimus [illegible] qui sagittat in occultis immaculatum [illegible] nobis omne [illegible] machinamentis, eo ipso tempore quo vigilanter intendere coepimus curae et custodiae [illegible]. Quot et quales prior botros [illegible] aut [illegible] ira aut [illegible] iactantia aut foedavit inanis gloria. Quanta ab illecebra gulae, quanta ab accidia spiritus, quanta a pusillanimitate spiritus et tempestate sustinuimus. [illegible] plurimorum quos videtis de vineis [illegible] colligere nisi spinas et tribulos. Vineas tamen divinas [illegible] se ingerere non veretur. Vae autem mihi misero a perditione vineae meae [illegible] nunc quam plures vineae [illegible] diligens [illegible] et sollicitus fieri cogor. Perfectus autem omnibus est qui aliis dicere possit: Vineam meam non custodivi, illo videlicet sensu quo Salvator loquitur in evangelio: Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Idoneus plane et dignus qui ponatur custos in vineis, quem propriae curae vineae a [illegible] diligentia et sollicitudine non impedit aut retardat, dum non quaerit quae sua sunt, neque quod sibi utile est, sed quod multis. Optimus aemulator vester qui [illegible] sibi [illegible] Quam mihi [illegible] modicum vilissimum precium non pretulerit. Paulus: Nec animam, inquit, facio [illegible] pretiosiorem quam me. Revera anima portio est carnalis affectus cuius et vita eius administratur corporis. Hanc ergo animam suam Paulus

speciebat pie separatus a domino non solum alligari sed et mori
in celum. Et sic perde animam tuam iuxta consilium domini. Sic quoque
si propriam deseris voluntatem, si corporis voluptatibus pre-
renuntias, si carnem tuam crucifigas cum viciis et concupi-
scentiis, si et mortificas membra tua que sunt super terram,
probans te Pauli imitatorem, qui non facias animam tuam pre-
tiosiorem te ipso. Perdis in Christi disciplinam et illam perdendo
salvabis. Sed quid prudentius, eam perdis ut custodias, quam
custodis ut perdas? Quid hic vos dicitis, observatores ci-
borum, morum neglectores? Hypocras et sequaces eius docent
animas salvas facere in hoc mundo, Christus et eius discipuli perde-
re. Quem nam vos e duobus sequi magistrum eligitis? At ma-
nifestum se facit qui sic disputat: hoc oculis et hoc capiti,
illud pectori vel stomacho nocet. Profecto unusquisque quod
a suo didicit, hoc in medium profert. Non in evangeliis legistis
has differentias, aut in prophetis, aut in litteris apostolorum. Caro et sanguis
procul dubio revelavit tibi hanc sapientiam, sed sapientia carnis mors
est. Non Hypocratis seu Galieni sententiam aut certe de
scola Epicuri debui proponere vobis. Christi sum discipulus, Christi
discipulis loquor. Ego si peregrinum dogma induco, ipse pec-
cavi. Epicurus atque Hypocras corporis alter voluptatem, alter
sanitatem meam preferunt; meus magister utriusque rei contemptum
predicat. Animam in corpore vitam cum summo studio iste vult
sustendere, ille unde et delectet inquirit; Christus inquirere
docet. Salvator monet et perdere. Perdet eam dixit, sive ponen-
do ut martyr, sive affligendo ut penitens. Quamquam genus
martirii est spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum quo
membra ceduntur ferro horrore quidem mitius, sed diuturnitate
molestius. Quid non prodest temperare a voluptatibus, in ve-
stigandis diversitatibus complexionum ciborumque varietatibus exqui-
rendis cotidianam expendere curam? Legumina inquit ven-
tosa sunt, caseus stomachum gravat, lac capiti nocet, potum a-
que non sustinet pectus, caules nutriunt melancoliam,
coleram porri accendunt, pisces de stagno aut de lutosa
aqua mee penitus complexioni non congruunt. Quale est hoc ut
in totis fluminibus, agris, hortis, cellariis ne reperiri vix possit
quod comedas? Puta te queso monachum esse, non medicum, nec de
complexione iudicandum, sed de professione. Parce obsecro primum
quieti tue, parce deinde labori ministrantium, parce gravamini
domus, parce conscientie, conscientie dico non tue sed alterius, illius
qui iuxta te sedens et edens quod sibi apponitur, de tuo singulari ieiu-
nio murmurat. Scandalo quippe est ei aut tua odiosa su-
perstitio aut duritia quam forte putat illius qui tibi hec provi-
dere. Scandalizatur inquam in tua singularitate et iudicat
te superstitiosum tamquam superflua querentem, aut certe me
durum causans qui non provideat victui tuo necessaria. Frustra
sibi quidam blandiuntur de exemplo Pauli hortantis disci-
pulum ac si modico uti vino propter stomachum et frequentes su-
as infirmitates. Qui attendere debent primum quod apostolus mi-
nime sibi ipsi, item istiusmodi suadet, sed nec discipulo exque
posceti sibi. Deinde non monacho hoc intimari, sed episcopo cui-
us vita tenere adhuc et nascentis ecclesie pernecessaria erat. Thymoteus
hic erat. Da mihi alterum Thimotheum, et ego cibo eum si vis et
auro et poto balsamo. Tu enim tibi ipsi dispensationem
facis tui. Suspecta est michi fateor tua ipsius in te dispen-
satio; vereor tibi illudi sub regimine et nomine discretionis
carnalis prudentia. Id te saltem nolo admonitum esse,
ut si ita tibi auctoritas apostoli placet de bibendo vino mo-
dico, quod ille adiecit non pretermittas. XXXI

Indica mihi quem diligit anima mea. Profecto quem non dum videt
sicuti est. Sed quibus aspectibus videre desiderabiliter volunt
vel possint delectabiliter. Cum ergo illa vel subtrahet aut di-
latis vel se subtrahet sua voluntas, nec fraudabit veritas et de-
ficiet eternitas. Quod si nec minimum extenderis videndi copia pre-
et voluntas, quid non plena felicitas? Nil quippe aut deest
tam semper videntibus aut superest semper volentibus. Sermone
quidem aspectus quibus videtur, sed sicuti videtur, non sicuti est. Nam
neque hoc luminare magnum, solem loquor istum quem
cotidie videtis, vidistis tamen aliquando sicuti est, sed tantum sicut illu-
minat, verbi causa aerem, montem, parietem. Quod ne ipsum quidem
aliquatenus videre posses, si non aliqua corporis ipsius lumen corpo-
ris tui, pro sui ingenita serenitate et perspicuitate celesti lu-
mini similis esset. Non denique aliud membrum corporis capax est
luminis ob multam utique dissimilitudinem. Sed nec ipse oculus
cum turbatus fuerit lumini appropinquabit in tantum ob amissam
similitudinem. Quia ergo turbatus nullatenus serenum solem vi-
det propter dissimilitudinem, serenus aliquatenus videt propter non nullam
similitudinem. Profecto si pari prorsus puritate vigeret, videret o-
mnino inoffensa acie eum sicuti est propter omnimodam similitudi-
nem. Ita et solem iustitie vides in hoc mundo sicut illumi-
nat illuminatus potest, tamquam iam in aliquo similis. Sicu-
ti est autem non potest, tamquam non dum perfecte similis. Cum itaque
clarior ille perspicacior esse, clarissimum pervenisse est. Cum
autem de eo quem non videt, certe videt facies indubitanter existi-
quem oporteat inquirere, ut inquirentem non fraudet gratia neque
negligentem ignorantia non excuset. Verum hoc genus videndi com-
mune. In promptu namque est iuxta apostolum omnium utentium ratione iu-
dicio invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicere. Alius procul du-
bio ille modus quo quondam patribus crebra illa atque am-
bitiosa divine presentie familiaritas dignanter indulta
est, quamquam nec ipsis sicuti est, sed sicut dignatus est. Sed et di-
vina inspectio eo differentior ab hinc quo interior, cum per se
ipsum dignatur visitare deus animam querentem se, que tamen
ad querendum toto se desiderio et amore devovit. Et hoc sig-
num istiusmodi adventus eius, sicut ab eo qui expertus est
edocemur. Oportet namque sancti desiderii ardor preveniat faciem
eius ad omnem animam ad quam est ipse venturus, qui om-
nem consumat rubiginem vitiorum et sic paret locum domino.
Et tunc scit anima quoniam iuxta est dominus, cum se senserit illo ig-
ne succensam. Tali anime suspiranti frequenter in medita-
tione orantique et afficienti se pre desiderio, cum medium deside-
ratus ille qui ita est miseratus occurrit, puto illi de pro-
pria experientia convenire ut dicat cum sancto Ieremia: Bonus
es domine sperantibus in te, anime querenti te. Sed et angelus eius qui
unus est de sodalibus sponsi, in hoc ipsum deputatus mini-
ster, presto et arbiter secrete mutueque salutationis, quo spon-
diat quod collectetur et condelectatur. Ipse est qui in omni loco
sedulus quodam pedissecus anime non cessat sollicitare eam
et assiduis suggestionibus monere dicens: Delectare in domino
et dabit tibi. Fidelis paranymphus qui mutuum amoris con-
scius non invidus non suam querit sed domini gloriam. Discurrit me-
dius inter dilectum et dilectam, vota offerens, referens dona.
Excitat istam, placat illum. Interdum etiam licet raro represen-
tat eos pariter sibi, sive hanc rapiens sive illum adducens.
Si quidem domesticus est et notus in palatio, nec veretur re-
pulsam, et cotidie videt faciem patris. Excessum puto in-
ticum domini. Sed et prius descensum in animam nostram quibus pre-
sumus experiuntur vos spiritualibus spiritualia comparantes. Itaque in
spiritu fit ista coniunctio, quia spiritus est deus et concupiscit decorem
anime illius quam forte adverterit in spiritu ambulantem et curam
carnis non perficientem in desiderio, presertim si suo amore
flagrantem conspexerit. Non tamen adhuc illum deducit. Apert

Et talis visio non est vite presentis, sed in novissimis reservatur his dumtaxat
qui dicere possunt: Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est.
Et nunc quidem apparet quibus vult, sed sicuti vult, non sicuti est. Non sapiens, non sanctus,
non propheta videre illum sicuti est potuit aut potest in corpore hoc mortali; poterit autem
in immortali qui dignus habebitur. Itaque videtur et hic, sed sicut visum est ipsi, et non sicuti est.

sicut est. quamvis non omnino aliud hoc modo exhibeat quam quod est. Sed neque nunc vel sic continue presto est quamvis devotissimis mentibus. sed nec uniformiter omnibus. Oportet namque pro varietate desideriorum anime gustum presentie variari et infusum saporem superne dulcedinis diversa appetentis anime aliter atque aliter oblectare proprium palatum. Denique advertisti in amatorio carmine quotiens mutaverit vultum et in quanta multitudine dulcedinis sue coram dilecta dignatus sit transformari. et quomodo nunc quidem instar verecundi sponsi secretos petit amplexus. osculis delectatur. Nunc vero in oleo et unguentis medicum exhibere appareat. Nimirum propter teneras et infirmas animas istius modi adhuc indigentes fomentis et medicamentis. Unde et delicato adolescentularum nomine designantur. Nunc rursum quasi viator qui se itinerantibus sponse simul atque adolescentulis sese associans iocundissimis confabulationibus illis suis a labore vie omni relevat comitatum. Facundus comes qui in sermonum et morum suavitate suos tamquam in quadam suave olentia fragrantium unguentorum post se currere faciat universos. Unde et dicunt: In odore unguentorum tuorum curremus. Item aliquando occurrens quasi prepotens aliquis paterfamilias qui in domo sua splendet panibus. Immo tamquam rex magnificus et potens qui sponse pauperis videatur pusillanimitatem erigere provocare cupiditatem demonstrans illi omnia desiderabilia glorie sue divitias torcularium ac promptuariorum ortorum et agrorum copias demum et introducens eam in ipsa secretiora cubiculi. Nimirum confidit in ea cor viri sui et nichil est ex omnibus que ab illa existimet abscondendum quam redemit inopem probavit fidelem amplectitur amabilem. In osculis quidem affectuosum et blandum in oleo autem atque unguentis clementem et affluentem visceribus pietatis et compassionis. Porro in via hylarem affabilem plenum gratie et solatii. In ostensione vero divitiarum ac possessionum munificum se ac largum pro regia liberalitate remuneratorem demonstrat. Quo namque apud veteres quod est umbra figuraque dicimus excellentie nobis datur per gratiam Christi in carne presentis ipsam per se viventem veritatem. Ita nos quoque respectu futuri seculi in quadam interim veritatis umbra vivere non negabis. Ergo iustus ex fide vivit. beatus exultat in specie. et ideo sanctus homo interim vivit in umbra Christi. Sanctus angelus in splendore vultus glorie glorificatur. Et bona fidei umbra que lucem temperat oculo caliganti et oculum preparat luci. Quid sancte est illud quod videt angelus. hoc tu in umbra fidei servat fideli bonum repositum in tempore revelandum. Nunquid expedit tenere vel involutum quod nudum non capis. Denique et mater domini vivebat in umbra fidei cui dictum est: Et beata que credidisti. Inde et de Christi corpore umbram que audivit: Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Nec vilis umbra que de virtute altissimi formatur. Erat nempe virtus in Christi carne que virginem obumbravit ut quod impossibile erat mortali femine obiectu tamen involucri vivifici corporis ferret presentiam maiestatis et lucem sustineret inaccessibilem. Virtus plane tanta omnis contraria fortitudo debellata est. et virtute et umbra fugantur demones tuentur homines. Aut certe virtus vegetans umbra refrigerans. Vivimus profecto in umbra Christi qui per fidem ambulamus et carne ipsius pascimur ut vivamus. Bonus pastor qui animam suam dat pro ovibus suis. animam pretium carnem illis illam in pretium istam in cibum. Res mira. ipse pastor ipse pascua est. ipse redemptio. XXXII

P[illegible] ubi. p. u. c. i. m. Si quis in nobis est ita devotus ut cupiat dissolvi et esse cum Christo cupiat autem vehementer ardenter sitiat assidue meditetur. huic profecto non secus quam in forma sponsi suscipiet Verbum in tempore visitationis. hora videlicet qua se astringi intus quibusdam brachiis sapientie atque inde sibi infundi senserit sancti suavitatem amoris. Excepto tamen id usque ad tempus et tempus modicum. In hoc corpore potest esse de presentia sponsi frequens letitia. sed non copia. et si visitatio letificat. sed molestat vicissitudo. Quotiens me oportet que pene desperatam suscepit reddidit exultationem et presentiam de venia. Sunt qui in studiis spiritualibus fatigati et usi in tempore atque in defectu quodam spiritus positi ambulant tristes vias domini corde arente et tedentes accedunt ad queque iniuncta frequenter murmurant. longos dies longas queruntur et noctes loquentes cum sancto Iob: Si dormiero dico quando consurgam et rursum expectabo vesperam. Ergo ubi contingit tale aliquid pati si miseretur dominus apparens et nobis in via quasi ambulans et incipiat loqui de celo esse vero memorabile quippiam cantare nobis de canticis Syon. [illegible] et de civitate Dei. de pace civitatis. de eternitate pacis. de statu eternitatis. dico vobis erit pro vehiculo tale dormitanti et pigritanti levi narratio ita ut pellat omne fastidium ab animo audientis et a corpore fatigationem. Sunt enim quedam verba ubi sponsus ad nos inde meditationes de ipso et eius gloria elegantia potentia maiestate. Non solum autem sed et cum avida mente et volvimus testimonia eius et iudicia oris eius et in lege eius meditabimur die ac nocte. Sciamus pro certo adesse sponsum atque alloqui nos ut non fatigemur laboribus sermonibus delectati. Tu ergo cum tibi talia volui animo sentis non tuam putes cogitationem. sed illum agnosce loquentem. Cum vero mala in corde versantur nostra cogitatio est. si bona Dei est sermo. Illa cor nostrum dictat. hunc audit. Audiam ait quid loquitur. Ita pacem pietatem iustitiam Deus in nobis loquitur. nec talia nos cogitamus ex nobis. sed in nobis audimus. et similia inquit de corde exeunt nec audimus ea sed dicimus. Sed est preterea quod corde quidem sentitur non tamen cordis est verbum. nec tamen de corde exit sicut nostra cogitatio sed neque illud est quod ad cor fieri dicitur verbum videlicet ubi vel sit bonum vel malum. Immittitur autem a contrariis potestatibus sicut fiunt immissiones per angelos malos. Ut ubi cum fuit quod legitur immisso in cor Iude ut traderet dominum Symonis Scarioth. Verum quis tam vigil et diligens observator motuum intimorum suorum sit in se vel circa se factorum ut liquido ad quecumque illa cuncta sensa cordis sui discernat inter morbum vitii et morsum serpentis. Ego nulli hoc mortalium possibile puto nisi qui illuminatus a spiritu sancto speciale acceperit donum illud quod apostolus inter cetera carismata que enumerat nominat discretionem spirituum. Utcumque licet quod secundum Salomonem omni custodia servet suum cor et omnia que intra se moventur vigilantissima intentione observet. et si diutinum forte in huiusmodi exercitium et frequens experimentum. Non potest tamen ad purum usque dignoscere discernere ve ab invicem malum ingestum et malum seminatum. Nam delicta quis intelligit. Nec multum refert nostra scire unde inest nobis malum dum modo inesse sciamus. Vigilandum potius et orandum ut ne consentiamus. Sane est hic periculose nimio damnabilis error atque ibi tanto noxior citra periculum regula. neque Dei est in nobis Deum nobis putantes verbis visitationem nostram esse cogitationem. Ergo quantum distat bonum a malo tantum ista duo a se. quoniam nec de verbo malum nec de corde exiet bonum nisi quod prius forte de verbo conceperit. Sciant omnia gratie absque illa nec ad cogitandum bonum sufficiens est cor humanum. sed sufficientiam ipsius ex Deo esse.

di uocem bonum quod cogitatur. si cordis plenum exstiterit. se-
cretum meus cum ibi unum in diuiduus comes ubique secretis sibi
praebet cui in delinitis oblectata suauitate facundie a cu-
ius molestiis et uicus sese uendicet omnia hora redundo
tempore a diebus malis. Magna siquidem fides magna in hac et quod
tenuis in bonis domini fiducie pedem porrexeris ea tenus posside-
bis. Sponsus tamquam pastor apparere describitur. ut per inde am-
moueatur assecutor tantorum munium pascendi gregis
simpliciorum. qui scilicet tam non ualent per semetipsos apprehen-
dere ista quia non audent sine pastore oues exire in pascua.
Denique hoc ipsum sponsa prudenter aduertens. postulat sibi
uendicari ubi ipse pascat et cubet sub meridiano feruore
parata. ut quid ex hoc intelligi datur pasci et pascere cum
illo et sub illo. Sic non tutum arbitratur longe agere gregem
a summo pastore. Summum ob incursiones luporum eorum max-
ime qui ueniunt ad nos in uestimentis ouium. et ipsa tam-
git eisdem cum ipso pro pascere pascuis et cubare umbris et
cum ponit. ne incipiam inquietus uagari per greges sodalium tuorum.
Ipsi sunt qui se nolunt uideri amici sponsi et non sunt. et
cum suos non illius greges pascere cura sit eis. Hinc inde tam
insidiantes dicunt. Ecce hic est christus. ecce illic est. uidelicet
ut multos seducant et abducant a christi gregibus socientur sui.

XXXIII

Indica mihi quem diligit anima mea.
ubi pascas ubi cubes in meridie. Sermo alius quidem. Indica inquit tu cur me in-
udicas. Nusquam sane summam cauetur. sed scrutatur canti-
cum diuini. Flagelli potens non opus. Item aliud quaeritur dicentes
Vias tuas domine demonstra mihi et semitas tuas edoce me. Vias dixit
et uias semitas manifestat alibi. Deduxit me in semi-
tis iustitiae. id est Gloria ista anima curiosa dei sit cessat inquiu-
rere iustitiam. et iudicium et locum habitationis gloriae spon-
si tamquam uiam in qua ambulet cautelam qua ambu-
let et ad quam ambulet mansionem de qua mansione sic
dixit in propheta. Unam petii a domino hanc requiram
ut inhabitem in domo domini. et item. Domine dilexi decorem do-
mus tue. et locum habitationis gloriae tue. Porro de reliquis duobus
iustitia et iudicium alt preparatio sedis tue. Merito tria
ista mens deuota inquirit utpote sedem dei et sedis pre-
parationem. et pulcre in sponte prorogatiuam accurrunt
pro omnia ad consummationem iterum. ut de forma iustitie
sit formosa. de uisitationum notitia cauta de desiderio presenti
et sit glorie sponsi casta. Talem profecto decet esse et sponsam
domini pulcram eruditam et castam. Ecce primo adiuncte quam
elegans amorem ipso a caritatis designat affectu dum dilectum
exprimit magis ipsa affectione quam uoce uolens. Non sim-
pliciter quem diligo. sed o inquit quem diligit anima
mea. Talem designans dilectionem. arbitror id est ob hoc audi-
tum cubare eo loci minime uetere sic stare et uigilare
super custodiam gregis. quam gregem et cubante pastore et pau-
sante sub umbris. Ubi meridiem discurrat pascuis. Fe-
lix regio in qua pro libitu oues ingrediuntur et egrediuntur
et non est qui exterreat. Quis mihi tribuat uidere uos inter
in montibus pasci una cum illis non agitata nouerit que il-
lic relicte loquntur cum pastor eam dignatur ad imam de-
scendit que cruciatur. Secure perculdubio cubat ipse. qui
longe recede minime dubitauit. Saeculis et merito eas re-
linqueret. Merito sponsa illo suspirat toto intendat lo-
co pascue simul et pacis sed quietis sed securitatis sed contem-
plationis. sed admirationis. sed stuporis. Quis non ille uehementer
cupiat pasci et ipsi pacem et ipsi adipem et ipsi satietatem
Nichil ibi formidatur nichil fastiditur nichil deficit. Tu-
ta habitatio paradisus dulce pabulum ubi opulentia

multa nimis et uultus hodie et ego ubi nunc. sed in caelo et michi
apponitur uitalis sed in sacramento. Angeli sed ex adipe frumen-
ti saginantur et nudo satiantur grano. Me oportet interim
quodam sacramenti cortice esse contentum carnis furfure litte-
ra palea uelamine fidei. et hec talia sunt que gustata affe-
runt mortem si non de primitiis spiritus conditiuntur accipiant.
admixtum pereuntis mors in olla nisi ex prophete farinula dulco-
retur. Denique absque spiritu et sacramentum ad iudicium sumi-
tur et caro non prodest quicquam et littera occidit et fides mor-
tua est. Sed spiritus est qui uiuificat ut uiuam in eis. Ac quantis
libet sane habundantia spiritus pinguescant ista. non pari om-
nino iocunditate sumitur cortex sacramenti et adeps frumenti.
fides et species memoria et presentia eternitas et tempus uultus et
speculum ymago dei et forma serui. Semper in his omnibus
fides locuples est intellectus pauper. non quod non par sapor
intellectui fideique cum sit in utrumque ista ille in proximum uidet
gratius dilatare inter pabula quantum inter loca uiuit exaltan-
tur celi a terra. Ita habitatores in eis domus potioribus habundare
fomentis ad locum tuorum ad pastum suauiorem ad uberio-
rem ad fertiliorem agrum. Fomentum ut habitemus sine me-
tu habundemus sine defectu epulemur sine fastidio. Ubi cubas
hoc est tota die. Certum illa meridies tota est dies et ipsa nescit
uesperam. Hunc locum tanquam tante claritatis et pacis et ple-
nitudinis. Iudica mihi. ut quemadmodum Iacob adhuc in corpore
manens uidit dominum facie ad faciem et salua facta est anima eius
et sicut Moyses uidit non per figuras et enigmata seu per
somnia uti prophete alii. sed modo plane precellenti atque mer-
ito cedas sibi nota uidens. uel sicut Ysaias reuelatis oculis
cordis uidit enim super solium excelsum et eleuatum uel quod et alio Paulus
raptus in paradisum audiuit illa in exstasia et dominum suum
Ihesum christum uidit. ita ego quoque te in lumine tuo et in de-
core tuo per meis excessum merear contemplari pascentem
oues quiescentem securum. Nam et hic pascis sed non in sacie-
tate nec cubare licet sed stare et uigilare ob timores
nocturnos. Heu nec clara lux nec plena refectio nec
mansio tuta. et ideo Iudica mihi ubi pascas ubi cubes in meridie. Beati nem-
pe qui esuriunt et sitiunt iustitiam. Quid hoc ad illorum felici-
tatem qui replentur in bonis domus tue qui epulantur
et exultant in conspectu dei et delectentur in letitia. Leo circum pe-
ca ubi timeas perit iocunditatem hic sed non securitatem. Por-
ro autem pasci et pausari simul. nonne molesta iocunditas est. Quando
mihi hic cedit tota perfectum. Plena prece uotum et tantum michi
desideria adimplebis me letitia cum uultu tuo. Uultum tuum
domine requiram. uultus tuus meridies est. Iudica mihi ubi
pascas ubi cubes in meridie. Scio satis ubi pascas non cubans. Iudica mihi
ubi pascas ubi cubes. Non ignoro ubi aliis temporibus pascere soleas. Se-
cure uelim ubi in meridie pascas. Nam in tempore quod mortali-
tatis mee in loco peregrinationis mee contineri sane sub tua
custodia pasci et pascere in lege et prophetis et psalmis. nec non me
euangeliis pascuis et apud apostolos simul requiem frequen-
ter et de gestis sanctorum et libris et scriptis eorum uictum mihi atque
alimentis mendicaui ut potui. Frequentius autem quam
is magis ad manum sunt manducaui panem doloris et uinum
compunctionis bibi. et facte sunt mihi lacrime mee panes die ac
nocte dum dicitur mihi cotidie ubi est deus tuus. Filia quod de mensa tua
siquidem pasti in conspectu meo mensam adhuc et qui tu mea. De
ipsa mensa tue quod beneficio miserationis accipio. me quo-
que uti atque respiro quotiens turbata est anima mea et quotiens
conturbatur me hec pascua noui et frequentatum te secutus pa-
storem. sed indica queso et que ei nomen. Sunt quidem multi pa-
stores qui dicunt se esse sodales tuos et non sunt. habitantes gregis

suos et filios suos pro nihilo in mortis tenebris seducentes. Sic confluunt ad
solitudinem et faciunt eos filios gehenne duplo quam se. Sed hoc
nisi quia non est meridies et perspicua lux, ut liquido veritas cog-
noscitur, facileque per eam decipitur falsitas que veri similitudi-
nem quendam facile in obscuro a non discernitur. Sic ipsa quoque
ut indicet mihi ubi pascas ubi cubes in meridie. Idem manifeste ne seducta
incipiam vagari post greges sodalium tuorum. quemadmodum et ipsi va-
gi sunt nulla stabiles certitudine veritatis. Hoc sponsa propter phi-
losophorum et hereticorum varia et vana dogmata timuisse vide-
tur. non solum propter eos sed et propter dolos invisibilium potesta-
tum. sicut sunt seductorum spiritus sedentes in insidiis et paran-
tes sagittas suas in pharetra ut sagittent in obscuro rec-
tos corde. Propter hos inquam et maxime videtur illa meridi-
es optanda et nobilis ut clara luce deprehendantur astucias
dyaboli. atque angelum sathane qui se transfigurat in angelum
lucis. ab angelo lucis facillime discernant. Non enim aliter nos
custodire sufficimus ab incursu et demonio meridiano.
Nam meridiano eque nomine. Ego quidem demonium istud in-
manum dictum existimo. quia sunt aliqui de numero malig-
norum qui cum sint tenebrose obstinateque voluntatis sue
nox et nox perpetua sint, diem tamen se ad fallendum simula-
re noverunt, nec modo diem sed et meridiem. Quotiens enim ubi-
cumque suggestio anticipare vigilias quo ad solempnia
fratrum illudit dormitanti. Quotiens producta ieiunia ut di-
vinis obsequiis eos inutiles reddat quo imbecilles. Quo-
tiens bonis proficientibus in cenobiis invidens contemptu q-
maioris puritatis heremum petere persuasit. Sed cognoverunt
miseri tandem quam verus sit sermo quem frustra legerant.
Ve soli. Quia si ceciderit non habet sublevantem. Quotiens ad opus
manuum plus quam opus fuerit incitavit et fractum
viribus cedere regularibus exercitiis inutilem reddidit. Quam
multis exercitationem corporis que iuxta apostolum ad modicum
valet non modicam persuasit et pietate fraudavit. Denique
ipse expertus est quomodo quidam ad vecordiam nostrorum dico qui
ante inhiberi non poterant ita in spiritu vehementi ad omnia
ferebantur, post ad tantam ignaviam devenerunt ut
illud apud eos quod spiritu ceperunt nunc carne consumerent quam turpe
iere fedus cum suis corporibus quibus crudele ante indixerant
bellum. Videas pro pudore importune superflua querentes qui
prius necessaria obstinatissime recusabant. Verumtamen si qui in
sua forte invicti obstinatione perdurant indiscretius absti-
nentes et singularitate notabili conturbantes cum quibus
habitare debent unius moris in domo aut scio sane an se
existiment pietatem retinere cum huiusmodi. Anachorite videntur
et longius abiecisse. Nam qui sapientes in oculis suis vi-
dentur apud se. nec consilio acquiescere nec precepto vide-
ant quod audeant non in se dicenti. Quam quasi peccatum ario-
landi. Preceperat autem quia melior est obedientia quam vic-
tima. Sed sane vereor ne damnantes superstitiosos videa-
mur frena laxare gulosis et audiant illi ad preiudicium sui
quod ad remedium huius dictum. Quamobrem audite utrique pro quatuor
esse temptationum genera et ipsa nobis ita prophetico sermone de-
scribi. Scuto inquit circumdabit te veritas eius non timebis a ti-
more nocturno. A sagitta volante in die a negotio perambulante in tenebris. ab in-
cursu et demonio meridiano. Primitus incedentibus ad conversionem occur-
rit quod est experientie nostre. Primitus exagitat timor quem
incedentibus statim horror vite rigorem atrocius et insolitum-
te austeritas discipline. Atque hic timor nocturnus dicitur quia
nox in scripturis designare solet adversa ut quam spem quod ad-
versa pati aggredimur id nondum revelatum est. Si vero dies
ille luceret in cuius lumine pateret et labores et pressura videre

ut timor omnino quorum nullus labor nullus esset pre desiderio
premiorum. Nunc vero quia abscondita sunt ab oculis nostris et
nox est. Merito in hac parte temptamur nimirum a timore noc-
turno. Et pro bonis que non videmus formidamus que in presentiarum
sunt adversa tollerare. Vigilandum proinde et orandum primo inician-
tibus contra hanc primam temptationem ne subito preoccupati a
pusillanimitate spiritus et tempestate a bono cepto quod absit
resiliant. Superata autem hac temptatione armemur nos necesse
est adversus hominum laudes que de laudabili potissimum vi-
ta solent nasci. Alioquin patebimus vulneri a sagitta vo-
lante in die, que vanus gloria, fama scilicet volat et ideo
in die quia ex operibus lucis. Si hec excussa fuerit tanquam inanis
aura restat ut solidum aliquid affectetur de divitiis et ho-
noribus scilicet si forte qui non curat laudes appetat dignita-
tes. Sed vide si non hic ordo temptandi servatus est in domino nostro.
cui post suggestionem ad solam vanitatem pertinentem ostensa
sunt omnia regna mundi atque oblata. Tu quoque exemplo do-
mini et istam repelle necesse est circumvenire te a negotio per-
ambulante in tenebris quod est ypocrisis. Recenti ista de ambitione
descendit et in tenebris habitatio eius quippe abscondit quod
est et quod non est mentitur. Negotiatur autem omni tempore
formam retinens pietatis ad se se occultandas virtutem
autem eius vendicans et emens honores. Postrema tempta-
tio est demonium meridianum quod soleat maxime insidiari per-
fectis qui videlicet tanquam viri virtutum omnia superave-
runt voluptates favores honores. Quid enim restat superest
ei qui temptat et quod possit pugnare palam adversus
huiusmodi. Venit proinde occultus qui manifestus non audet
et quem satis expertus est aptum omne horrere malum
falso bono supplantare molitur. Quia autem possumus dicere cum
apostolo non enim ignoramus astucias eius, quo plus proficimus
eo magis solliciti sumus cavere a laqueo isto. Hinc est quod
maria angelica salutatione turbatur dolum insidiatoris su-
spicans. Sed et Iosue non prius anime angelum recepit quam esse
amicum novit. Denique suscitatur simul ne sit an adversarius
tanquam qui expertus sit demonium meridianum insultat. A-
postoli quoque aliquando cum laborarent in remigando vento
adversante et iactante naviculam. Videntes dominum ambulan-
tem super mare et putantes esse fantasma ita ut clamarent
pre timore. Nonne aperte meridianum suspicionem demonium pre-
tendunt. Et recordamini scripture dicentis quia circa vigi-
liam noctis venit ad eos ambulans supra mare. Quarto quoque
a supremo demum loco hec temptatio formidetur et quo se
in summo stare quis videt eo sibi vigilantius ab incursu
et demonio meridiano cavendum intelligat. Porro discipulis
suis verus se manifestavit meridies in eo quod audierunt. Ego
sum nolite timere. Sed falsi suspicio ab eis depulsata est.
Veniat et nobis quotiens palliata falsitas molitur irrepere. o-
mittat lucem suam et veritatem suam ad producendum illa
oriens ex alto verus iudex et dividat lucem a tenebris,
ut ne non notemur a propheta tanquam ponentes lucem tene-
bras et tenebras lucem. Adhuc autem tedio fuerit longitudo ser-
monis. Has iiii temptationes temptabo suo ordine assig-
nare ipsi Christi corpori quod est ecclesia. Videte primitivam ecclesiam
si non primo pressa est acriter nimis a timore nocturno. E-
rat enim nox quando omnis qui interficeret sanctos arbitrabatur obse-
quium se prestare deo. Hac autem temptatione devicta et se-
data a tempestate victrix facta est et ut proinde ad se-
culum in brevi posita in superbiam scilicet sed dolens inimi-
cus quod frustratus esset a timore nocturno convertit se calli-
de ad sagittam volantem in die et vulneravit in ea quosdam

de celo. Sed surrexerunt homines vani, cupidi glorie, et voluerunt sibi facere nomen, et exeuntes de ecclesia, diu eandem matrem suam afflixerunt in diversis et perversis dogmatibus. Sed hec quoque pestis depulsa est in sapientia sanctorum, sicut et prima in patientia martyrum. Sed tempora ista libera quidem Deo miserante ab utraque illa malitia, sed plane feda a negotio perambulante in tenebris. Ve generationi huic a fermento phariseorum, quod est hypocrisis, si tamen dici debet que iam latere pre habundantia non valet, et pre impudentia non querit. Serpit hodie putrida tabes per omne corpus ecclesie, et quo latius eo desperatius, eoque periculosius quo intimius. Nam si insurgeret apertus hereticus, mitteretur foras et aresceret; si violentus inimicus, absconderet se forsitan ab eo. Nunc vero quem eiciet, aut a quo abscondet se? Olim predictum est, et nunc tempus impletionis advenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hereticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Nam fugare nec fugere eos potest: ita invaluerunt et multiplicati sunt super numerum. Intestina et insanabilis est plaga ecclesie, et ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, et non est pax. Pax a paganis, pax ab hereticis, sed non profecto a filiis. Vox plangentis in tempore isto: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Spreverunt et maculaverunt a turpi vita, a turpi questu, a turpi commercio, a negotio denique perambulante in tenebris. Superest ut iam de medio fiat demonium meridianum ad seducendos si qui in Christo residui sunt adhuc permanentes in simplicitate sua.

XXXIIII

Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere et abi. Ecce sponsa, cum rem grandem postulare visa, reprimitur sane austeriori responsione, sed plane utili et fideli. Oportet namque humilia sentire de se tendentem ad altiora, ne dum supra se attollitur, cadat a se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito maxima minime obtinentur, propterea quod provehendus est correptione humiliatur, humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum, omnino argumentum gratie propinquantis. Ac per hoc est cum per se ipsum humiliat nos Deus, sicut libenter accipimus, an et quando per alium hoc facit, sapiamus similiter. Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Vides quia humilitas iustificat nos. Humilitas dixi, et non humiliatio. Quanti humiliantur qui humiles non sunt! Alii cum rancore humiliantur, alii patienter, alii et libenter. Primi rei sunt, sequentes innoxii, ultimi iusti. Quamquam et innocentia portio iustitie est, sed consummatio eius apud humilem. Qui autem dicere potest: Bonum mihi quia humiliasti me, hic vere humilis est. Non potest dicere qui invitus tolerat, minus qui murmurat. Neutri horum promittimus gratiam quia humiliatur, et licet longe hi duo a se differunt, et alter quidem in patientia sua possidet animam suam, alter in suo murmure perit. Sed et si iram neuter tamen gratiam promeretur, quoniam non humiliatis sed humilibus dat Deus gratiam. Est autem humilis qui humiliationem convertit in humilitatem, et ipse est qui dicit: Bonum mihi quod humiliasti me. Fere enim primus patienter ferre bonum est, sed plane molestum. Sequentes autem quem hilarem datorem diligit Deus. Unde et cum ieiunamus iubemur caput nostrum ungere oleo et faciem lavare, ut nostrum sit opus tamen bonum spiritali quodam gaudio condiatur, et holocaustum nostrum pingue fiat. Solum sola humilitas cum profertur videtur leta et absoluta humilitas humilitatis. Que vero coacta sive extorta quamcumque in vivo patiente illo qui possidet animam suam, hoc virtus humilitatis et si vitam obtinet propter patientiam, propter tristitiam tamen gratiam non habebit, quoniam non sponte humiliatur neque libenter. Generalem vero hinc audi regulam: Omnis qui se humiliat exaltabitur. Significat profecto non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tamen que de voluntate venit, non contristitia neque ex necessitate. Sicut nec per contrarium omnis qui exaltatur humiliandus erit, sed tamen qui se exaltat humiliabitur, sicut nimirum ob voluntariam iactantiam. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui sponte se humiliat exaltabitur, utique ob meritum voluntatis. Esto vero quod humilitatis materia per alium ministratur, ubi gratia propria damna supplicia, non tamen ideo recte ab alio quam a semet ipso humiliatus ille dicetur, qui illa omnia tacita et leta conscientia causa Dei subeunda decrevit. Sed quo progredimur?

XXXV

Si te, inquid, ignoras, egredere. Dura et aspera increpatio. Quod dicit egredere, hoc quippe verbum servi audire solent a valde irascentibus dominis, vel ancille a dominabus suis, cum gravius illas offenderint. Exi hinc, exi a me, egredere a conspectu meo et a domo ista. Hoc ergo verbo aspero et amaro satis nimirumque increpatorio utitur modo sponsus erga dilectam, sub conditione tamen si se ipsam ignoraverit. Scit quippe validissimos effectus ne ad timendum potuit in eam intendere quam ut egredi minaretur. Sed et tu advertere potes, si bene attendis, unde quo egredi iubeatur. Unde vero? Quo putas nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi ad secularia desideria, de interiori requie mentis ad mundi strepitum et inquietudinem, mentis exteriorum. In quibus omnibus non est nisi labor et dolor atque afflictio spiritus. Que vero anima semel a Domino didicit intrare in intima ad se ipsam, et in intimis suis Dei presentiam suspirare, nescio an illi ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius penaliusve ducat, quam post spiritale studium huius gustatam semel suavitatem exire denuo ad illecebras, potius ad molestias carnis sensuumque inexplebilem repletere curiositatem. Tribus proinde et nimis formidolosis comminatur: egredere et pasce hedos tuos. Quod est indignum te non esse illa tua familiari et suavi contemplatione celestium, intelligibilium, divinarum. Quapropter egredere de sanctuario meo, corde tuo, ubi secretos sanctosque intuitus ac sapientie sensus dulces haurire solebas, et magis tanquam una de ceteris pascendis et oblectandis tue carnis sensibus intricare. Hedos quippe qui peccatum significant et in iudicio collocandi sunt a sinistris, dicit vagos ac petulantes corporis sensus, per quos tanquam mors per fenestras intravit ad animam. Qui et bene agnum quem sequitur. Iuxta tabernacula pastorum. Non supra sicut agni, sed iuxta pastorum tabernacula eos pascimus. Pastores sane quis qui veri pastores sunt? Licet tabernacula habent de terra in terra, cor videlicet suum his diebus quibus militant, non tamen de terrenis sed de celestibus pascunt greges, dum eos pascere consueverunt. Sic ergo nec suam et sed Dei predicant voluntatem. Ac enim qui sunt corporis sensus celestia non requirunt, sed iuxta tabernacula pastorum. In omnibus videlicet bonis sensibilibus huius mundi, quem est regio corporum sensus. Unde sua delicia non tam satiant quam irritant, sed plus irritant studiosos, ut eam ante studium fiat peregrinans tamen exulem animam suam sacris meditationibus tanquam celestibus pulsare bona Dei beneplacentis et iustitia voluntatis exinquirere. Turpi se mancipet corporis servituti ad obediendum eum ad satisfaciendum ventri et gule, ad mendicandum in mundica vero. Unde ex ea que preterit mundi huius figura suam semper famelicam curiositatem aliquatenus consolet. Egredere, inquit, et abi. Heu quod egregia creatura

iam omnium factam de grege et nunc in peius mutabitur pro eo quod
non saltem inter greges remanere permittitur sed post abire
iubetur. Vides quam sit fugienda nobis haec ignorantia de
qua tot nulla malorum unquam nobis gratia provenerunt?
Ait enim speciosam hominem iumentis insipientibus comparatum quia non
intellexerit. Et inde ne forte et in sponsa cum adolescentulam
ad ignorantiam tanto increpationis tonitruo deterreret
ipsa minime dixit: egredere cum gregibus, aut egredere
ad greges; sed egredere et post greges sodalium tuorum. Videtis
quid hoc? Sane ut sodalium se pro ignorantiam priore
magis pravitatem pudendamque magis ostenderet quod illa ho-
minem bestiis parem fecisset, ista et posteriorem. Nam homi-
nes quidem tunc ignorantiae ignorantia vero spiritalem ad finem
domini illud iudicium statuere vigilanti perpetuo tradi iussit. Non autem
et pariter. Denique gratia animae, quae se ob sui ipsius ignoran-
tiam erubescit, perdidit inter sodales in perveniendo utique
bonus esse non est similiter sociam habitura in perferendis tor-
mentis gehennae, ut cum dominum tam ab ipsis gregibus suorum
sodalium universorum cum dedecore excommunicandam, nec iam vel
cum ipsis iterum, sed plane post quam illis nichil male sentien-
tibus ipsam male omnibus exponetur. Puto quod in presenti vita
si bene advertas posteriorem ne pecoribus hominem iudicabis.
Nam non liquido est? videtur ipsis bestiis quodam modo bestia
lior esse homo tamen ratione vigens et ratione non utens. Nam pe-
cus quidem si se ratione non regit, excusationem habet a natura,
a qua hoc ei penitus munus negatum est. Non habet homo cum
ab ipsa speciali prerogativa donatum est. Recte ne maledi-
cetur homo qui ignorantiam sui habet inveniens fuerit et di-
cam an sui vel etiam utrumque: sine dubio utraque ignorantia dam-
nabilis utralibet sufficit ad perditionem. Sed de dei minime du-
bitas: sed et certe conferat tibi non aliam vitam esse eternam quam ut
presentem agnoscas deum verum et quem misit Ihesum Christum. Au-
di quoque sponsum liquido et aperte in alia et anime ignorantiam
contemptibilitatem. Quid enim dicit? Non utique si deum, sed si igno-
ras te inquit et cetera. Patet quoque quia ignorans ignorabitur, sive se sive
deum ignorare contingat. De qua utraque ignorantia erit
nobis ad modum disputatio non tamen modo sed corporibus cum
absque appetitu et satiatus illum sumus non modo non pro-
dest sed et nocet plurimum multo magis pabulum anime cum fastidio
sumptum non scientie nutrimentum sed magis tormentum con-
scientie importabit.

XXXVI

Est ego more promissioni cui ego etiam deo pro debito famu-
latu triplicem videlicet ratione urgeor ad loquendum: pacti
veritate caritate pariter timore domini. Si tacuero os meum con-
demnabit me. Quid si locutus fuero? Profecto vereor idem iudi-
cium ne loquentem videlicet et non facientem idipsum idem
os meum condemnet me. Iuvate me orationibus vestris ut
semper possim et loqui quae oportet et opere implere quae loquar. Non er-
go omnis ignorantia damnat: sed multa et innumera esse
quae nescire liceat absque diminutione salutis. Verbi gratia:
Si ignoras fabrilem artem et quaecumque istiusmodi ar-
tes sunt quae ad usus vitae praesentis ab hominibus exercentur,
numquid impedimento ad salutem? Et absque omnibus illis artibus quae
liberales dicuntur, quamvis honestioribus utilioribus quoque studiis
et dicantur et tractantur, quam plurimi hominum salvi facti sunt, plu-
centes moribus atque operibus. Quantos enumerat apostolus in epistola ad
Hebreos factos dilectos, non in scientia litterarum sed in conscientia pu-
ra et fide non ficta? Omnes placuerunt deo in vita sua meritis vite
non scientie. Petrus et Andreas et filii Zebedei ceterique cum
discipuli omnes non de scola rhetorum aut philosophorum
assumpti sunt; et tamen per ipsos salvator operatus salutem

operatus est in medio terre. Videar fortassis nimius in suggil-
latione scientie et quasi reprehendere doctos ac prohibere studia
litterarum. Absit. Non ignoro quantum ecclesie profuerint et profuerint
litterati sui, sive ad refellendos eos qui ex adverso sunt, sive
ad simplices instruendos. Denique legi: Quia tu repulisti sci-
entiam, repellam te. Legi quia qui docti fuerint, fulgebunt. Sed et scio
ubi legerim: Scientia inflat. Et rursum: Qui apponit scientiam appo-
nit et dolorem. Vides quia differentia est scientiarum, cum alia inflet, alia
contristet. Tibi vero nosse velim quaenam harum videatur
utilior seu necessarior ad salutem, illa nempe quae tumet, an quae dolet.
Sed non dubito quin dolentem tumenti preferas: quia sanitatem
quam tumor simulat, dolor postulat. Qui autem postulat pro-
pinquat saluti. Et apostolus aiebat: Non plus sapere quam oportet
sapere, sed sapere ad sobrietatem. Non prohibet sapere, sed plus sa-
pere quam oportet. Quid est autem sapere ad sobrietatem? Vigilantissi-
me observare quid scire magis priusve oporteat. Tempus
enim breve est. Est autem quod in se est omnis scientia bona, quae tamen
veritate subnixa sit. Sed tu scire prius amplius cura ea quae
senseris viciniora saluti. Nonne medici corporum medicine
portionem distinguunt eligere, in sumendis cibis quid prius, quid po-
sterius et ad quem modum quidque sumi oporteat? Nam et bonos
constat esse cibos quos deus creavit; tu tamen ipsos tibi, si non modum
dicam et ordinem observes, reddis plane non bonos. Qui se existimat
putat aliquid scire, nondum scit quomodo oporteat eum scire.
Vides quoniam non probat multa scientem, si sciendi modum nescierit.
Vides inquam quomodo fructum et utilitatem scientie in modo sci-
endi constituit. Quid ergo dicit modum sciendi? Quid nisi ut scias
quo ordine, quo studio, quo fine quaeque nosse oporteat? Quo
ordine, ut id prius quod maturius ad salutem. Quo studio, ut id ar-
dentius quod vehementius ad amorem. Quo fine, ut non ad in-
anem gloriam aut curiositatem aut aliquid simile, sed tantum
ad edificationem tuam vel proximi. Sunt namque qui scire
volunt eo fine tantum ut sciant, et turpis curiositas est. Et sunt
qui scire volunt ut sciantur ipsi, et est turpis vanitas. Qui
profecto non evadent subsannantem satiricum et eos qui huius-
modi est decantantem: Scire tuum nichil est, nisi te scire hoc
sciat alter. Et sunt item qui scire volunt ut scientiam suam
vendant, verbi causa pro pecunia, pro honoribus, et turpis questus
est. Sed sunt quoque qui scire volunt ut edificent, et ca-
ritas est. Et item qui scire volunt ut edificentur, et pruden-
tia est. Horum omnium soli ultimi duo non inveniuntur in a-
busione scientie, quippe qui ad hoc volunt intelligere ut bene fa-
ciant. Reliqui omnes audiant: Scienti bonum et non facienti
peccatum est illi, sicut si quis indigestus et qui bonam non habet decoctionem, ma-
los generat humores et corrumpit corpus non nutrit. Ita et
multa scientia ingesta stomacho anime quae est memoria, si de-
cocta igne caritatis non fuerit, et sic per quosdam artus a-
nime mores [scilicet] atque actus transfusa atque diges-
ta quatinus [ex] ipsa de bonis quae novit vita attesta[n]-
te et moribus [ipsa] bona efficiatur, nonne illa scientia repu-
tabitur in peccatum, tamquam cibus conversus in pravos noxi-
osque humores? An non malus humor peccatum? An non
mali humores pravi mores? An non inflationes et tortio-
nes in conscientia sustinebit qui huiusmodi est, sciens videlicet
bonum et non faciens? Et inde ne forte in persona talis anime
propheta plangeret dicens: Ventrem meum doleo, ventrem meum
doleo. Nisi quod ipsa ingeminatio gemitum videtur innuere
sensum ut preter hunc quem diximus et alium requiramus. Pu-
to enim quod in sua persona potuit hoc dixisse propheta, quod vide-
licet scientia plenus et estuans caritate et omnino eorum
[salutem] cupiens non inveniret qui curaret audire, et sic cum

Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum.

oneri sua sibi scientia erat, cum communicare non posset. Volo proinde animam primo omnium scire seipsam, cum postulet id et utilitatis et ordinis ratio. Et ordinis quidem, cum quod nos sumus primum est nobis; utilitatis vero, quia talis scientia non inflat sed humiliat, et est quedam preparatio ad edificandum. Nisi enim super humilitatis stabile fundamentum edificium spirituale stare minime potest. Porro ad se humiliandam nichil acrius inveniet anima seu accommodatius potest quam si se in veritate invenerit. Sicque cum propheta clamabit ad Dominum: In veritate tua humiliasti me. Sed quomodo non vere humiliabitur in hac vera agnitione sui, cum se perceperit oneratam peccatis, pronam ad vicia, invalidam ad virtutem? Hic gradus ad notitiam Dei tui cognitio. Sic iam demum advertite quomodo utraque cognitio sit tibi necessaria ad salutem. Nam si ignoras te, non habebis timorem Dei in te, non humilitatem. An vero sine timore Dei et humilitate de salute presumas

XXXVII

Puto non habetis nunc opus hortari ad [?]titudinem. Vigilantius tenetis memoria. Neminem absque sui agnitione salvari, de qua nimirum mater salutis humilitas oritur, et timor Domini, qui et ipse sicut initium sapientie ita et salutis. Neminem dico absque illa agnitione salvari, qui tamen etatem habeat ad facultatem agnoscendi. Quod propter parvulos loquor et propter fatuos, quorum alia ratio est. Nec enim potest aut amare quem nesciat, aut habere quem non amaverit. Noveris proinde te, ut Deum timeas; noveris ipsum, ut eque eum diligas. In altero initiaris ad sapientiam, in altero consummaris, quia initium sapientie timor Domini, et plenitudo legis est caritas. Tam ergo utraque ignorantia cavenda tibi est, quam sine timore et amore Dei salus esse non potest. Cetera indifferentia sunt: nec salutem si sciantur, nec dampnationem habitura si nesciantur. Non tamen dico contempnendam aut negligendam scientiam litterarum, que ornat animam et erudit eam, et facit ut possit et alios erudire. Sed duo illa et expedit et precedant; securius iam interdum scire si vite prius pro beneficium spei securitatem accepit. Tu ergo seminasti tibi ad iustitiam, si ex vera notitia tui evigilasti timorem Domini, teipsum humiliasti, fudisti lacrimas. Semina sunt bona opera, bona studia, semina lacrime sunt. Ibant inquit et flebant, sed venient cum exultatione portantes. Merito cum exultatione cum reportant manipulos glorie. At istud inquit in resurrectione in novissimo die, et est nimis longa expectatio. Hic [?] de pusillis qui ex grado plenis in exultatione metas. Seminate autem vobis ad iustitiam, metetis spem vite. Non te modo invitat ad diem novissimum, quo res iam erit in re et non in spe; sed de presenti loquitur. Prorsus magna letitia et exultatio mixta nimirum cum vita veniet. Sed et nunc quidem tante letitie spes erit letitia. Spe gaudentes, ait apostolus. Et David non se leturum, sed letatum se dixit: In domum Domini se iturum. Quod si nondum tenuit, tamen sed ipsa quoque expectatio iustorum letitia. Hunc parit in animo illius quibus ad iustitiam seminantur pro [?] peccati indulgentia delictorum. Si tamen ipsam indulgentiam efficacia attestatur accepte gratie adiuncta sanctitas vite. Experti omnes nobis qui hec sentit intra se agitari. Scit quid loquitur spiritus, cuius vox atque operatio nunquam non se invicem dissentiunt. O quam verus est sermo qui in propheta legitur: Qui seminant in lacrimis in exultatione metent. Ubi breviter comprehensa utraque cognitio est: et nostri quidem in lacrimis seminemus, sed scientia Dei metens in gaudio. Hanc ergo in nobis geminam precurrente notitia iam ea que forte subierit scientia minime inflat, ut potest quod mihi valeat etenim commodi attribuere honoris quod non sit sane miseri? Et spe concepta letitiaque spei iam altius radicata in animo; spes autem non confundit, quia ista

firmat certitudinem. Secundum si nos ignorantia Dei teneat, quomodo sperabimus in eum quem ignoramus? Si autem quomodo ymmo vel certi putamus nos ad eum cum nichil simus? Sequitur autem nec desperatio propter esse vel societatem in sorte sanctorum. Intuere ergo una mecum quanta cura et sollicitudine ambas istas repellere a nobis ignorantias debeamus, quarum omnis peccati altera initium, parturit altera consummationem. Secundum sicut initium sapientie timor Domini, sic initium omnis peccati superbia; et quomodo perfectionem sapientie sibi vendicat amor Dei, ita desperatio sibi omnem malitie consummationem. Et admodum ex notitia tui venit in te timor Dei atque ex Dei notitia itidem amor, sic ex contrario de ignorantia tui superbia, ac de Dei ignorantia venit desperatio. Sic autem superbiam parit tibi ignorantia tui, cum meliorem quam sis decepta et deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Hoc quidem est superbia, hoc initium omnis peccati, cum maior es in tuis oculis quam apud Deum, quam in veritate. Si in quo nam statu unusquisque nostrum habeat Deus liquido cognosceremus, nec supra se neminem ascendere deberemus, veritati in omnibus acquiescentes. Sine autem quod olim nunc posuit tenebras latibulum suum, et sinu absconditus est a nobis, ita ut nemo sciat si sit dignus amore vel odio, iustius tutiusque profecto iuxta ipsius veritatis consilium novissimum nobis locum eligimus, de quo post modum cum honore sursum educamur, quam primum alciorem usurpantes, cedere mox oportet cum rubore. Non est ergo periculum quantumcunque te humiliaris, quantumcunque minorem te reputas quam sis, hoc est quam te veritas habet. Est autem grande malum horrendumque periculum, si vel modice plus quam es tollas, si vel uni videlicet in tua cogitatione te preferas, quem forte parem tibi veritas iudicat aut etiam superiorem. Quemadmodum si per hostium transeas cuius superliminare nimium bassum sit, non nocet quantumcunque inclinaveris; nocet autem si vel tantillum digiti quatio plus cum hostio parieti erexeris, ut impingas et capite tansso collidaris, ita in anima non est pavenda quantacunque humiliatio; horrenda autem nimiumque pavenda vel minima temere presumpta erectio. Quam ob rem nolite homo comparare maioribus, nolite minoribus, nolite aliquibus, nolite uni. Quid scis, O homo, si unus iste quem forte omnium vilissimum atque miserrimum reputas, sit melior te, mirifice commutandus dextera excelsi, in se vero non iam? Et ideo ipse non mediocrem, non vel penultimum, non ipsum saltem inter novissimos eligere locum nos voluit. Recumbe, inquit, in novissimo loco, ut solus videlicet omnium novissimus sedeas; teque nemini, non dico preponas, sed nec comparare presumas.

XXXVIII

Quid ergo Dei ignorantia parturiat, diximus desperationem fore. Nunc dicendum quomodo. Puta aliquem reversum in se et displicentem sibi in omnibus malis que fecit, si ignorat quam bonus sit Deus, quam suavis et mitis, et quam multus ad ignoscendum, nonne sua carnalis cogitatio arguet eum et dicet: Quid facis? Vel istam vis perdere et futuram? Peccata tua maxima sunt et nimium multa; nequaquam pro tot et tantis, nec si te excories, sufficies satisfacere. Complexio tenera, vita tota delicata, consuetudinem difficile vinces. Per hec et talibus desperatus resilit miser, ignorans quam facile omnipotens bonitas que neminem vult perire cuncta ista dissolveret. Sequitur impenitentia, quod est delictum maximum et blasphemia irremissibilis. Ergo autem dico omnes ignorare Deum qui nolunt converti ad eum. Nec enim ob aliud procul dubio renuunt, nisi quia gravem et severum imaginantur eum qui pius est, durum et implacabilem qui misericors est, ferum et terribilem qui amabilis est; et mentitur iniquitas sibi, fingens sibi idolum pro eo quod non est ipse. Quid timetis, modice fidei? Ne peccata nolit remittere? Sed affixit ea cruci cum suis manibus. Ne teneri et delicati estis? Sed ipse novit

figmentum nostrum. Nos male assueti et ligati peccandi consuetudine, si dominus solvit compeditos, forte nec tunc a tam inveterata amaritudine et multitudine divinus cunctetur manum porrigere adiutorii. Sed ubi humanae delictum superhumanae gratiae convenit. Inde de vestitu vestro solliciti estis et cibo ceterisque corpori usui necessariis, et propterea cunctamini velut inquieti. Sed scit pater vester quia his omnibus indigetis. Quod vos vultis amplius? Quod iam impedit a salute? Sed hoc est quod dico, deum ignoratis. Sed nec creditis auditui nostro. Vellem vos vestris expertis credere: nisi credideritis non intelligetis. Pulcra autem pulcram non omnino dicit, sed pulcram inter mulieres eam dicit, videlicet cum distinctione, quatinus et eo amplius reprimatur et sciat quid desit sibi. Ergo non puto mulierum nomine hoc loco appellatas animas carnales ac seculares, nichil in se virile habentes, nichil forte atque constans in suis actibus demonstrantes, sed totum remissum, totum femineum et molle quod vivunt et quod agunt. Spiritalem autem animam, et si iam pulcra, quia non secundum carnem ambulat sed secundum spiritum, ex eo tamen quod adhuc in corpore vivit, necdum per totum ad hanc pulcritudinis perfectionem pervenisse; proinde non pulcram omnimodo, sed pulcram inter mulieres, id est inter animas terrenas, et que non sunt sicut ipsa spiritales; nam non inter angelicas beatitudines, non inter virtutes, potestates, dominationes, sicut patriarche aliqui olim inventi, et deus est inclitus in generatione sua, id est pro omnibus temporis sui generationibus. Vestrum ergo inde quamdiu inter eos estis que in celis sunt curiosius investigare, ne forte scrutator maiestatis opprimatur a gloria.

XXXIX.

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilavi te amica mea. Ante omnia in verbis talibus libenter accepimus esse expressum in patribus precessisse, et nunc cantica salutis posteris esse. In exitu israel de egipto geminoque illo admirabili maris obsequio, et exitium scilicet quod datum est victoribus de hostibus, baptismi gratia eandem exprimens sacramentalis. Hostes et crimina sui ingenii sponse presumptio dura et austera increpatione repressa est, ne forsitan remaneret bona illi aliqua que iam acceperat presumptionis. Sed et pulcra deinceps provocatur, appellatur amica. Non ergo fecisti, amica mea, minime te accipe modo quod postulas; quod cauta est a me iam accepisti, et maiora hoc accipies si in preceptis meis ambulaveris et in amore meo perseveraveris. Sed proinde consequentia nunc iam videamus qualia sint que se donasse memorat. Et primum quid est quod eam assimilavit equitatui suo in curribus pharaonis, liberando videlicet a iugo peccati, mortificatis vitiis operibus carnis quas ille pro his liberatus est a servitute egipti, subvertens et his militibus cinctis curribus pharaonis. Id quidem misericordie maxima. Non sum igitur ingratus, nec sum oblitus: misericordias domini in eternum cantabo. Primum sponsa immunditie lavatur, secundo dignanter adamatur, tertio benigne abluitur et purgatur, postremo optimi cenaculi accipit promissionem. Non ambigo quod datum iam usum in laude ipsius tragriosus que dixi, per hoc experimento communicabat intelligentiam preciosare. Sed dignum duco eadem modice latius explananda. Benignum est enim hoc sapere, et placet illi doctor benignus et diligens qui ita cupiat latissime studiosis ut morem gerere tardioribus non recuset. Non enim quos excecatus silentio dicta sunt de ipsis. Que enim societas luci ad tenebras, aut que pars fideli cum infideli? Sed nec solum concordem quod animam et equitatum domini plane comparo est, et inter pharaonem et diabolum amborumque exercitus. Nam mirabilis animam equitatus multitudinem simulacram. Nam adversus conflictus in ipsa, denique tamen sancta anima sit, virtutum acies vallant: concordia in affectionibus, ordinatio contra in moribus, disciplina contra in orationibus armatura, contra in actionibus robur, contra in zelo terror, contra denique ipsi cum hoste conflictum assiduitas, insolitas triumphorum. Audio et non placet nobis huiuscemodi animam numquam esse sine angelorum custodia, qui emulantur dei emulatione solliciti sunt uni viro servare virginem castam exhibere Christo. Et ne dixeris in corde tuo: non sunt qui eos videant. Videt eos propheta heliseus et facit orando ut videat et gyezi. Sed angelicis fulta militiis et suo nostro stipata agmine sponsa incedens similis est equitatui domini, illi utique qui quondam in curribus pharaonis tam stupendo divini adiutorii miraculo triumphavit. Ibi populus educitur de egipto, hic homo de seculo; ibi perimitur pharao, hic diabolus; ibi subvertuntur currus pharaonis, hic carnalia et secularia desideria que militant adversus animam subruuntur; illi in fluctibus, ista in fletibus; marinis illi, amaris isti. Puto et nunc clamare demonia, si forte contingat incidere in talem animam: fugiamus israelem, quia dominus pugnat pro eo. Vis nosse aliquos de principibus pharaonis, quibus est delegandum nobis, et de curribus describam, quorum ad instar tu quoque alios sequi sunt pro te ipsum valeas invenire. Magnus quidam princeps spiritalis atque invisibilis regis egipti perfecto malitia est, magnus luxuria, magnus avaritia. Et hii quidem possident terminos suos sub rege illo, sicut sibi quique assignati sunt. Nam malitia in regione maleficiorum atque facinorum dominatur, luxuria omni immunditie et turpitudinum carnis preest, avaritia in rapine et fraudis contenta est preoccupatione. Hec namque malitia currum suum rotis quatuor consistentem, sevitia, impacientia, impudentia, audacia. Valde enim velox est currus iste ad effundendum sanguinem, qui nec innocentia sistitur, nec pietate retardatur, nec timore frenatur, nec inhibetur pudore. Trahitur autem duobus ad modum pernicibus equis et ad omnem perniciem paratissimis, terrena potentia et pompa seculari. Nimirum quadriga ista malicie currit valde velociter, cum hinc quidem potentie effectus subest eius adimplendis malitiosis conatibus, inde plausus pompe arridet perpetratis sceleribus, ut sermo impleatur qui scriptus est: quoniam laudatur peccator. Porro presidet duobus huius equis aurige duo, timor et livor: et timor quidem pompam, livor vero potentiam agit. Sed non rapido fertur diabolicus amore pompatico cui apud se cor prius intumuit. Nam qui se extollit stat timore oppressum gravitatem, modestiam, humilitatem, soliditatem, puritate laudum. Aura humane vanitatis nescio leviter rapitur. Item terrene inmunitum potentie ne in invidia agitur et ei quibusdam livoris urgetur hinc inde calcaribus, suspicione videlicet decedendi et metu succumbendi. Aliud est enim quod suspectus est successor, et aliud quod timetur maior. Hinc itaque stimulis terrena potentia continue agitatur. Luxurie vero currus quadriga vectus omnibus volvitur vitiorum: ingluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie vestium, otii soporisque resolutione. Trahitur equis eque duobus, prosperitate vite et rerum habundantia. Sed qui huic presidet duo, ignavie torpor et infida securitas; quia et copia ignavia solvit, et secundum scripturam prosperitas stultorum perdet illos, non tamen ob aliud nisi quia male securos reddit. Cum autem dixerint pax et securitas, tunc repentinus superveniet eis interitus. Hii calcaria minime habent neque flagella vel aliquid huiuscemodi, sed pro his utuntur conopeo ad faciendam umbram et flabello ad excitandum ventum. Porro conopeum dissimulatio est, umbram faciens et protegens ab estu curarum. Precium namque est mollis et delicate anime dissimulare curas, et ne estivantes sollicitudines estuare valeant, sub latibulo dissimulationis abscondi. Flabellum vero effusio est, ventum adulationis apportans.

largi sunt enim luxuriosi emittentes auro ventum de ore adulatorum. Iam vero avaritia rotis utique vehitur quatuor vitiorum que sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemptus dei, mortis oblivio. Porro iumenta trahentia tenacitas et rapacitas. Et hiis unus auriga ambobus preside(t) habendi ardor. Sola siquidem avaritia cum conducere plures non patitur, immo contempta servitore ipse vero minister operis per omnia ad modum atque infatigabilis executor urgendis tantum intentus trahentibus flagris utitur acerrimis libidine adquirendi et metu amittendi. Sunt et alii principes regis egipti hostes et ipsi currus suos in expeditione domini sui sicut superbia que unus de maioribus est et principibus, sicut inimica fidei impietas. Magnum et ipsa tenent locum in domo et regno pharaonis et multi. Adhuc sunt alii inferioris ordinis satrape et equites quorum non est numerus in pharaonis exercitu, quorum et nomina et officia necnon et arma et apparatus currum studiosis vel excogitandum inquirenda relinquo. In istorum itaque principum fortitudine curribusque suorum innumerabilis pharao usque dilatum tenus in omnem familiam domini quibus potest viribus more tyrannico debacchatur. In hiis et in hiis diebus exeuntem israel de egypto insequitur. At ille nec subvectus curribus nec protectus armis nichilominus cum sola domini manu confortatus secure decantabat: Cantemus domino gloriose enim honorificatus est equum. Item hii in curribus et hii in equis, nos autem in nomine. Recordare nunc tu moysi et ethiopisse et agnosce iam tunc prefiguratum coniugium ubi et anime peccatricis, et disce si potes quid tibi dulcius sapiat in magnificatione sua vilissimam famulam, ubi nec minimum benigna dignatio an anime inestimabilis gloria an inopinata fiducia presentis.

XL

Pulchre sunt gene tue sicut turturis. Tenera est sponse pudor increpatione sponsi, puto facies facies eius rubore suffusa est pulchrior que ex eo apparens illico audit: Pulchre sunt gene. Cogita ergo faciem mentis intentionem ex qua minimum rectitudo operis sicut ex facie pulcritudo corporis estimatur. Porro verecundiam intelligite tamquam colorem in facie que hanc potissimum virtutis venustatem ingerat et augeat gratiam. Ipso namque capite loquitur an non est fas vel modicum quid omnino ascribere occasionum aut secus deum cum agitur. Est itaque sine dubio causa quecumque illa sit contemplati genas geminas quam singulariter faciem dicere. Et si tu melius non inspicis ego quid mihi videtur aperio. Duo quedam in intentione querimus faciem anime quod diximus necessarie, rem et causam, id est quid intendas et propter quid. Et ex hiis sane duabus anime vel decor vel deformitas iudicatur. Et ubi causa anima que ambo ista recta atque pudica habuerit, illi nimirum veraciterque dicatur: Pulchre sunt gene tue. Intende non in deum sed in seculum: secularis anime est utraque pars genarum speciosam habentis. Intende autem quod in deum sed non propter deum: hypocrite est anime plane cuius et si una faciet decora videtur quod ad deum qualicumque intentione respiciat, ipsa tamen simulatione omne in ea decorem exterminat et magis spiritum ingerit feditatem. Si autem vel solum vel maxime obtinet presentis vite ad deum converterit intentionem, ni quod forte propter aliquam pusillanimitatis timorem dicimus sub obscuritatem et timoris acceptam. Porro etsi intende in aliud quam in deum, tamen propter deum. Non otium Marie sed Marthe negotium est. Absit autem ut que huiusmodi est, quamquam illam dixerim hanc deformem, nec tamen ad perfectum affirmaverim pervenisse decoris, quippe que adhuc sollicita est et turbatur erga plurima et non potest circa actuum vel tenui pulvere non respergi. Quem tamen cito facileque detergeat vel in hora sancte dormitionis.

casta intentio et bone conscientie interrogatio in deum, sed solum inquirere deum propter ipsum solum, hoc plane est utramque geminate intentionis faciem hic pulcherrimam atque id proprium ac speciale sponse cum merito singulari prerogativa audire quam ad: Pulchre sunt gene tue sicut turturis. Pudica avicula est et consolatio eius non cum multis sed solo degere contenta comparem ita ut si illum amiserit alium non requirat sed sola deinceps conversetur. Tu ergo stude ambas speciosas habere genas tue intentionis ut imiteris castissime volucris sedeas solitarius sicut turtur, nichil tibi et turbis, nichil cum multitudine ceterorum. Tu ergo sancta anima sola esto ut soli omnium serves te ipsam quem ex omnibus tibi elegisti. Fuge publicum, fuge et ipsos domesticos. Secede ab amicis et intimis et etiam ab illo qui tibi ministrat. An nescis te verecundum habere sponsum et qui nequaquam suam velit indulgere presentiam presentibus ceteris? Secede ergo sed mente non corpore, sed intentione, sed devotione, sed spiritu. Spiritus enim ante faciem tuam Christus dominus, et spiritus requirit non corporis solitudinem, quamquam et corpore commode non otiose te separas cum oportune potes, presertim in tempore orationis. Tenes et in hoc et mandatum sponsi et formam. Tu inquit cum oraveris intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora. Et quod dixit fecit. Solus in oratione pernoctabat, non modo se abscondens a turbis, sed ne illum quidem discipulorum vel domesticorum admittens. Solus esto sed non omnino cogitationis. Si non affectes presentia, si despicias quod multi suspiciunt, si fastidias quod omnes desiderant, si iurgia devites, si dampna non sentias, si non recordaris iniuriarum, solus es. Sin quociatique hominum illecebris frequentia tu cave ne verecundiam habeas aut curiosus explorator aut temerarius iudex. Sed si pravum actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem si opus non potes. Puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem recusat certitudo rei, suade nichilominus tibi ipse et dicito apud temetipsum: Vehemens fuit nimis temptatio. Quid de me illa fecisset si accepisset in me similiter potestatem? Sed memento me modo alloqui sponsam, et non amicum sponsi instruere cui alia ratio est diligentius observandi ne quid peccet, et explorandi an peccet et emendandi si peccatum fuerit.

XLI

Collum tuum sicut monilia. Solet ornari collum monilibus, non ipsum appellari. Sed hic ille est quibus qui de proprio non indiget decore. Aliunde necesse est ut mendicet unde se speciosas mentiantur. Nam sponse collum tam in se ipso formosum et tam decentem cui natura formatum est ut extrinsecus non requirat ornatum. Nichil intimis simplicius probabilius ne eliceret quam ipsum anime intellectum colli nomine designari. An non sicut tibi videtur colli quodammodo vice fungi intellectus per quem tua anima trahit in se spiritualia alimenta atque in quedam intestina vitalium affectuum. Hic ergo sponse collum id est purus et simplex intellectus cum nuda et apta veritate satis per se ipsum incedit, non indiget ornamento sed ipsum magis tamquam preciosum monile animam decenter exornat ac perinde simile monilibus ipsis describitur. Bonum monile veritas, bonum puritas, bonum simplicitas. Bonum plane monile sapere ad sobrietatem. Philosophorum vel hereticorum intellectus non hunc in se puritatis veritatisque decorem non inveniet, quantum gerunt ipsi colorare et fucare falsis verborum et versutis sillogismorum ne sciendus appareat turpitudo. Sequitur: Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Si faciam singulariter et non pluraliter faciemus dixisset, absolute et indubitanter hoc loqui sponsum pronuntiarem. Nunc autem unde ne forte magis sodalibus eius congruentius assignemus sponsam cum

consolantes tali promissione quod donec perveniat ad visionem cuius desiderio sic flagrat, futuri sunt illi murenulas pulcras et preciosas, que sunt aurium ornamenta. Atque hoc ideo, ut opinor, quia fides ex auditu. Et quamdiu per fidem ambulamus et non per speciem, danda opera potius struendo auditui quam visui exercendo. Frustra namque intenditur oculus qui non est fide mundatus, cum solis mundo sint corde videndi copia promittatur. Quia ergo fides ex auditu, et ex illa visus purgatur, merito illi ornandis auribus intendebant, quod auditus, sicut iam docuit, visus sit preparatio. Videre desideras? Audi prius. Gradus est auditus ad visum. Proinde audi et inclina aurem tuam ornamentis que tibi facimus, ut per auditus obedientiam pervenias ad gloriam visionis. Advertendum cuiusmodi murenulas ei offerunt: aureas, inquit, et vermiculatas argento. Aurum divinitatis est fulgor, aurum sapientia que desursum est. Hoc auro fingentia quedam quasi veritatis signacula sponsi promittunt se figuratos, hi quibus id ministerii est, superni aurifices, atque interius anime auribus inserturos. Quod ego non puto esse aliud quam texere quasdam spirituales similitudines, et in ipsis purissima divine sapientie sensa anime contemplantis conspectibus importare, ut videat saltem per speculum et in enigmate quod nondum facie ad faciem valet nullatenus intueri. Cum autem divinius aliquid raptim et veluti in velocitate corusci luminis interluxerit menti spiritu excedenti, sive ad temperamentum nimii splendoris, sive ad doctrine communionem, nescio unde assunt per imaginatorie quedam rerum inferiorum similitudines infusis divinitus sensibus convenienter accommodate, quibus quodammodo adumbratus purissimus ille ac splendidissimus veritatis radius et ipsi anime tolerabilior fiat, et quibus communicare illum voluerit capabilior. Existimo tamen ipsas formari in nobis sanctorum suggestionibus angelorum, sicut e contrario contrarias et malas ingeri immissiones per angelos malos non dubium est. Quod signasse videtur ex parte illa increpatio dicens: Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti. Unum est cum distinctione argenti et vermiculatas argento. In eo tamen significare videtur non tantum similitudines per angelos suggeri, sed et intorto quoque eloquium per ipsos extrinsecus ministrari, quo congrue atque decenter ornate fiat, et facilius ab auditoribus capiantur et delectabilius. Vide autem quomodo illa aliud cupit et aliud accepit. Et intenti ad contemplationis quietem labor predicationis imponitur, et sitienti sponsi presentiam filiorum sponsi pariendorum alendorumque sollicitudo iniungitur. An non et ista quondam in sancto patriarcha Iacob prefigurabatur, cum frustratus optatis diuque expectatis Rachel amplexibus pro sterili et decora fecundam et lippam invitus atque ignarus accepit? Ita ergo nunc sponsa, scire cupiens et inquirens ubi in meridianis horis dilectus pascat et cubet, murenulas pro eo reportat aureas vermiculatas argento, id est sapientiam cum eloquentia, haud dubium quin ad predicationis opus. Docemur ex hoc sane intermittenda plerumque dulcia oscula propter lactentia ubera, nec quemquam sibi, sed illi omnes qui mortuus est pro omnibus esse vivendum. Ve nobis qui bene de deo et sentire et eloqui accepimus, si questum estimemus pietatem, si convertant ad inanem gloriam que ad lucra dei accepimus eroganda, si alta sapientes humilibus non consentiamus. Tu vero audi quid sponsa accepta tunc quidem increpatione, inde vero promissione respondeat. Sequitur enim, ut de promissis extollitur, ut repulsa irascatur. Sed ista si placet discussio in aliud sermonis principium differatur.

XLII.

Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Hoc propterea quod dedit, non increpata est a sponso, non tamen a sponso, sed eius sodalibus. Felix cui sua obiurgatio sic respondet quemadmodum servivit formam presentis loci. Utinam magis neminem obiurgare necesse sit. Hoc nempe melius. Sed quoniam in multis offendimus omnes, nunc tacere non, tacere non licet cui ex officio incumbit peccantes arguere. Magis autem urget caritas. Quod si arguero, et fecero quod meum est, illa autem perdiderit increpatio minime quod suum est faciat, nonne augeor? Nonne torqueor? Prorsus coactor est e duobus, et quid eligam nescio. Placere non utique quod locutus sum, cum quod debui feci, an penitentiam agere super verbo meo, quod volui non recepi? Volui nimirum perimere hostem et eripere fratrem, et non feci sic: magis autem contrarium accidit. Nam lesi animam et culpam auxi. Si quid accessit, et contemptus. Non sum propheta, non sum apostolus, et prophete tamen et apostoli audeo dicere vice fungor, et quibus non equor meritis implicor curis. Et si ad meam multam confusionem et si ad grande periculum meum, super cathedram Moysi sedeo, cuius non tamen vendico mihi vitam nec experior gratiam. Quid tamen? Non ideo cathedre non defertur, quoniam occupata est ab indigno. Scribe et Pharisei in ea sedeant, inquit, que dicunt facite. Plerumque et impatientia contemptui iungitur, ita ut aliquis non solum non curet corrigi obiurgatus, sed magis obiurganti indignetur, instar frenetici manum medici repellentis. Mira perversitas: medicanti irascitur, qui non irascitur sagittanti. Est enim qui sagittat in obscuro rectos corde, qui et te ipsum immo sagittavit ad mortem, et in illum non commoveris, in me indignaris qui sanum te fieri cupio. Si peccato irasceris, non solum minime peccas, sed et peccata exterminas. Nunc vero et peccatum retines medicamentum respuendo, et peccata apponis irrationabiliter irascendo. Et est supra modum peccans peccatum, ubi quodam cumulus additur et impudentia, ut non modo impatienter ferat quod corripitur, sed etiam unde reprehenditur impudenter defendat. Hoc plane desperationis. Sentis ne quanti periculi quantique horroris et tremoris res sit peccati defensio? Si ergo te zelus deseruit et amor, nec eius amore dignus qui indignus castigatione censeris. Vides quia tunc magis irascitur deus cum non irascitur. Volo irascaris mihi pater misericordiarum, sed illa ira qua corrigis devium, non qua extrudis de via. Illud tua nobis benigna castigatio parit, hoc formidolosa nutrit dissimulatio. Nescio cum consentio te iratum, tunc maxime confido propitium. An non exordiosa hec impudentia pullulabit mox in penitentiam magis desperationis? Quid enim peniteat super bono quod putat? Aliud est quemque temptari a propria concupiscentia abstractum et illectum, et aliud sponte appetere malum tamquam bonum ad mortem, quasi ad vitam male securum properare. Pro huiusmodi dico malle me aliquando tacuisse et dissimulasse quam protervum deprehendi quam ad tantum reprehendisse periculum. Sciens enim homo quantum potuit curam et diligentiam ex toto animo adhibuisse se, scio si demum frustratum se videt et omnes labores suos esse penitus inefficaces, illo inchoante moriente, pre ea [illegible] a fletibus temperavit. Et illa quidem hoc pro morte temporali; quanto magis me pro morte eterna filii mei manet utique ploratus et ululatus multus? Est sane michi in consolatione quo unum aliquando video, et a contentionis regione malis et se et vos liberat, qui correptus mansuete respondet, verecunde adquiescit, modeste obtemperat, humiliter confitetur. Bonus humilitatis odor, qui de hac valle plorationis ascendens, perfusis circumquaque vicinis regionibus, ipsum quoque regium accubitum grata suavitate respergat. Est nardus humilis herba, calide fertur esse nature. Hi qui herbarum vires curiosius exploraverunt, et ideo per hanc

uideo tamen non moueat quemquam hoc loco uirtutem humi-
litatis accipere. sed que sancti amoris uaporibus flagret. Quod
ipse ea sane dico quam est humilitas quam nobis ueritas parit
et non habet calorem. et est humilitas quam caritas format et
inflammat. Atque hec quidem in affectu, illa in cognitione con-
sistit. Secundum tu temetipsum intus ad lumen ueritatis et sine
dissimulatione inspicias. et sine palpatione diiudices. non
dubito quin humilieris et tu in oculis tuis. quam necdum
fortasse id esse patiaris in oculis aliorum. Eris quidem humilis sed de
opere interim ueritatis et minime de amoris infusione. Nam
si ueritatis ipsius que te tibi ueraciter atque salubriter demonstra-
uit sicut splendore illuminatus ita affectu amore fuisses
uoluisses procul dubio quod inte est eandem de te omnes te-
nere sententiam quam ipsam apud te ueritatem tenere agnoscis.
Sane quia in te est dictum quam plerumque non expedit innote-
scere omnibus omnia que nosciamus de nobis atque ipsa ueritatis
caritatis ueritate uetamini palam fieri uelle quod noceat ag-
noscenti. Alioquin si priuato amore tui tectum detines
pretio intra te iudicium ueritatis inclusum, cui dubium est
minus te ueritatem diligere cui preponis proprium uel commodum uel
honorem? Ait discite a me quia mitis sum et humilis corde.
dicto cordis affectu i. uoluntate. Scilicet necessitatem excludo
qui uoluntatem consulis est. omnia expertus est quia uoluit
tamen quam humilis corde. humilis uidelicet illa humilitate quam
corde suasit affectio, nunquam extorsit discussio ueritatis. Si-
tam apud te ipsum humiliatus, et necessaria illa humilitate
quam ueritas sensibus ingerat, adhibe uoluntatem et sic
de necessitate uirtutem quam nulla est uirtus sine conuenientia
uoluntatis. Sic autem fiet istud si nobis alias apparere foris
quam te inuenis intus. Sed tu te depretiaris in lecto apud te ip-
sum ueritatis statera ponderatus et foris alicuius pretii mentiri
eis maiori te pondere uendis nobis quam ab ipsa accepisti.
time deum et noli hoc tecum pessimum facere ut quem hu-
miliat ueritas extollat uoluntas. hoc enim est resistere ueritati
hoc pugnare contra deum. Magis autem acquiesce deo et sic uo-
luntas subdita ueritati nec tamen subdita sed et deuota. Non-
ne deo inquit subiecta erit anima mea. Ac parum est esse sub-
iectum deo. Immo sis et omni humane creature propter deum. siue abba-
ti tanquam precellenti, siue prioribus ab eo constitutis. Ego plus
dico subde paribus subdere et minoribus. Nardus mea dedit
odorem suum. Odor deuotionis est odor bone opinionis que ad om-
nes peruenit ut Christi sit bonus odor in omni loco spectabilis omni-
bus amabilis omnibus. Non potest hoc ille humilis quidem ueritatis
ad humilitatem cogitur, quam sic habet illam ut exire non pati-
tur, ut sparsa foris redoleat. Magis autem non habet odorem
quia non habet deuotionem, utpote qui non sponte sed libenter se
humiliat. Sponse uero humilitas tanquam nardus spargit odorem
suum amore calens deuotione uigens opinione redolens.
Sponse humilitas uoluntaria est, perpetua est, fructifera
est. Odor eius nec reprehensione extinguatur nec laude au-
ditur. Pulcre sunt gene tue sicut turturis et collum
tuum sicut monilia. Acceptat reprehensionem ornatus aureis et
inchoatum tamen cum humilitate respondet. et tanto maiorem
se audit tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in uirtutibus
nec inter laudes suas humilitatis obliuiscitur quam et humi-
liter confitetur sub nardi nomine. Ac si uoce uirginis matris
dicat. Nullius michi meriti conscia sum ad tantam digna-
tionem nisi quia respexit deus humilitatem ancille sue. Nam
quid est aliud nardus mea dedit odorem suum quam pla-
cuit mea humilitas. Non mea inquid sapientia non mea
nobilitas non mea pulcritudo que nulla erat in me sed

que sola mecum humilitas dedit odorem suum i. solitum.
solito placere deo humilitas. Audi quomodo sponsa mox reple-
ta deuotione parata sit ad omnia mala perferenda pro dilecto suo.
Nam sequitur fasciculus mirre. XLIII.

Fasciculus mirre dilectus meus michi inter ubera mea commo-
rabitur. Ante rex modo dilectus. Ante in accubitu regio
modo inter ubera sponse. Magna humilitatis uirtus cui
tanta diuinitatis maiestas tam facile se inclinat. Mirra amara
res duritiam et asperitatem tribulationum significat. Non fallit si fascicu-
lum dilectum dicit quia leue pro amore ipsius ducit quicquid
laboris inminet et doloris. Bene fasciculus quia non sunt con-
digne passiones. Id enim inquid quod in presenti est momentane-
um. Erit quoque nobis ingens cumulus glorie, qui modo est
fasciculus mirre. An non fasciculus cuius iugum suaue et o-
nus leue. non quia leue in se. nec enim leuis passionis asperitas
mortis amaritudo sed leuis tamen amanti. Et non ait inter ubera
et prospera uersans nouit utrobique pericula non deesse medium
huiuscemodi uberum suorum uult habere dilectum cuius ad-
uersus utrinque continua protectione munitam. Nec leta extollant
nec tristia deiciant. Tu quoque si sapis imitabilis sponse pru-
dentiam atque hunc mirre tam carum fasciculum de princi-
pali tui pectoris nec ad horam patieris auferri. amara
illa omnia que pro te pertulit semper in memoria retinens
assidua meditatione reuoluens. Et ego fratres ab ineun-
te mea conuersatione pro aceruo meritorum que michi deesse sciebam
hunc michi fasciculum colligere curaui. Minime prius inter-
dum putaui esse illam mirram qua in cruce potatus est
sed neque illam qua unctus est in sepultura. Quarum in prima
applicuit sibi meorum amaritudinem peccatorum in secunda futuram
incorruptionem mei corporis dedicauit. Hoc me exigente in
aduersis in prosperis temperantia et inter leta tristiaque inter pro-
sperantis uia regia incedentem tutum prebent ubique ducatum.

Botrus cypri dilectus meus michi. Si dilectus XLIIII
in mirra multo magis in botri suauitate. Deus dilectus meus
ipse mirra michi in morte botrus in resurrectione. Se ipsum
michi saluberrimum temperauit in potum. in lacrimis intuen-
tem. Itaque in superiori superasti bibisti amaritudinem. Si autem
iam respirasti in spem uite uita candidior mutata est
mirre amaritudo in uinum quod letificet cor et fortasse
hoc illud significatum quod saluatori oblatum est in cruce
myrratum. et ideo noluit bibere quod istud fiebat. In uine-
is engaddi. Engaddi duplicem habet interpretationem et utri-
que ambe intellectui seruiunt. Dicitur namque fons edi et baptis-
ma gentium lacrimas peccatorum atque apte designat.
Dicitur et oculus temptationis qui et lacrimas effundat
et temptationes que nunquam inesse desinunt uite hominis sug-
gestam perspiciat. Ferunt in engaddi arbusculas balsami
crescere que in modum uinearum ab indigenis excoluntur.
et inde forsitan uineas appellauit. Alioquin quid faceret
botrus in uineis engaddi? Quis unquam botros de uineis in-
uenias exportauit. Solet siquidem uinum ubi deest aliunde ac-
cipi non ubi adest. Sed uineas engaddi dicit plebes ecclesie que
habet balsami liquorem. spiritum mansuetudinis in quo prin-
cipaliter adhuc in Christo teneritudinem blande fouet et dolores per-
fectum consolatur. Necnon habet spiritualis medicus et unum ferun-
tur cum oleo mansuetudinis cum sane queunt non modo
consolari pusillanimes sed et corripere inquietos. Sic enim uidet
illum qui inhiatus est i. qui peccauit blandis et leuibus
hortamentis que in eum prorogatur sunt minime emendari
magis autem forte et ab ineunte sua in mansuetudine et pa-
tientia neglegentiorem fieri in peccato suo et sicut odor

mitte sequestrato ita suavitatis oleo monitor oportebit sane mordacibus uti medicaminibus, et vinum aspersionibus infundere. Divinis videlicet cum eo increpationibus atque invectionibus agere. Si causa requirit et duricia tanta est, et censure ecclesiastice bacillo percelle contemptorem. Sed unde illi hoc vinum? Nempe in vineis Engaddi vinum invenit et oleum. Dicitur quod in Cypro. Nam illa insula ferax est vini, et vini optimi, tollens quoque inde sibi ingentem botrum quem olim exploratores de Israel in vecte ferebant, chorum propheticum precedentem et subsequentem apostolicum, medium autem ipsum pulcro scemate figurantes. Hunc quoque botrum accipiens sibi dicat: Botrus Cypri dilectus meus michi. Vidimus botrum, videamus qualiter vinum exprimatur ex eo. Inest quoque nature si peccato non obsolescat istiusmodi gratie et egregie quedam suavitatis liquor, ut molliorem magis ad compatiendum peccantibus quam ad indignandum asperiorem sese sentiat. Non bona adolescentia in qua filius minor portionem sibi paterne substantie postulat sequestrari, et bonum incipit dividere velle quod in commune dulcius possidetur, et hoc solus participatione non minuitur, portione amittitur. Natura ad indignandum quam ad compatiendum paratior. Inde homo tanquam odio exsecutus hominem in quo nullo sibi cum opus habet ab hominibus subveniri, non vult ipse hominibus opus habentibus subvenire. Verumptamen quod non potest natura potest gratia. Certum si amas dominum Ihesum toto corde, tota anima, tota virtute tua, nunquid sustinere eius iniurias contemptusque ferre illatas equo animo poteris? Minime. Sed mox arreptus spiritu iudicii et spiritu ardoris et zeli, quam potius capitulatus, animo repletus zelo Phinees dices cum David: Tabescere me fecit zelus meus, et cum domino: Zelus domus tue comedit me. Vinum est quoque et fervidissimus zelus iste expressum de botro Cypri, et illo inebrians Christi amor. Hinc itaque ex botro oleum mansuetudinis et ex divino amore vinum emulationis. Securus accede ad sananda vulnera illius qui incidit in latrones, piissimi Samaritani operis imitator. Secure quoque dicito et cum sponsa: Botrus Cypri dilectus meus michi in vineis Engaddi. Hoc est iusticie zelus, amor dilecti mei inditus michi in affectibus pietatis. Et de hoc satis. Nam et michi infirmitas mea pausandum indicat. Sed quid? Ego in flagella paratus sum. Scio enim me adhuc longe a terra vivere. Vapulo sane ut male operans, sed forte in meritis reputentur. Fortassis miserebitur flagellato qui bonum in me invenit quod remuneret.

XLV.

Ecce tu pulcra es amica mea. Serenum presumptionem correptio, correptionem emendatio, emendationem remuneratio secuta est. Adest dilectus, amonitus magis, rex diligens dignitatis reverentia posita, cedit quippe sublimitas ubi invalescit affectus. Et sicut quondam quasi amicus ad amicum Moyses loquebatur et dominus respondebat, ita et nunc inter verbum et animam ac si inter duos vicinos familiariter ad modum celebratur cum sabbato. Si illam amicam nuncupat, pulcram pronunciat pulcram iterato, eadem ab illa vicissim recipiens. Nec otiosa iteratio, que amoris confirmatio est. Decor autem humilitatis est. Non a me ipso hoc dico, cum propheta prior dixerit: Asperges me ysopo et mundabor. Humili herba et pectori purgativa humilitatem significans. Hac se post gravem lapsum rex et propheta lavari confidit, et sic nivei in quedam innocentie recuperare candorem. Verum in eo qui graviter peccavit et si amanda non tamen admiranda humilitas. At si quis innocentiam retinet et insuper humilitatem iungit, non ne tibi videtur geminum anime possidere decorem? Sancta Maria sanctimoniam non amisit et humilitatem non amisit. Sed et nos accipimus ipse decorem suum quod humilitatem innocentie sociavit. Sed qui custodiunt vestimenta sua munda, videlicet simplicitatis et innocentie, si tamen et decorem induere humilitatis adiciat, profecto audiet quod huiusmodi inveniatur: Ecce tu pulcra es amica mea, ecce tu pulcra. Utinam vel semel dicas anime mee, domine Ihesu: ecce tu pulcra, et utinam tu humilitatem custodias. Nam primam vestem ego male servavi. Servus tuus sum ego. Non enim audeo profiteri amicum, qui testimonium decoris mei cum repetitione non audio. Ecce inquit tu pulcra, ecce tu pulcra. Ecce admirationis vox est. Reliquum laudis sunto ad mirandam cui sanctitas ad nullam humilitatem non abstulit sed servata adiunxit. Quanto pulcra repetitur cum neutra desit pulcritudo. Rara avis in terris aut sanctitatem non perdere aut humilitatem sanctimonia non excludi. Et ideo beata que utrumque retinuit. Denique probatum est michi sibi conscia est et correptionem non ambiunt. Nos et cum magna delinquimus vix ferimus quod reprehendi. Hanc autem equo animo audio contra sanctitatis tue mee peccatis. Nam si delectat videre claritatem quod si quid mali est magis et laudis est et tamen increpata penitentiam egit et dixit: Statuitis mutare dilectus meus in mensa ubi mea commorabitur. Hoc est sufficit in. Non solo scire nisi Ihesum et hunc crucifixum. Magna humilitas ad tu innocens suscipit penitentis affectum, et que non habuit unde peniteat, hoc tamen ut peniteat. Cur quoque inquis increpata et si michi mali fecit? Si enim audi nunc dispensationem et prudentiam sponsi. Sicut Abrahe olim obediencia sane temptata est, ita et nunc humilitas sponse et cum ille impleta obediencia tunc audivit: Nunc agnovi quod timeas dominum, et nunc modo est sub alius verbis: Nunc agnovi quod humilis sis. Hoc enim est quod ait: Ecce tu pulcra es, et ideo promissum iterat ut gemine sanctitatis additum signet humilitatis decorem. Nunc agnovi quod pulcra sis non solum ex meo amore sed et ex tua humilitate. Sed addit: Oculi tui columbarum. Apte additur commendatur humilitas simplicitas. Simplicissime volucres columbe simplicioribus indicant. Ita animabus petre mensis numeris innotescant et videntur ea que sunt de me divinitatis incarnatio et passio. Oculos inveniens columbinos. Quo enim cui spectaculis huius hoc est agnitum? Qualis magis quam simplex in ea intuitus columbe nomine commendatur. Et si placeat optet versus capitulum prout ad id quod paulo ante sodales innuerunt ei facere aureas, prudentius non intendentes ut tuno docti orare aures corporis sed informare auditum cordis. Potius itaque fieri ut fides que est ex auditu corde amplius mundato ad videndum quod ante non poterat instructionem redderetur. Non puto breve, non puto mediocrem hunc neque communem esse omnibus visionem. Et si sic interior illa que videndus est in futuro sequitur. Ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher. Attende namque non simpliciter dilecte sed dilecte mi inquit, ut proprium designaret. Magna visio profectus de qua ista in se fiducie et auctoritatis excrevit ut omnium dominum, dominum non dicat, sed dilectum. Vidit enim sane quod super solium excelsum et elevatum taliter quoque faciem ad faciem sibi apparuisse testatus sit. Tamen videtur eminentia in hac parte esse apud sponsam quod ibi legitur, utilius dominus, hic dilectus. Sic enim habes: Vidi dominum sedentem, et item: Vidi dominum facie ad faciem. Sed si illic facta revelatio cum timore, quia ubi dominus ibi timor. Ego profecto si optio daretur tanto libentius tuncque carius sponse amplecterer visionem, quanto in meliori affectione que est amor factam advertero. Nam timor penam habet, perfecta autem caritas foras

nuntio timorem. Multum sane interest apparere speciosum forma pre filiis hominum. hoc est verbum. hoc quoque anima et hanc linguas suas quibus se alterutrum alloquuntur presentes videret. et ibi quidem lingua favor indignationis anime vero devotionis fuit. Elinguis est anima atque infans que hanc non habet et non potest illi inlaterius sermocinatio esse cum verbo. Sed huiusmodi linguam suam cum verbis movet volens ad animam loqui non potest anima non sentire et rursum cum suam anima movet verbum latere multo minus potest non solum quia ubique est presens sed quia hoc magis quam nisi ipso stimulante devotionis lingua minime ad loquendum movetur. Verbo quidem dicere anime pulcra es et appellare amicam infundere est unde et amet et se presumat amari. Ipsi vero verbum invicem vocare dilectum et fateri pulcrum quod amat et quod amatur sine fictione et fraude ascribere illi et mirari dignatione et stupere ad gratiam si quidem presentiendo illius dilectionis eius et maior dono quam prevenientis. Medullis proinde cordis et intimis nocturnis affectionum tanto amplius atque ardentius clamitat sibi diligentius [illegible] prius sentit diligentem quam dilectum. Itaque locutio illa in utrisque domini et anime cum gratiarum actione admirationis. Non otiosa est enim semel dicere pulcram nisi repetitio et decorum eminentiam decoris illa repetitione designans. Aut certe in utraque christi sublimi dignum expellit omni admiratione decorem in alia nature in alia gratie. Putat in dilecto inveniens sponsam adiecisse aliquid proculdubio de nature decore superioris. quam vero non presumit [illegible] intuitum et effugit experimentum. Sed [illegible] utriusque decorem sibi designavit. Audi deinde quomodo tripudiat ad aspectum affectionemque dilecti et coram ipso nuptialem amoris sunt gratulabunda decantans. Sequitur: Lectulus noster floridus.

XLVI

Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. Sponsum invitat ad requiem hoc est ut melius quiescere cum ipso esse. Sed [illegible] aut extra ad lucra pro salvandis. In ecclesia quidem lectum in quo quiescitur claustra existimo esse et monasteria in quibus quiete a curis vivitur seculi et sollicitudinibus vite. Atque hic lectulus floridus monstratur cum exemplis et institutis patrum tamquam quibusdam bene olentibus respersus floribus. Ferunt gustatum et vita refulget. Porro domos populares conventus intellige christianorum quos hii qui in sublimitate positi sunt christianam utique utriusque ordinis principes quasi tigna parietes sui positis legibus fortiter stringunt ne sua quisque lege vel voluntate viventes tanquam parietes inclinati et maceria depulsa desideant a semet ipsis et sic omnis structura edificii corruens dissipetur. Laquearia vero que a tignis firmiter pendent et domos insigniter ornant puto bene institutioni cleri mansuetos et disciplinatos mores ad ministeria officia designare. Quomodo namque stabunt ordines clericorum administrationes eorum si sibi principum tamquam tignorum beneficio et munificentia sustinentur et proteguntur potentia? Sedentis quidem quam imputribile est necnon et odoriferum atque preciositatis lignum satis indicat quales oporteat assumi in hoc munere tignorum. sed validos et constantes necnon esse eos qui super alios ordinantur nec non et longanimes in spe atque in longum [illegible] qui et bonum fidei sue et conversationis ubique odorem spargentes dicere cum apostolo possint: Christi bonus odor sumus. Cypressus item bonum eque odoris imputribile similiter lignum incorrupte vite et fidei quem vis de clero debere esse demonstrat. Ut merito decori domus ac laquearium ornatu deputetur. Scriptum est enim: Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum. Ubi sane et sermone decus et indeficientis gratie expressa perseverantia est. Oportet ergo eum qui ad ornamentum et decorem assumitur domus domus ornatum moribus esse et eximius ipse [illegible] sit intus. bonum cum testimonium habere et ab his qui foris sunt. Notandum vero pulcre omnem statum ecclesie brevissimis versiculis comprehensum auctoritate scilicet prelatorum, cleri decus, populi disciplinam, monachorum quietem. Quod autem tua et nostra sibi usurpationis est signum dilectionis quam nimie videlicet fiducia caritatis, nichil eius quem valde diligit a se estimet alienum. Nec enim se sponsa contubernio aut quietis eius presumat arcendam glorietur que semper non que sua sunt querere consuevit. Hec est causa cur sibi et sponso simul suum lectulum suas domos ausa sit pronuntiare communes. Denique cum lectulus noster et tigna domorum nostrarum et laquearia nostra audacter se in possessione asseveravit cum [illegible] non dubitet amore. Sed tu qui hac loquentes voces audis vel legis putas ne aliqua horum que dixi valeat applicare tibi? En forsitan appetis et ipse contemplationis quietem et bene facis. tu ne obliviscaris flores quibus lectulum sponso legis aspersum. Sic et tu cum tuum similiter circumdare horum floribus operum virtutum exercitio tanquam flore fructum sancti otii prevenire. Alioquin delicato satis otio dormitare voles si non exercitatus quieti appetas et sic fecunditate neglecta sola cupias rachel amplexibus oblectari. Sed et preposterus ordo est ante meritum exigere premium et ante laborem sumere cibum. A mandatis tuis intellexi, ut scias nisi obedientie mandatorum contemplationis gustum percipere non deberi. Non ergo putes de proprie amore quietis sancte obedientie actibus seniorum ve traditionibus preiudicium inferendum. Alioquin non dormiet tecum sponsus in lectulo uno illo presertim quem tibi pro obedientie floribus cicutis atque urticis inobedientie aspersisti. [illegible] non exaudiet orationes tuas vocatusque non veniet. Nec enim dabit inobedienti copiam sui tantus obedientie amator ut mori quam non obedire maluit. Miror valde inprudentiam aliquorum qui [illegible] nos sunt qui cum omnes nos sua singularitate turbaverint sua impacata inretiantur audent nichilominus ad tam sedulum conscientie lectulum omnium [illegible] instantia totius puritatis dominum invitare. Videsne quomodo concordent sibi et eodem spiritu de pace et tranquillitate animi qua habere debes qui orat loquuntur princeps apostolorum et doctor gentium? Pergo quia tota die expandi ad deum manus meas qui fere tota die molestabat [illegible]. Domum vero talem se ipsum quisque agnoscat qui cum tamen non in carne ambulet sed in spiritu. Curate ergo fratres spiritualem hanc edificationem qui vos estis. Ne forte cum insigniora [illegible] ceptum [illegible] cellet et corruat si nunquam fortibus non fuerit subnixum et colligatum. Curate [illegible] imputribilia et immobilia timorem videlicet domini illum qui permanet in seculum seculi, patientiam de qua scriptum est: patientia pauperum non peribit in finem. Longanimitatem quoque que sub quovis structure pondere inflexibilis perseverans in infinita secula vite beate protenditur. Magis autem super omnia caritatem que nunquam excidit. Studete deinde huiusmodi tignis subsidere et alligare ligna alia eque preciosa et pulcra cum tamen illa ad manum sunt in opus laquearium ad decorem domus sumenda [illegible] talia que [illegible] volumus. Sane apta ornatui quem necesse esse caveri [illegible] istius modi lingua conferat et laboriose quequam vero difficile invenire et periculose elaborari. Nam et tanta ca-

presertim his temporibus, cum tanta pro vicio repetitur gloria
Sane et moneo non multorum ista requiri. Magis autem ex
lignis aliis laquearia spiritualium, que et si minus appareant
splendida, non minus tamen valida esse probantur. Insuper et
facilius possidentur et tucius. Da in ligna hec queso, quibus
tibi semper ornatum exhibeam thalamum conscientie, conscientie dico
vincentis et valentis. Huius contentus ero et cum in eo in
hoc regressu acquiescere voluero, qui et te puto esse contemptum
cedrorum ceterorum, sapientes et minus sapientes dereliquo. XLVII.

Ego sum flos campi et lilium convallium. Ad hoc
respicere puto quod sponsa de respectu lectulum floribus
commendavit. Nec enim sibi flores ascribere illos quibus lectulus
decoratus et venustatus thalamus videbatur, infert sponsus
se esse florem campi, non de thalamo. Sane flores producit
de campo et suo munere et sua participatione floret et renitet
et quod redolet. Salubriter admonemur et ex hoc loco
quia nequaquam gloriari oportet, et si quis gloriatur in Domino glorietur.
Adverte vero in triplicatum quemdam floris statum in
campo, in orto, in thalamo. Sed in campo quidem atque orto
oritur flos, in thalamo autem minime, olet et lucet in eo, non
crescit et stabilis ut in orto vel campo, sed planetatem tamquam
qui illatus sit, non innatus. Propterea et necesse est sane reparare
frequenter et semper recentiores apponere flores, quia diu odorem
suum minime retineat nec decorem. Conscientia est bo
nis referta operibus, videlicet certe ut similitudo servetur, neque
sufficit semel vel secundo operari quod bonum est, nisi incessan
ter addas nova prioribus. Alioquin iacet et marcet flos bo
ni operis atque in brevi omnis ex eo et nitor exterminatur et
vigor, si non ante supervenit pietatis actibus continue repetentur.
Hoc in thalamo. In orto autem non ita, sed neque in campo similiter,
sed semel productis floribus assidue subministratur un
de diu in ipsis decus vigentium perseveret. Differunt tamen et
ipsi inter se, quod ortus quidem ut floreat hominum manu
excolitur et arte, campus non ex semetipso naturaliter pro
ducit et absque omni humane diligentie adiutorio. Putas
ne iam tibi videris advertere quis nam ille sit campus
nec sulcatus vomere, nec deffossus sarculo, nec fimo in
pinguatus, nec manu hominis seminatus, honestatus tamen
nichilominus nobili illo flore super quem constat requievisse
spiritum Domini. Ecce inquit odor filii mei sicut odor agri ple
ni. Non se florem talium debuit prestari, qui flos est
perpetuo vigens, sed neque item orti, ne humano videretur
ope generatus. Pulcre autem et convenientissime flos campi
sum, qui et absque humana industria prodiit et semel pro
ductus nulla est deinceps corruptione corruptus. Accipe et
aliam huius rei rationem iuxta prefatam de floris statu parti
tionem. Flos est virginitas, flos martirium, flos actio bona.
In orto virginitas, in campo martirium, bonum opus in
thalamo. Et bene in orto virginitas, cui familiaris ve
recundia est, fugitans publica, latebris gaudens, patiens
discipline. Denique in orto flos clauditur, qui in campo ex
ponitur, spargitur in thalamo et hec. Ortus conclusus,
fons signatus, quod utique claustrum pudoris significat,
ut virginitatis inviolate custodiam sanctitatis, si tamen talis
fuerit, que sit sancta corpore et spiritu. Bene item in campo mar
tirium, dum martires ludibrio omnium exponuntur, spectaculum
facti et angelis et hominibus. Bene quoque in thalamo actio bo
na, que conscientiam et quietam facit et tutam. Post bonum
denique opus securius in contemplatione dormitur, et tan
to quis fiducialius sublimia intueri et investigare ag
greditur, quanto sibi conscius est minime se amore proprie

quietis caritatis operibus defuisse. Et hec omnia sunt aliquando
Dominus Iesus: ipse flos orti, virgo virga virgine generatus. Idem
flos campi martir et martirum corona, martirum forma.
Denique foras civitatem eductus est, extra castra passus est,
in ligno levatus est, spectandus omnibus. Ipse item thala
mi flos, speculum et exemplum totius beneficientie. Semper
et illa appetit quietem et ille invitat ad laborem. Illa quidem
monstrante lectulum, ille vocat ad campum, ad exerci
tium provocat. Sed puto quiescendum plurimum fore illi ad
merendum certamen quam se ipsum certantis aut exemplum proponat
aut premium. Ego flos campi. Sane utrumque vel in hoc sermone
intelligi datur, vel quia sit videlicet pugnantis forma vel quia
gloria triumphantis. Utrumque mihi es, Domine Iesu, et speculum pa
tiendi et premium patientis. Utrumque fortiter provocat ac ve
hementer accendit. Tu doces manus meas ad prelium exem
plo virtutis tue, tu caput meum post victoriam coro
nas tue presentia maiestatis. Sive quia pugnantem te specto,
sive quia te expecto non solum coronandum sed et coronan
tem, in utroque mirabiliter tibi me allicis. Utrique funes violentissi
mi sunt ad trahendum. Trahe me post te, libenter te sequor,
libentius fruor. Si sic bonus es, Domine, sequentibus te, qualis futurus
es consequentibus? Ego flos campi. Qui diligit me veniat
in campum, non refugiat mecum et pro me inire mire
certamen, ut possit dicere: Bonum certamen certavi. Sed tamen non
superbi, sed arrogantes, sed humiles potius qui de se presumere
nesciunt martirio idonei sunt. Addit et se lilium
esse convallium, id est humilium, gloriam specialem futurae exul
tationis ipsorum huius eminentia floris designans. Sicut namque
sic, id est decet nos implere omnem iustitiam, consummatorum perfec
to iustitie in humilitatis perfectione consistens. Iustus
quidem humilis, iustus quamvis est. Et si humiles inventi fueri
mus, germinabimus et nos sicut lilium et florebimus in eternum
ante Dominum. Iam vero quid de sua convalle exultans castissima pro
testetur. Bonum est audire, sed bona non patitur. Et rege tamen
namque vita veheris operis dicere componere vos. Verbum quid nobis lau
dis sollempnia que Deo cotidie moratorio persolvitur. Propter
ideo benedicite voluit appellare ut ex hoc clarius appareret quod
vos operi illi velle esse intentos. Unde vos moneo dilectis
simi pure semper ac strenue divinis interesse laudibus.
Strenue quidem ut sicut reverenter ita et alacriter Domino assis
tatis. Non pigri non sompnolenti non oscitantes non
parcentes vocibus, non precidentes verba dimidia, non integra
transilientes, non fractis et remissis vocibus muliebre quid
dam balba de nare sonantes, sed virili ut dignum est et sonitu
et affectu voces sancti spiritus depromentes. Pure vero ut nil ali
ud dum psallitis cogitetis. Non solas dico vitandas co
gitationes vanas et ociosas, vitande sunt et ille illa dumtaxat
hora et illo loco quas officiales fratres pro communi ne
cessitate quasi necesse sepe cogitare admittere compellunt. Sed ne illas qui
dem profecto recipere timeo consilium quas forte paulo ante
in claustro sedentes in codicibus legeratis, qualia et nunc
me viva voce disserente ex hoc auditorio spiritus sancti recen
tia reportatis. Salubria sunt, sed minime salubriter illa
inter psallendum revolutis. Spiritus enim sanctus illa hora gratum
non recipit, sed aliud quam debes neglecto eo quod debes obtu

Sicut lilium inter spinas. Iterum. XLVIII.

Sic amica mea inter filias. Non bone filie que pungunt.
Nec enim vel levissimam spine sustinet illatenus por
tionem floris teneritudo, sed mox ut modice premitur perforatur.
Consulens sum ait in erumpna mea dum configitur
spina. Bene confessus qui consulens ex inde est. Bene pu

gis si pungeris. Multi consentiunt penam contingunt culpam. Spina culpa est. spina pena. pena est spina sollicitudinis. Spina vitiorum est mundus. plenus est spinis. in terra sunt in aere sunt in carne tua sunt. Versari in hiis et non ledi. divine potentie est non virtutis tue. Considera

inter spinas lilia agit quando inter spinas vigent et vivent. Non mediocris titulus perfecte virtutis inter pravos vivere bonum et inter malignantes innocentie retinere candorem et morum lenitatem. Magis autem hiis qui oderunt pacem pacificum et amicum ipsis te exibe inimicis. Sequitur. Sicut

Sicut malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios malus inter ligna silvarum sic dilectus meus inter filios. Reddit sponsa sponsi vicem commendanti se sponso a quo laudari est laudabilem fieri. et quem laudare intelligit ad imitari laudabilem. et sicut ex eminenti flore figurata a sponso laus eius est. ita et ex comparatione ex excellenti ligno ipsa illius singularem gratiam eminentiamque demonstrat. Movet tamen me de ligno hoc quod non tante esse excellentie videatur. cum sint aliqua cedrorum et cetera tantis digne assumi in opus similitudinis ut pote que non sufficiat laudis vicem implere. Denique nec sponsa magnum sponsum estimasse videtur que hominem lignis silvarum tantum esse contulit minimum sterilibus neque fructus humano victui aptos ferentibus. Cur ergo obmissis melioribus et nobilioribus lignis huius mediocritatis arboris adducta in medium est ad formandum sponsi preconium. Ita ne ad mensuram laudem recipere debuit qui ad mensuram spiritum non accepit. Hoc data tempore de illa arbore facit similitudo ut videatur ipse superiorem cum pacem istic laudat dicentes ad deos. factor plura laus quam plurimis laus. Non

Sicut malus cum hoc loco predicatur magnus dominus et laudabilis nimis sed parvus dominus et amabilis nimis. parvulus utique qui natus est nobis. Ergo non maiestas attollitur hic sed commendatur humilitas. digneque ac venerabiliter et infirmum et stultum dei hominum fortitudini et sapientie anteferetur. Ipsi sunt namque ligna silvestria et infructuosa cum secundum gratiam omnes declinaverunt simul inutiles. Una inter ligna silvarum dominus Ihesus arbor faciens fructum secundum hominem carne et si platus hominibus sed ab angelis minoratus. Non dominus vero modo et angelis sese fecit etiam subiecit et angelos sibi manens deus subiectos retinuit denique videbis quid angelos ascendentes et descendentes super filium hominis quod in uno eodemque homine Christo Ihesu et infirmitatem foveant et stupeant maiestatem. Dicit ergo sponse sed id dulcius quod se minuit sapit. libentius attollit gratiam preferentis mirum super dignationem libuit prudem

inter ligna silvarum hominem inter homines admirari non inter angelos dominum tamquam inter ligna silvarum malus excellit et non plane inter cetera plantaria. Non puto minui laudes si de consideratione infirmitatis pietatis bonitas exaltetur. Quod enim ipse aliquid a laudibus tempus et item inter aliquid magis a laudat. minui perspicuos gloriam dignitatis ut ipsa dignationis emineat sub typo fructifere arboris silvestriumque lignorum hoc loco efferre voluit hominem dominum super omnem gratiam hominum non autem super excellentiam angelorum. Et bene inter filios qui cum

Sic dilectus meus inter filios esset unicus patris sui inter eos illi et absque invidia filios adquirere studuit quos non confunditur vocare fratres ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Iure autem prominet inter filios adoptionis per gratiam is qui per naturam filius est.

malus Merito sicut in alius qui instar fructifere arboris et umbram refrigerii habet et fert fructum optimum. Aunon vere fructiferum lignum cuius flores fructus honoris et honestatis. Denique lignum vite est apprehendentibus eum. Non comparantur huic omnia ligna silvarum. etsi sint arbores pulchre et magne que opem videantur ferre orando ministrando docendo exemplis invitando. Solus tamen dei sapientia Christus lignum est vite. solus panis vivus qui descendit de celo et dat vitam mundo. Sed audi. Sub umbra eius quem desideraveram sedi. et fructus eius dulcis gutturi meo. Merito eius desideraverat umbram de quo et refrigerium esset et refectionem perceptura. Nam cetera quidem silvarum ligna etsi solacii umbram habent non tamen vite refectionem non fructus perpetuos salutis. Preterea quod Christi potissimum desideravit umbram quia solus sit cum non solum ab estu refrigerat vitiorum sed et replet delectatione virtutum. Sub umbra eius quem desideraveram sedi. Umbra eius caro est. Umbra eius fides. Marie obumbravit propria filii caro. mihi domini fides. Mihi quoque quomodo non obumbrat caro qui in misterio manduco eam. Et propheta. Spiritus oris nostri Christus dominus. umbra eius vivimus inter gentes. In umbra in gentibus in luce cum angelis. In umbra sumus quamdiu per fidem ambulamus et non per speciem. Ac quia iustus ex fide vivit. beatus est qui non in umbra iam sed lumine cum dicebat. Da in intellectum et vivam. ea successurum fidei intellectum intellectui revelandum lumine vite et vitam luminis. Prius est venire ad umbram et ita ad id cuius umbra est pertransire quia nisi credideritis ait non intelligetis. Vides fidem et vitam esse et vite umbram. Sed et mortis est umbra illius. sed que enim ciat mortuum sedimus et nos aliquando in tenebris et umbra mortis carnaliter conversantes et non ex fide viventes mortui iam quidem iustitie a morte non sed a paulo minus absorbendo. Quantum vero umbra vite est corpus est umbra. tamen per certo vita una nobis appropinquavit. Nec enim vero convenio ut quis in umbra eius sit quo vivat. Inter que non plane omnis qui fidem habet ex fide vivit. Sed propheta non contemptus fuit et dixit. In umbra eius vivimus. Sed in umbra eius inquit vivimus. Et tu igitur vide et vivas ex propheta. in umbra eius ut quoque regnes in lumine eius. Nec enim tamen umbram habet hic sed et lucem. Ipse per carnem umbram est fidei. Ipse est lumen intelligentie per spiritum. Sunt vero qui non dum in paradysum ... dum ad secundum celum rapi meruerunt. Christi mecum carne pascantur. umbra veneriant. exempla sectentur. fidem servent et vivunt perfecto in umbra. In umbra eius quem desideraveram sedi. Forsitan felicius aliquid ista expetam se gloriatur. Non eo quod se in umbra dicit non ut propheta vivere. Sedisse sedere enim quiescere est. plus est autem quiescere in umbra quam vivere. sicut vivere plus est quam tantummodo esse in ea. Igitur quod est commune nobis propheta assumit sibi. In umbra eius vivimus inquit. Sponsa vero suis prerogativam est quod singularem sub ea sedit gloriatur. Non enim ut ille pluraliter vivimus ait et hoc sedimus dixit. sed singulariter dixit sedi. ut agnoscas prerogativam. Vbi itaque nos cum labore vivimus qui longe peccatorum sub timore servimus. ibi hec devota et amans suaviter requiescit. Denique timor penam habet et amor suavitatem. Vnde ait. et fructus eius dulcis gutturi meo. Gustum contemplationis eius significavit quem obtinuit per amorem suaviter sublevata. Ad istud umbra quia per speculum et in enigmate. erit cum declinaverint umbre crescente lumine in ... pontius disparuerint et sub intuitu sicut perspicua

sit ita et species illius exitus: non modo suavitatis gustum sed
et satietas ventri sine fastidio veniet. XLIX.

Introduxit me rex in cellam vinariam. Hoc puto vocis
dulce ad modum familiarique colloquio cum dilecto, illo
abeunte, sponsa regreditur ad adolescentulas, aspectu
ita ipsius affectuque refecta atque accensa, quatinus ebria
esse simul appareret. Sed in ipsum quoque non negat ebriam,
si amore non vino: nisi quod amor vinum est. Quando presens est
sponsus, et sponsa ad ipsum sermonem dirigit, tunc sponsum
suis dicit aut dilectus aut quem diligit anima mea, in quit.
Loquens vero de ipso adolescentulis regem nominat. Et quid
hoc? Propterea credo quia sponse amanti atque dilecte conve-
niat uti familiarius quod ad se est amoris nominibus; adolescen-
tulis tamquam disciplina indigentibus opus sit reverendo
premi vocabulo maiestatis. Si ad ecclesiam refertur sermo,
cum repleti spiritu sancto discipuli musto ebrii putarentur a po-
pulo, tunc tamquam amicus sponsi pro sponsa stetit Petrus
in medio eorum: Non enim, inquit, sicut vos estimatis, hii ebrii
sunt. Attende tamen quia non omnimodo ebrios, sed ebrios si-
cut ab illis estimati sunt, denegavit. Erant enim ebrii, sed
spiritu sancto, non musto. Nonne unusquisque illorum exiens me-
briatus ab ubertate domus illius, et torrente voluptatis
tue potatus dicere meretur quilibet eorum: Introduxit me
rex in cellam vinariam? Nec omne donum spirituale pro-
dire dixerim de cella vinaria, cum sint et alie penes spon-
sum celle vel apothece diversa in se recondita habentes do-
na atque carismata secundum divitias glorie eius, de quibus cellis
memini me alibi latius disputasse. Si quis orando ob-
tineat mente excedere in id divini arcani, unde mox
redeat divino amore vehementissime flagrans et estu-
ans divine iustitie zelo, nec non et in cunctis spiritualibus
studiis atque officiis pernimium fervens, cum ex caritatis
superabundantia bonam et salutarem vini letitie ructare cra-
pulam cepit in cellam, non in tanto prohibebis vinariam
introisse. Cum enim duo sint beate contemplationis excessus,
intellectus unus et alter in affectu: unus in lumine, alter in
fervore; unus in agnitione, alter in devotione: pius sane
affectus, et pectus amore calens, et sancte devotionis infusi-
o, et vehemens spiritus repletus zelo, non plane aliunde
quam e cella vinaria reportantur; et cuicumque cum horum
copia surgere ab oratione donatur, potest in veritate lo-
qui: Quia introduxit me rex in cellam vinariam. Sequitur:
Ordinavit in me caritatem. Omnino necessarie. Importabi-
lis siquidem absque scientia est zelus. Ubi ergo vehemens emulatio,
ibi maxime discretio necessaria, que est ordinatio caritatis.
Semper quidem zelus minus absque scientia efficax minusque uti-
lis invenitur, plerumque autem et perniciosus valde sentitur.
Quo ergo zelus fervidior ac vehementior spiritus profusiorque ca-
ritas, eo vigilantiori opus scientia est, que zelum supprimat,
spiritum temperet, ordinet caritatem. Discretio quippe omni vir-
tuti ordinem ponit, ordo modum tribuit, et decorem et
perpetuitatem. Denique ait: Ordinatione tua perseverat di-
es, diem virtutem appellans. Est ergo discretio non tam virtus
quam quedam moderatrix et auriga affectuum et morum doctrix. Tolle
hanc, et virtus vitium erit; ipsaque affectio naturalis in pertur-
bationem magis convertetur exterminiumque nature. Ordinata est
autem hoc, cum in ecclesia quosdam quidem dedit apostolos, quos-
dam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios pastores et
doctores ad consummationem sanctorum. Oportet autem eos omnes una omnes
caritas ligare et contemperare in unitatem corporis Christi: quod mi-
nime omnino facere poterit, si ipsa non fuerit ordinata.
Nam si suo quisque feratur impetu spiritus secundum quod acceperit,
et ad quecumque volet indifferenter prout afficitur, et non rationis
iudicio gubernetur, dum sibi assignato officio nemo contemp-
tus erit, sed omnes omnia indiscreta administratione pariter
attemptabunt: non plane unitas erit, sed magis confusio. Va-
nam et in me dominus Ihesus tantillum ordinet caritatis quod dedit,
ut sic ea curem que sunt ipsius, ut tamen que mei
potissimum propositi seu officii esse constiterit, ante omnia curem;
sane ita id prius, ut tamen ad multa que mihi specialiter non attinent
afficiar amplius. Non enim semper quod prius curandum, id et am-
plius diligendum erit, cum sepe quod prius est ad sollicitu-
dinem, minus sit ad utilitatem; eo pro hoc minus esse optato
et in affectu frequenter, proinde quod pro munere premonet. Deinde
dictio post ipsum, et quod utilis iudicat preponendum; id et maius am-
plectendum ordo postulat caritatis. Nonne tibi gratia ex
munere incumbit, et tamen omnium virtutum? Iam quicquid
huic forte pretulero operi, quod minime ipsi invigilem digne
et utili pro viribus exequendo, et si ex caritate fortassis id
facere videar, ordinis tamen id non consentio. Quod si ante omnia
quidem videbor hinc intendo curam, non dum magis ad ma-
iora gaudeo alienis lucris, que per alium fieri forte experior, pu-
to me ordinem caritatis ex parte tenere, ex parte nequaquam.
Si vero me et ad id amplius quod specialiter mei muneris sollicitum,
et inchoavi ad illud quod maius est magis affectum exhibeam,
utrobique profecto invenior caritatis ordinem assecutus.
Et non est cur dicere non possim et ipse: Quia ordinavit in me
caritatem. Sed dicis difficile quem quam plus amare
ne gaudere magno bono quam proprio parvo. Ad vitetis certe vel
ex hoc excellentiam gratie apud sponsam, et quam non
cuilibet animae dictum: Ordinavit in me caritatem. Quare
faciles declinaverunt quorundam vestrum modo ad hunc sermonem?
Nam alta suspiria testantur tristitiam animarum conscia-
rum de devotione. Sinceritas metientes nosmetipsos nobis sen-
timus aliquem vestrum pro ipse imperfectionis experientia quam rara
virtus sit alienae non invidere virtuti, nedum gaudere
ad illam, nedum et tanto plus quam ad propriam quemque
gratulari, qui se preeunti virtute virtute superatum. Ec-
quid ais? Proficere ego possum, qui tamen proficienti invideo.
Si doles quod invidet sentis, et non consentis, passio est quam
sananda, non actio condempnanda. Tamen non illic resideas et
equitatem mediteris in cubili tuo, qualiter videlicet
foveas morbum satisfaciat pesti prosequaris malorum
bene ab illo gesta calumpniando deprimendo perver-
tendo atque impediendo gerenda. Alioquin non nocet am-
bulanti et extendenti se ad meliora quod iam non ipse opera-
tur, sed quod habitat in eo peccatum. Non est ergo damnatio illi
qui non dat membra sua iniquitati, non linguam ad detra-
hendum, non quicquam reliqui corporis ad ledendum nocen-
dum ve aliquo modo; magis autem confunditur sic se esse male
affectum, et inolitum ex longo vitium confitendo flendo
orando conatur expellere; et cum non prevalet, mitior inde ad
omnes atque apud se humilior invenitur. Nam tamen sapiens
homine damnaverit qui a Domino didicit mitis esse et humilis
corde? Absit ut inveniatur expers salutis imitator Salvatoris.

Vos fortasse expectatis tractari sequentia. L.
Verum ego aliud melior habeo cum quod adhuc nobis apponam
de fragmentis hesterni convivii, que in collegam ne perirent.
Perirent autem, si in nullo apposuero. Nam si ea novio
hec soli ipse probo. Presertim cum sint de ferculo ca-
ritatis eo dulcia quo subtilia, eo sapida quo minuta.
Aliquin commendatur caritate est valde nimis de ipsa caritate

fraudare. Est caritas in actu, est in affectu. Et de illa quidem que operis est puto esse datam legem hominibus mandatumque formatum. Nam in affectu quis ita habeat ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista in premium datur. Cuius initium quidem profectumque vitam quoque presentem experiri divina posse gratia non negamus, sed plane consummationem defendimus future felicitati. Quomodo ergo iubenda fuit que nullo modo implenda erat? Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo et tu adquiescas mihi quia minime in hac vita ab aliquo hominum possit vel potuerit adimpleri. Nec latuit preceptorem precepti pondus hominum excedere vires, sed iudicavit utile ex hoc ipso sue illos insufficientie admoneri, et ut scirent sane ad quem iustitie finem niti pro viribus oporteret. Ergo mandando impossibilia non prevaricatores homines fecit sed humiles. Sed actuali id potius quem te inde vel maxime apparere videtur. Nam cum dixisset Dominus: Diligite inimicos vestros, mox de operibus intulit: Benefacite his qui oderunt vos. Si diligitis me, inquit, sermones meos servate. Sic ubique actualiter de opere monuisset, si in affectu iam fuisset dilectio. Sic ergo necesse est et illud accipere quod iuberis proximum tuum diligere sicut te ipsum. An non denique satis tibi esse videtur ad implendum istud de proximi dilectione mandatum, si id perfecte observes in quo omni homini recte de lege nature prescribitur: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris. Item illud: Quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis. Neque hoc dico ut sis affectione sine, et corde arido solas moveas manus ad opera. Sed est affectio quam caro gignit, et est quam ratio regit, et est quam condit sapientia. Prima est quam apostolus legi Dei dicit non esse subiectam nec esse posse. Secunda quam probat e regione consentientem legi Dei quoniam bona est. Nec dubium distare a se contentiosam et consentaneam. Longe vero tertia ab utraque distat, que et gustat et sapit quoniam suavis est Dominus: primam eliminans, secundam remunerans. Nam prima quidem dulcis sed turpis, secunda sicca sed fortis, ultima pinguis et suavis est. Igitur per secundam opera fiunt, et in ipsa caritas sedet, non illa affectualis que sale sapientie condita pinguescens magnam menti ingerit multitudinem dulcedinis Domini, sed quedam potius actualis que etsi nondum dulci illo amore suaviter reficiat, amore tamen amoris ipsius vehementer accendit. Ordinavit in me caritatem. Quam putas harum? Utramque, sed ordine opposito. Nam actualis inferiora prefert, affectualis superiora. Etenim in bene affecta mente non dubium quin dilectioni hominis Dei dilectio preponatur, et in hominibus ipsis perfectiores infirmioribus, celum terre, eternitas tempori, anima carni. At vero in bene ordinata actione sepe aut etiam semper ordo oppositus invenitur. Nam et circa proximi curam et plus urgemur et pluries occupamur, et infirmioribus fratribus diligentiore sedulitate assistimus, et paci terre magis quam celi glorie iure humanitatis et ipsa necessitate intendimus, et temporalium inquietudine curarum vix aliquid sentire de eternis permittimur, et languoribus nostri corporis posthabita anime cura pene continue intendimus, et ipsis denique infirmioribus membris nostris habundantiorem honorem iuxta sententiam apostoli circumdamus. Ordinem denique ut loqui quis dubitet? Quotiens tamen a caritate vivente abducimur et avellimur per eos qui nostra indigent opera vel loquela? Quotiens pie cedit negotiorum tumultibus pia quies? Quotiens bona conscientia ponitur codex ut operi manuum insudetur?

quotiens pro administrandis terrenis iustissime ipsis supersedemus celebrandis missarum sollempniis? Ordo preposterus, sed necessitas non habet legem. Agit ergo tum actualis caritas ordinem suum iuxta patrisfamilias iussionem, incipiens a novissimis. Pia certe et iusta, que non sic accepit personas nec pretia considerat rerum, sed hominum necessitates. At non ita affectualis. Nam a primis ipsa ducit ordinem. Est enim sapientia per quam utique queque res sapiunt prout sunt, ut verbi gratia que pluris natura sunt, pluris quoque ipsa affectio sentiat, minora minus, minima minime. Et illum quidem ordinem caritatis veritas facit, hunc autem veritatis caritas vindicat sibi. Nam et vera in hoc est caritas, ut qui indigent amplius accipiant prius. Et rursum in eo vera apparet veritas, si ordinem teneamus affectu quem illa ratione. Tu ergo si diligas Dominum Deum tuum toto corde, tota anima, tota virtute tua, et amorem amoris illum quo contenta est caritas actualis, affectu ferventiori transiliens, ipso totus divino amore, ad quem is est gradus, accepto in plenitudine spiritu, totus ignescas, sapit tibi profecto Deus, etsi non digne omnino prout est, quod utique impossibile est omni creature, certe pro viribus tuis. Deinde sapies et te tibi prout es, cum te senseris nihil habere proinde unde te ames, nisi in quantum Dei es, quippe qui totum unde amas in illum effuderis. Sapies nichilominus tibi prout es, cum ipso experimento amoris tui et affectionis quam ad te ipsum habes, nichil dignum te esse inveneris quod vel a te ipso ametur, nisi propter ipsum qui sine ipso es nichil. Iam vero proximus, quem necesse te oportet diligere tamquam te ipsum, ut tibi et ipse sapiat prout est, non alio aliud profecto sapiet quam tu tibi, qui id est quod tu: est enim homo. Qui itaque te non diligis nisi quia diligis Deum, consequenter omnes qui similiter diligunt eum diligis tamquam te ipsum. Porro inimicum hominem, quia nichil est pro eo quod non diligit Deum, non potes quidem diligere tamquam te ipsum, qui Deum diligis; diligis tamen ut diligat. Non est autem id ipsum diligere ut diligat, et diligere quia diligit. Proinde ut tibi et ipse sapiat prout est, sapiet tibi non quidem quod est, qui nichil est, sed quod forsitan futurus est, quod est prope nichil, quippe quod adhuc pendet sub dubio. Verum de quo constat quod ad amorem Dei non sit deinceps rediturus, sapiat tibi necesse est non prope iam nichil, sed nichil ex toto, utpote qui in eternum nichil est. Isto ergo excepto, qui non modo iam non diligendus, insuper et odio habendus est, secundum illud: Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam? O sapientia que attingis a fine usque ad finem fortiter in instituendis et continendis rebus, et disponens omnia suaviter in beandis et ordinandis affectibus, dirige actus nostros prout nostra temporalis necessitas poscit, et dispone affectus nostros prout tua veritas eterna requirit, ut possit unusquisque nostrum secure in te gloriari et dicere: Ordinavit in me caritatem.

LI

Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Osculis quem desideraverat refrigerata est umbra, cibata fructu, potata calice. Hec enim sic ut videtur putanda est exisse de cella vinaria. Post ista omnia sponso more suo recedente, illa languere amore se perhibet, id est amoris. Quo nimirum gratiorem habuerat experta presentiam, eo postmodum absentiam molestiorem sensit. Subtractio nempe rei quam amas augmentum desiderii est, et quod ardentius desideras, carens gravius sentis. Rogat proinde interim odoramentis florum ac fructuum confoveri, quousque denuo revertatur quem molestissime sustinet demorantem.

In floribus quidem novella et tenera adhuc incipientium
conversatio demonstratur, in fructibus vero proficientium for-
titudo et maturitas perfectorum. Si eundem florem, fructum actio-
nem intelligere, nec magistrum ut opinor id tibi videbitur. Si ad-
vertis quomodo instar floris necesse precedentis fructum, bonum
quoque opus fidem oportet prevenire. Alioquin sine fide
impossibile est placere Deo, Paulo attestante. Magis autem
et ipso docente, omne quod non est ex fide peccatum est. Ita
quod nec sine flore fructus, nec sine fide opus bonum. Sed
et fides sine operibus mortua est, sicut inutilis quoque flos
apparet ubi non sequitur fructus. Sed ex bonis operibus in fide
non ficta radicatis recepto consolationum mens assueta quies-
cit, quotiens sibi lux, ut assolet, contemplationis subtra-
hitur. Quis enim, non dico continue, sed vel diu, dum in hoc
corpore manet, lumine contemplationis fruatur? At quo-
tiens, ut dixi, corruit a contemplativa, totiens in activam
se recipit, inde nimirum tamquam e vicino familiarius
rediturum in idipsum, quippe sunt invicem contubernales hee
due et cohabitant pariter. Est quippe soror Marie Martha.
Neque enim etsi a contemplationis lumine cadit, patitur tamen
ullatenus se incidere tenebras peccati seu ignaviam oci-
sitatis, in luce bone operationis se retinens. Cum presto est
quod amatur, viget amor; languet cum abest. Quod non
est aliud quam tedium quoddam impacientis desiderii, quo ne-
cesse est affici mentem vehementer amantis absente
quem amat, dum totus in expectatione quamlibet
festinationem reputat tarditatem. Et ideo ista postulat
sibi accumulari bonorum operum fructus cum fidei odoramen-
tis, in quibus mora faciente sponso interim requiescat.
Si quando sane contigit profecisse aliquos vestrum ex meis moni-
tis, tunc non me penitet fateor curam pretulisse ser-
monis proprio ocio et quieti, patienter avellor ab infecun-
de Rachelis amplexibus, ut michi exuberent fructus profectuum
vestrorum. Caritas enim que non querit que sua sunt,
id michi iam dudum facile persuasit, nil de desideratorum
meorum usibus preferre utilitatibus vestris. Orare, legere, scribere,
meditari, et si qua sunt alia spiritualis studii lucra, hec
arbitratus sum propter vos detrimenta. Scio me hunc locum
in libro de dilectione Dei plenius explicuisse et sub alio in-
tellectu. Non sane a prudente de diversitate sensuum iu-
dicabor, dummodo veritas utrobique nobis patrocinetur,
et caritas, cui Scripturas servire oportet, eo edificet plures
quo plures ex eis in opus suum veros eruerit intellectus.
Cur enim hoc displiceat in sensibus Scripturarum, quod in usibus
rerum assidue experimur? In quot verbi gratia causa sola aqua nostrorum
assumitur corporum usus? Ita unusquisque divinus sermo
non erit absurdum si diversos pariat intellectus, diversis anima-
rum necessitatibus et usibus accommodandos. Sequitur: Leva eius
sub capite meo. Liquet demum adesse sponsum, credo ut
sua presentia languentem erigat. Quomodo enim non in pre-
sentia eius convalesceret, que in absentia languebat? Er-
go non sustinuit dilecte molestiam, adest; neque enim mo-
ram facere potest tantis desideriis evocatus. Felix anima que
in Christi recumbit pectore et inter ubera requiescit.
Dextera eius amplexabitur me. Non ait amplexatur,
ut noveris priorem gratie a Deo non ingratam et secundam gra-
tiam actione premeruisse in referendo gratiam. Non ergo tar-
dius aut segnius disce ad singula dona gratias agere. Diligenter
adverte quecumque tibi apponuntur, ut nulla videlicet
Dei dona debita gratiarum actione frustrentur. Non grandia,
non mediocria, non pusilla. Denique iubemur colligere

fragmenta ne pereant, id est nec minima beneficia oblivis-
ci. Numquid non perit quod datur ingrato? Ingratitudo ini-
mica est anime, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, be-
neficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, siccans sibi
fontem pietatis, rorem misericordie, fluenta gratie. Propter hoc demum
quod sponsa mox ut gratiam de leva sensit, gratias egit, non
expectavit plenitudinem que in dextera. Sed enim quid puta-
mus verbo sponsi levam esse seu dexteram? Docemur auctoritate
prius et consuetudine Scripturarum, convenientes de rebus notis
licere similitudines usurpare. Sed quia per dexteram et sini-
stram adversa solent atque prospera designari, videntur
ita hoc loco intelligi posse: levam quidem comminationem
supplicii, dexteram vero regni promissionem. Est autem cum
mens nostra timore pene serviliter premitur, et tunc nequaquam
sub capite, sed super caput leva esse dicenda est. At vero si pro-
ficiens ex hoc spiritu servitutis subiecerit in quendam sponta-
nei obsequii digniorem affectum, quatinus videlicet pre-
mii potius provocetur quam arceatur supplicii. Magis autem
si amore boni ipsius agatur, tunc indubitanter dicere pote-
rit: Leva eius sub capite meo, quia timorem servilem me-
tum qui in sinistra est meliori atque convenientiori sim-
tudine animi superavit, et dignis desideriis se ipsam approxima-
vit dextere, in qua sunt omnes promissiones, dicente propheta
ad Deum: Delectationes in dextera tua usque in finem. Unde
et certa spe concepta cum fiducia loquitur: et dextera eius
amplexabitur me. Donec quis premitur a spiritu servitutis
primumque haurit de spe, de timore plurimum, non est ei pax in
requie, fluctuante nimirum conscientia inter spem et timo-
rem; maximeque quod a super excellente timore hinc inde
cruciatur. Nam timor penam habet, et ideo non est illi dicere:
In pace in idipsum dormiam et requiescam. Cum necdum se singula-
riter in spe constitutum dicere potest. Sed enim si paulatim pro-
incrementum gratie cepit deficere timor et proficere spes,
cum demum ad hoc ventum fuerit ut perfecta caritas ex to-
to foras mittat timorem, nonne eiusmodi animam singula-
riter in spe constitutam videbis, ac proinde et in pace in id
ipsum dormire iam et requiescere? Est locus inter timo-
rem et securitatem, tamquam inter levam et dexteram, me-
dia videlicet spes, in qua mens tamquam in lectulo molli, minimum
supposito caritatis strato, suavissime requiescit.

Adiuro vos filie Ierusalem per capreas cervosque — LII —
camporum, ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam. Prohibentur adolescentule, has utique fa-
cile filias Ierusalem dicit, quia et in delicate et molles, quasi femine,
sed adhuc affectibus et actibus infirme, sponse tamen inherentes, spe
proficiendi et proficiscendi. Prohibentur ergo ab inquieta-
tione sponse dormientis, ne vel preter voluntatem ipsius
ullatenus eam excitare presumant. Bonum est nos hic esse
et invenire plures, si divinam bonitatem suavitatemque dignam
novimus. Non me capio presentia, quod illa maiestas tam fa-
miliari dulcique consortio nostre se inclinare infirmitati in-
terne dedignatur et summa dicat anime exulantis inter co-
nubia eiusque sponsi ardentissimo amore capti exhibere
affectum non despiciat. Sic olim in celo non esse ambigo, ut lego
in lege in terra fenerit et per certo anima quod continet pagina,
ista quod non sufficiat ista omnino exprimere quantum ca-
pere illa tunc poterit, sed nec quantum iam potest. Quid putas
illic accipiet que hic tanta familiaritate donatur, ut
Dei brachiis amplectitur se sentiat, de sinu foveri, Dei cura
et studio custodiri, ne dormiens forte a quoquam donec
ultro evigilet excitetur? Quia nam scio ille somnus quam
delicatus, sed tam sponsus ob dormitio velit nec patiatur

omnino nisi ad ipsius arbitrium excitari. Hoc est autem sponse sompnus, non corporis dormitio, que vel placida mors, que sensus carnis suaviter sopit ad tempus, vel horrida, que funditus vitam tollere consuevit. Multo magis non et ab illa alienus exstitit, qua obdormitur morte, cum videlicet in peccato quod est ad mortem irrevocabiliter perseveratur. Magis autem istiusmodi vitalis vigilque sopor sensum interiorem illuminat, et morte propulsata vitam tribuit sempiternam. Revera enim dormitio est, que tamen sensum non sopiat, sed abducat. Non absurde sponse extasim vocaverim mortem, que tamen non vitam, sed vite eripiat laqueos, ut possit dicere: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Inter medios namque laqueos in hac inceditur vita, qui neque totiens non timentur, quotiens sancta aliqua et vehementi cogitatione anima a semetipsa abripitur, si tamen eo usque mente secedat et avolet, ut hunc communem transcendat usum et consuetudinem cogitandi. Quid enim formidetur luxuria, ubi nec vita sentitur? Excedente quippe anima, etsi non vita, certe sensu, necesse est et ut nec vite temptatio sentiatur. Moriatur anima mea morte iustorum, ut nulla illaqueet iniustitia, nulla oblectet iniquitas. Bona mors que vitam non aufert, sed transfert in melius. Bona qua non corpus cadit, sed anima sublevatur. Verum hec hominum. Sed moriatur anima mea morte, et si dici potest, angelorum, ut presentium memoria excedens, rerum se inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, sed et similitudinibus exuat, sitque ei pura cum illis conversatio cum quibus est puritatis similitudo. Talis, ut opinor, excessus aut tantum aut maxime contemplatio dicitur. Rerum etenim cupiditatibus vivendo non teneri, humane virtutis est; corporum vero similitudinibus speculando non involvi, angelice puritatis est. Utrumque tamen divini muneris est. Non enim simpliciter nec levem ut assolet cum monitione prohibite sunt, sed omnino nova et insueta contestatione, per capreas scilicet cervosque camporum. Quo quidem genere ferarum satis congruenter expresse sancte anime exute corporibus, simul et qui cum Deo sunt angeli, nimirum propter acumen visus et saltus celeritatem. Utrumque hoc siquidem utrisque spiritibus convenire cognoscimus. Nam et alta et petunt summa et intima penetrant. Quorum quoque in capite designata comitatu evidenter liberos atque expeditos signat in contemplatione discursus. Quid sibi vult quod adiurate sunt per istos? Profecto ne inquietare adolescentule audeant seu excitare dilectam a tam reverendo collegio, cui absque dubio totiens admiscetur, quotiens contemplando excedit. Attendant adolescentule quos offendant pariter cum inferunt inquietudinem, et innuitur eis magna de caritate confidant, ut non illum celestem conventum sine magna necessitate turbare licentientur. Porro sane in voluntate ipsius et vacare sibi et tenere illas intendere, prout expedire iudicaverit, convincitur excitari ab illis quo is que illa velit. Novit sponsus quanta flagret dilectione et erga proximos sponsa, et satis propria caritate sollicitari inventam de profectibus filiarum, nec se ullo pacto illis subtrahere tuam seu denegaturam quantum et quotiens opus fuerit. Ipsa quoque secure discretionem eius credendam censuit hanc dispensationem. Numquid medicus valentes requirit et non potius egrotantes? Disiungat facit forsitan ut amicus, sed non ut medicus. Quos docebit magister bone, si omnes indoctos repuleris? Cum quibus queso habebis diligentiam disciplinae, si indisciplinatos vel castigaveris omnes vel fugeris? In quibus obsecro tuam probabis patientiam,

si dolos ad misericordiam, mansuetos inquietos excitaveris? Sunt tamen de his sedentibus qui utinam presens capitulum attentius observarent. Cogitarent certe quanta pro posse reverentia debeatur, quos temere inquietando celi quoque civibus se reddunt infestos; et nos forte plus cum solito pro re demum incipere nec tam irreverenter leviterque se nam ingererent cum vacamus. Super sedendo igitur ne magis impatientie exemplum videar dare infirmis. Pusillum dominus sinit in eum credentes, non patior ut ex me scandalum patiantur. Non utor hac potestate. Magis autem ipsi me utantur, ut liberi tantum ut salvi fiant. Parcent mihi si non pepercerint, et in eo potius requiescent, si non me inquietare timuerint pro necessitatibus suis. Geram eis morem quo ad potero, et in ipsis serviam Deo meo quamdiu fuero in caritate non ficta. Non queram que mea sunt, nec quod mihi est utile, sed quod multis id utile iudicabo. Hoc solum deprecor, ut fiat acceptum eis fructuosumque ministerium meum, si forte vel ex hoc inveniam in die mala misericordiam.

V**ox dilecti mei.** Letum is qui aliis preest LIII

in sollicitudine vix umquam vel raro secure vacat sibi, dum semper timet sive penuriam facere subditis, sive non placere Deo, quod communi utilitati propriam prefert quietem contemplationis dulcedinem. Non autem parum gaudii et securitatis accedit infirmum suavi feriandi, cum quidam et reverentia erga se innuitur divinis cordibus subditorum intelligit suam Deo placere quietem, qui facit ut illi equo magis animo suas necessitates sustineant, quam prius spiritualis gratie audeant otia temere perturbare. Vox eius indignationis eius ac iusti amoris incensio. Comparata gratia hac nocte sponsa gaudens et exultans: Vox, inquit, dilecti mei. Ecce audio. Ecce venit iste saliens in montibus, transiliens colles. Agnita ex auditu vocis dilecti presentia, incunctanter intendit bene curiosos oculos ad videndum quem audierat. Auditus ducit ad visum. Videt itaque venientem quem loquentem audierat, ubi Christus sensus super apostolos in die pentecostes descendisse memoratur. Nonne auditus visum prevenisse describitur? Divino ergo me fateor adiutorio spiritus, sed ut ponere in lucem possim qui sunt illi montes seu colles super quos salientem eos sancta sponsum lectis spectaverit oculis. Recte dum creditur ad ipsius redemptionem cursum accipiat decorem. Simile quid de propheta occurrit in evidenter in spiritu previderet et exprimeret Salvatoris adventum. In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultavit ut gigas ad currendam viam; a summo celo egressio eius, et occursus eius usque ad summum eius. Cursus et recursus is notissimus est, a quo et ad quod itineris eius reatusque notissimum. Quid ergo? Putamusne nobis sic in primis ista legentes sic in presenti cantico virum gigantem pro statura absentis aspicimus mulierculae amore captum, et dum properat ad cupitos amplexus transilientem montes collesque hos quos videmus mole corporea super plana terre tanta altitudine eminentes, ut et super nubes aliquorum verticem extulisse credantur? Verum non decet istiusmodi corporeas fantasias pro imaginari, presertim tractantes hoc canticum spirituale, sed nec licet omnino nobis, qui meminimus legisse in evangelio quia spiritus est Deus, et eos qui adorant eum oportet in spiritu adorare. Qui sunt ergo hi spirituales montes et colles? Verum ipsum si non in veritate aliquid essent, Vatis hoc non dixisset, sed neque propheta longe ante de civitate superna teste pretulisset quia fundamenta eius sunt in montibus sanctis, si non vere nobis essent montes sancti.

Audi Ysaiam. Montes et colles cantabunt coram deo lau-
dem. Cum nam quod uti ... idem ipsi celi enarratores sint quos
dixi voce oves diximus appellatos, ut ipsi sint montes qui
oves. Nos quidem mortales homines medium in loco peregrina-
tionis nostre in sudore vultus nostri comedere panem nostrum necesse
habemus foris alium in labore et erumpna mendicantes
id est vel a doctis viris vel a sacris libris. Vel certe per ea que
facta sunt invisibilia dei intellecta conspicientes. Angeli
autem montium plenitudine dei et non a semetipsis tanta
facilitate quanta et felicitate accipiunt. Unde beate vivunt
pascuntur. Denique in montibus montes vel oves montibus
cum sane superne ille sublimes spirituales nature semet ipsas de ver-
bo vivo unde suam beatam pertinent vitam: affluenter
inveniunt. Idem ipsi et montes et oves. Montes propter plenitu-
dinem vel celsitudinem, oves propter mansuetudinem. Plena quippe
deo celsa virtutibus cumulatis virtutibus incliti et erectos
vertices toti et humili obedientia submittunt et inclinant. Sic-
ut longe supereminentis imperio maiestatis tanquam oves
mansuetissime ad nutum sui pastoris per omnia ambulan-
tes et sequentes eum quocumque ierit. In hiis ergo summo mon-
tes atque colles in quibus ecclesia videt celestem sponsum tan-
ta alacritate salientem cum ad suos properaret amplexus.
Nec modo salientem sed et transilientem eos et quantum sal-
tum dedit a summo celo ad terras. In hiis in mundum palam quod
est in sole posuit tabernaculum suum. Corpus videlicet quod de vir-
ginis corpore ad hoc sibi aptare dignatus est: ut in eo in-
se invisibilis videretur. Saliit ergo in montibus id est in summis sup-
nis spiritibus cum ad eos usque descendit. Sacramentum
a seculis absconditum et magnum pietatis misterium eis
dignatus aperiens sed transiliens hos superiores atque eminenti-
ores montes cherubim et ad inferiorem usque angelorum
ordinem descendere tanquam ad colles dignatus est. Sed
nunquid vel in illis remansit. Transiliit et colles. Nun-
quid nam angelos sed semen Abrahe apprehendit. Quod utique an-
gelis inferius est. Tamquam hoc sane ad commendationem na-
ture humane dictum possit intelligi quod homo ad ymagi-
nem et similitudinem dei conditus ac predictus ratione admi-
stat utique angelus medietatem tamen distet angelus propter corpus
de terra. Sed si sane dum hominem assumit et in homine se
omnem principatum et potestatem longe inparibilis preemi-
nere certum tamen est et si preit maiestate sed infirmitate suc-
cubuit. Recte ergo saliit in montibus et transiliit colles cum se
solum superioribus sed et inferioribus spiritibus dignatissime
se inferiorem exhibuit. Nec modo vel superius spiritibus sed et ipsis
qui domos luteas inhabitant subiectum se exhibuit tam-
quam vermis et innocens humilitate et hominum humilitate. LIII.

Super eodem capitulo quod hesterno sermone necessarium
est dicturus sum aliud intellectum. Perfecto tunc in monti-
bus saliit cum musica parte cum ad evangelizandum pauperibus
angelorum fungi non est dedignatus officio. Fecit magni con-
silii angelus qui dominus erat per se descendit ad terras qui alios
delegare solebat. Cum itaque omnes iuxta Pauli sententiam
administratorii spiritus sint missi in ministerium propter eos qui he-
reditatem capiunt salutis qui erat super illos factus est in-
ter illos tamquam unus ex illis dissimulans iniuriam et ac-
cumulans gratiam. Sed audi ipsum. Non veni inquit ministra-
ri sed ministrare. Bonus minister qui carnem suam in ci-
bum sanguinem in potum animam ministravit in precium.
Bonus plane qui spiritu alacri caritate fervens pietate de-
votus non solum saliit in montibus sed et transiliit colles
id est superavit et vicit alacritate ministrandi. Denique tam

illud Gabrielem et puerum ad virginem. Audi certe salie-
bat in montibus cum in angelis olim patribus apparebat quod
utique prefectum liceret magis convenire videtur. Non enim a-
it saliens in montes sed in montibus, ut ipse in eis salire vi-
deatur qui facit et dat ut saliant quemadmodum loquitur in
prophetis operatur in iustis, cum illi verba et illis opera tribuit. Adde
quod aliqui illorum personam eius gerebant ita ut loquerentur
quibusque illorum non tanquam angelus sed tanquam dominus. Ergo in mon-
tibus id est in angelis saliebat qui in se non poterat et saliebat
usque ad colles id est patriarchas et prophetas certos spirituales viros
de terra. Sed et colles transiliebat cum non solum magnis et spiri-
tualibus viris sed et aliquibus de populo et non nullis mulieri-
bus eque in angelis loqui et apparere dignatus sit. Vel colles dic
aereas potestates que montes quidem minime iam nun-
cupantur pro eo quod a virtutum celsitudine defluxerunt per su-
perbiam nec tamen usque ad humilia vallium sive ad valles hu-
milium per penitentiam detumescunt. Hos itaque tumentes
ad sedes colles tanquam medios positos inter montes peccatorum
et valles penitentium procul dubio transiliit qui in montibus
salit. Huius quippe elatis et despectis descendit ad valles ut
valles habundent frumento. Quam mihi in hiis maledictis
montibus de exercitu Israel ceciderunt a principio et cotidie cadunt.
Omnes montes qui in circuitu eius sunt id est in circuitu Gelboe
et ... Gelboe autem sedeat. Dyabolus nempe qui per
Gelboe designatur. Hinc inde sunt montes quos insidiis
dominus super angelis inter homines. In pennam siquidem su-
um locum in aere isto medium inter celum et terram de
celo cadens sortitus est ut videat et invideat utraque in-
vidia. Nam miser cum suspicit celos in quibus innumeros
montes intuetur divina claritate fulgentes divinis lau-
dibus resultantes sublimes in gloria habundantes in gratia. Sin
inferiora cum respicit terram montes inchoantes quam plu-
rimos de populo adquisitionis habentem fide solidos spe excellen-
tes caritate spaciosos cultos virtutibus bonorum operum fruc-
tibus refectos de rore celi tanquam de saltu sponsi cotidianam
capientes benedictionem. Cum quanto putamus dolore vel
rore celi tamquam de saltu aspiciat ille cupidissimus glorie i-
sto in circuitu suo tam gloriosos montes cum se et suos e re-
gione maculatos tenebrosos bonis operibus infecundos des-
piciat? Ita ut se sentiat esse obprobrium hominum et angelorum
qui omnibus exprobrabat. Fuit si iuxta capiam Pauli scrip-
ta sunt ista ad correptionem nostram observientes sponsi di-
lectos et circumspectos saltus quemadmodum videlicet
tam apud angelos quam apud nos et in humiles saliat
et superbos transiliat. Ergo repudiatio angelorum fiat emen-
datio hominum. Scripta sunt enim ad ipsorum correptionem. Cooperetur
nobis in bonum et dyaboli malum et lavem manus meas in san-
guine peccatoris. Sane ego hoc legens referens ad oculos in
me et inveniens diligenter invenio me pede ipso infectum
quam in angelis dominus iniurium exhorruit. Et sic actum est cum
angelo de me fiet terra et cinere. Ille in celo intumuit
ego in sterquilinio. Quis non tolerabiliorem iudicet
superbiam quam in paupere ducit. Verum tamen si tam dives in po-
tente illo arrogantissimus est pro eo quod elevatum est cor illius
nec ei profuit cognata potentia sed superbia esse cognoscatur
quid de me exigendum de misero et superbo. Denique iam
meo ponas iam acerbissime vapulo superbia inventa est
in me et dominus declinavit in ira a servo suo. Hinc ista ste-
rilitas anime mee et devotionis inopia quam patior. Nec
compungi ad lacrimas queo. Tanta est duritia cor-
dis. Non sapit psalmus non legere libet non orare delectat.

Meditationes vel solitas non invenio. In illa inebriatio spiritus, in-
mentis serenitas et pax et gaudium in spiritu sancto: in ista ad opus
manuum piger, ad vigilias somnolentus, ad iram praeceps,
ad odium pertinax, linguae et gulae indulgentior, segnior ob-
tusiorque ad praedicationem. Heu omnes montes in circuitu
meo visitat, et ad me autem non appropinquat. Non colles non
sum? Ex his quos intueor sponte. Nam alium quidem
intueor singularis abstinentiae, alium vero patientiae admi-
randae, alium autem summae humilitatis et mansuetudinis,
alium misericordiae et pietatis, illum in contemplatione frequenter
excedere et penetrare caelos orationum instantia, aliosque in aliis
praeeminere virtutibus: hos, inquam, omnes ferventes,
omnes devotos, omnes in Christo unanimes, omnes donis caelestibus
et gratia affluentes tamquam spirituales et vere montes
qui a domino visitantur et sponsum in se salientem perfrequenter
recipiunt. Ego autem qui horum nihil in me invenio, nisi quid me
aliud putem quam unum de montibus Gelboe quem praeteri-
it in ira et indignatione sua ille ceterorum omnium benig-
nissimus visitator? Filioli, haec cogitatio tollit extollentiam
oculorum, conciliat gratiam, sponsi saltibus praeparat. Haec ego in me
transfiguravi propter vos, ut et vos ita faciatis. Imitatores
mei estote. Aliud vero de exercitio dico modo virtutum aut
disciplinae aut gratia sanitatis. Nec vero de huiusmodi quicquam
mihi temere arrogaverim imitatione dignum. Sed volo vos
non parcere vobis, sed accusare vosmetipsos quotiens forte
in vobis vel in modicum tepere gratiam, virtutem langue-
scere deprehenditis, sicut et ego pro his memet ipsum accuso.
Hoc facere hominis est qui curiosus circumspector est sui
et scrupulator viarum suarum ac studiorum, atque in omnibus sem-
per suspectum habet arrogantiae vitium ne surrepat. In veri-
tate didici nihil aeque efficax esse ad gratiam promerendam, retinen-
dam, recuperandam, quam si omni tempore coram Deo invenia-
ris non altum sapere sed timere. Time ergo cum arriserit gratia,
time cum abierit, time cum denuo revertetur: et hoc est
semper pavidum esse. Succedant invicem sibi in anima tres
isti timores, secundum quod gratia vel adesse dignatur, vel offen-
sa recedere, seu iterum redire placata sentietur. Cum adest,
time ne non digne operaris per eam. Nam hoc monet apostolus: Vide-
te, inquiens, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Et rur-
sum latet fovea hic de qua superbiae spiritus tanto periculosius
quanto occultius sicut hostis in plateam. Insidiatur in abscon-
dito quasi leo in spelunca sua. Nam si impedire non praevaleo
actionum tempore intentionem suggerens et suadens quatinus
effectum gratiae arroges tibi. Quod quidem genus superbiae longe
illo priore intolerabilius esse non ambigat. Quid enim odiosius
illa voce qua quidam dixerunt: Manus nostra excelsa et non Do-
minus fecit haec omnia. Si ergo timendum manente gratia, quanto
si recesserit, non multo magis tunc timendum. Plane
multo magis, quia ubi tibi deficit gratia, deficis tu. Time ergo sub-
tracta gratia tamquam mox casurus. Time et contremisce quod
tibi iam sentias iratum. Time quia reliquit te custodia tua. Nec
dubites in causa esse superbiam, etsi non appareat, etsi nil tibi con-
scius sis. Deus nunquam nisi humilibus dat gratiam. Nullum au-
tem datam gratiam argumentum superbiae privatio gratiae est. Quam-
quam interdum subtrahitur gratia sive retrahitur non pro
superbia quae iam est, sed quae futura est nisi subtrahatur.
Sed sive iam existens sive nondum superbia, tu semper causam esse
subtractae gratiae. Iam si gratia recuperata redierit, multo tunc
plus timendum ne forte contingat recidivum pa-
ti. Iuxta illud de evangelio: Ne aliquid deterius tibi contingat.
Audis recidere quam multo esse deterius. Proinde invalescente

periculo innatescat et metus. Beatus es si triplici isto ti-
more cor tuum repleveris, ut timeas quidem pro accepta gratia,
amplius pro amissa, longe plus pro recuperata. Hoc fac, vere
hydria in Christi convivio impleta usque ad summum. Continentium
namque metretas non binas tantum sed ternas, ut Christi in earum be-
nedictionem quae aquas suas in vinum laetitiae et perfecta cari-
tas foras mittit timorem. Quod dico tale est: a qua timor
est cum ad esum convertat desideriorum carnalium. Porro hydria
mentes sapientes, inquit, singulae metretas binas vel ternas.
Tres metretas tres timores, et impleverunt, inquit, eas usque ad
summum. Non unus timor, non duo quoque, sed toti tres simul re-
plent usque ad summum. Omni tempore time Deum et ex omni
corde tuo, et implesti hydriam usque ad summum. Amat Deus
integrum munus, affectum plenum, perfectum sacrificium.
Cura proinde nuptiis caelestibus plenam inferre hydriam, ut
de te quoque dicatur quia repletus sum spiritu timoris Domini. Qui
sic timet, nihil negligit. Vide namque negligentia ni-
tet in plenitudinem; alioquin quod capere adhuc aliquid
potest, plenum non est. Eadem sane ratione non potest simul
et sic tenui et altum sapere. Non est in quo admittas super-
biam repletus timore Domini. Et sic de ceteris vitiis sentien-
dum, quia necesse est omnia plenitudine timoris excludi. Verum
denique si plane si perfecte timueris, dabit saporem caritas
aquis tuis ad divini benedictionem. Loquitur caritas vinum quod
laetificat cor hominis. LV.

Similis est dilectus meus capreae hinnuloque cervorum.
Quem in salientem et transilientem modo descripserat, con-
sequenter comparat capreae hinnuloque cervorum. Apte quidem, quod
hoc genus animalis cursu velox et saltu agile sit, quod
non modo cursus pernicitate, sed et acumine visus eminet.
Duo haec bona sponsi nostri, tam ... et visum. In his duobus anima-
libus commendata a spiritu sancto nobis nostram sententiam, ut in testi-
monium integritatis et perfectionis fidei nostrae. Pulchre tamen se-
... non de cervo sed de hinnulo cervorum similitudinem deus
inquo et patrum fecit mentionem, e quibus Christus secundum carnem
et iustitiae meruit Salvatoris. Ut hinnulus apparuit,
parvulus qui natus est nobis. Unum tu qui adven-
tum desideras Salvatoris, tuo servitium inde ... time
oculos capreae, time illum qui per prophetam dicit: Erit in di-
e illa et ego scrutabor Ierusalem in lucernis. Aliud Ierusalem,
in Babylone sed in Ierusalem non scrutatum. Puto in
hoc loco per prophetam Ierusalem nomine designasse illos qui in hoc
saeculo vitam ducunt religiosam, mores superne illius Ierusalem
conversatione honesta et ordinata pro viribus imitan-
tes, et non veluti hi qui de Babylone sunt, vitam in pertur-
batione vitiorum scelerumque confusione vastantes. Mea
qui videor monachus et Ierosolymita peccata certe occul-
ta sunt nomine et habitu monachi adumbrata. Et ideo ne-
cesse erit subtili ea investigari discussione et quasi admo-
tis lucernis de tenebris in lucem prodi. Vereor valde cum
ad hoc ventum fuerit, ne multa subtili examine mul-
te iuste iustitiae reputantur peccata appareant. Iudicabo pro-
inde mala mea, iudicabo et bona. Mala melioribus cura-
bo corrigere actibus, diluere lacrimis, punire ieiuniis
ceterisque sanctae laboribus disciplinae. In bonis de me humiliter
sentiam. Deus in deserta ad liquidum persequi et perdi
universa delicta mea. Ut in nullo optat inveniri oculos capreae,
in nullo ad lumen convinci erubescere lucernarum. Verum ad
pectorum exploratores illius qui post parietem stat. Spon-
sa nichil veretur quia nichil sibi conscia est. LVI.

En ipse stat post parietem. Sed quippe quia vel audientes

decet vel variatorem verius et spiritalis intellectus auctorem. Ergo appropinquavit parieti, cum adhesit carni. Caro paries est, et appropinquatio sponsi, verbi incarnatio. Porro cancellos et fenestras, per quas respicere perhibetur, sensus arbitror carnis et humanos dicere affectus, per quos experimentum cepit omnium humanarum necessitatum. Humanas quippe affectiones sensibus corporeis pro foraminibus usus est et fenestris, ut miserias hominis homo factus experimento sciret, et misericors fieret. Sciebat et ante, sed aliter. Sciebat denique virtutem obediendi ipse dominus virtutum, et tamen teste apostolo didicit ex his que passus est obedientiam. In hunc modum et misericordiam didicit, et si misericordia domini ab eterno. Hoc autem in nostro limoso et pleno miseriarum pariete invenit formandum, quod nostre infirmitatis et corruptionis in suo corpore sensit experientia. Sic itaque sponsus post parietem stans et per fenestras et cancellos respiciens est. Et bene stans, quia solus stetit in communi strage per divinitatis potentiam, qui per carnis infirmitatem occubuit corporaliter in cruce. Divinitate stabat cum patre in uno nobiscum suspensus in ligno cum patribus iacebat. Sed unicuique nostrum qui desideravimus adventum ipsius, puto illum nichilominus post parietem stare, dum corpus hoc nostrum quod certe peccati est abscondat, in tantum nobis faciem eius et presentiam intercludat. Sed non totaliter, quam obstante non cernit se peccatum. Audi scripturam: Peccata nostra separant inter nos et deum. Et utinam nunc tantum obstet paries corporis solummodo obicem patiar id quod est in communi peccatum, et non insuper mea licet maceries vitiorum. Vereor enim ne etiam preter illud quod in natura est, cum plurima de propria iniquitate adiecerim, quorum a me intellectum nimis elongaverim sponsum, ita ut si simul dicendum verum, post parietes magis illum stare fatear, non post parietem. Sed dico hoc planius. Sponsus quidem equaliter atque indifferenter presto ubique est divine utique presentia maiestatis et magnitudine virtutis sue. Sed tamen exhibitione seu inhibitione quibusdam longe, quibusdam prope esse dicitur, angelorum dumtaxat et hominum, id est rationabilium creaturarum. Secundum aliam pia dispensatione ad tempus, et non ex toto. Sic unusquisque aliquid aliis longe se facit. Peccatoribus autem semper undeque longe est, atque iuxta hoc et non in nulla. Prope est quidem qui electi sunt et cum longe esse videtur, et non equaliter omnibus, sed aliis plus, aliis minus, pro meritorum diversitate. Nam et si prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate, et iuxta est iis qui tribulato sunt corde, non tamen omnibus forsitan ita ut dici possit quia ipse est post parietem. Sponse vero cum prope est, que uno tantum dividitur. Propterea cupit dissolvi et rupto medio pariete cum illo esse quem post parietem esse confidit. Ego autem quoniam peccator sum dissolvi non cupio, formido. Scio enim quia mors peccatorum pessima. Quomodo non pessima mors ubi non subvenit vita? Formido exire et in ipso confinio exitus pavens ingressum, dum non confido prope assistere qui excipiat egredientem. Heu eo ludibrio demonum incipientium me, non assistente qui redimat neque qui salvum faciat. Quis sunt parvulo qui non videlicet huic medium consenciat ad obediendum peccato? Novit prudens qui peccato consenserit et alterum se sibi opposuisse parietem, ipsum utique peccatum, illi utique consensum. Nec potest gloriari qui talis est, quod stet sibi post parietem sponsus, cum iam parietes interstant non paries. Multo minus si consensus pervenit ad effectum, cum certus quod iam paries sponsi merito impediatur accessum, actus videlicet ipse, videlicet ipse peccati. Quid si et consuetudo forte peccati in usum? Aut usus est in contemptum provenit, sicut scriptum est: Impius cum venerit in profundum malorum contempnit. Nonne si ita exierit maceries atque a

rugientibus preparans ad escam potest devorari? Quoniam pervenire ad sponsum non uno, sed quot iam sunt tanta a te parietum multiplicitate interclusum? ·ii·
Primum cogitatio, secundo consensus, tertio actus, quartus consuetudo, quintus contemptus. Cura ergo prioris concupiscentie totis resistere viribus, ut non prorumpat in consensum, et omnis deinceps malignitatis fabrica evanescat. Nec est omnino quod sponsum prohibeat appropinquare tibi, preter solum parietem corporis, quatenus gloriari possis et tu dicens de illo: quia en ipse est post parietem. Sed et hoc tibi tota vigilantia providendum, ut aperta semper inveniat fenestras et cancellos quosdam confessionum tuarum, per quos te memor benigne respiciat, quoniam respectus eius profectus tuus. Aut cancellos angustiores esse fenestras, quales utique hii qui libros describunt aptare sibi solent ad recipiendum lumen paginis. Unde et puto cancellarios eos appellari qui cartis conscribendis ex officio deputantur. Cum ergo sint duo genera con- ·iii·
fessionum, unum in merore pro nostris excessibus, aliud in exultatione pro divinis muneribus, quotiens sane eam que sine angustia cordis minime fit peccatorum scilicet meorum facio confessionem, videor mihi cancellum vel angustiorem aperire fenestram. Nec dubium quin libentius per istum respiciat is qui stat post parietem prius explorator, quia cor contritum et humiliatum deus non despicit. Quod si in medium corde dilatato in caritate per gratiarum actionem divine caritatis ac miserationis habens animum laxare in vocem et vocem laudis et gratiarum actionis, puto me non iam angustam sed amplissimam stanti post parietem sponso aperire fenestram, per quam nisi fallor tanto libentius respicit, quanto amplius sacrificium laudis honorificat eum.

LVII

En dilectus meus loquitur michi. Attendite sponse devotionem atque sollertiam, quam vigilantibus oculis sponsi observat adventum et deinceps ipsius omnia intuetur. Venit ille, accelerat, appropiat, adest, respicit, alloquitur, et nichil horum momentorum sponse industriam effugit, anticipat ne notitiam. Venit in angelis, accelerat in patriarchis, appropiat in prophetis, adest in carne, respicit in miraculis, alloquitur in apostolis. Vel sic. Venit affectu et studio miserendi, accelerat subveniendi zelo, appropiat humiliando semetipsum, adest presentibus, prospicit in futuris, loquitur docens et suadens de regno dei. Sic ergo est adventus sponsi. Porro que amat vigilat et observat. Et beata quam dominus veniens vigilantem invenerit. Non transibit illam nec prodibit ab ea, sed stabit et loquetur ei, loquetur amatoria. Loquitur siquidem ut dilectus. Sic quippe habes: En dilectus meus loquitur michi. ·iiii·
Verbum dilectus qui venit amatoria locuturus. Non autem increpatoria. Nunquid enim de illis est qui a domino merito arguuntur quod faciem celi diiudicare noscent, tempus vero adventus eius minime agnovissent? Hec namque tam sollerter prudens et bene vigilans et venientem a longe prospexit et salientem per festinationem advertit, et transilientem superbos ut humili sibi per humilitatem appropinquaret vigilantius observavit. Et demum cum iam staret et occultaret se post parietem nichilominus presentem agnovit, sed respicientem per fenestras cancellosque persensit, et nunc pro remuneratione tante devotionis et religiose sollicitudinis loquentem audit. Sane enim si respexisset et minime locutus fuisset, suspectus poterat esse ille respectus, ne forte magis indignationis foret quam dilectionis. Denique respexit Petrum et non fecit ei verbum, et ideo forsitan flevit ille quod respicientem se tacuit. Videt intuitum domini cum in se semper maneat idem, non tamen eiusdem semper efficacie esse, sed conformari meritis singulorum quos respicit, et aliis quidem timorem incutit, aliis vero magis consolationem et securitatem afferre. Denique ubi

que loquitur audit. Quam non indignanter sentit sed amanter, sequitur: Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea. Felix conscientia que de se ista meretur audire. Ecquis putas in nobis est adeo vigilans et observans tempus visitationis sue, sponsumque advenientem tam per singula eius momenta diligentius explorans, ut cum venerit et pulsaverit, confestim aperiat ei? Non enim sic ista de ecclesia referuntur, ut non singuli nos qui simul ecclesia sumus participare eius benedictionibus debeamus. Etenim in hoc generaliter omnes atque indifferenter vocati sumus, ut benedictionis hereditate possideamus. Unde et audebat dicere ad Dominum quidam: Hereditate acquisivi testimonia tua in eternum, quia exultatio cordis mei sunt. Illa puto hereditate qua recte presumebat filium patris sui qui est in celis. Porro si filium et heredem, heredem Dei, coheredem Christi. Magnam vero rem gloriatur se acquisisse hereditate ista testimonia Domini. Utinam ego de me vel unum merear tenere testimonium Domini, quia non in uno sed in multis exultatio testimoniis. Denique ait idem: In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis. Et revera quid divitie salutis, quid cordis delitie, quid anime vera et tuta securitas nisi Domini attestationes? Non enim qui se ipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Quicquid ergo de virtutibus suggestum animo fuerit, significatio est et indicium visitationis Domini in virtutum nutrimentis anime mee. Sed et si corripuerit me iustus in misericordia, increpaverit me, id ipsum sentiam, sciens quia emulatio iusti et benivolentia hec faciunt ei qui ascendit super occasum. Bonus occasus cum ad correptionem iusti stat homo et corruit vitium, et Dominus ascendit super illud, conculcans hoc pedibus et conterens ne resurgat. Sic ergo contempnenda increpatio iusti que ruina peccati, cordis sanitas est, necnon et Dei via ad animam. Sed nec ullus otiosus sermo qui edificet ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligentius est audiendus, quoniam iter est illic quo ostendetur salutare Dei. Quod si sermo gratus veniat et placitus, quatenus pulso fastidio cum desiderio audiatur, non iam sane modo venire sponsus, sed et accelerare, id est cum desiderio venire credendus est. Iam si et ignitum eloquium sentiens atque ex eo consciam mei in recordatione peccati ipsum prope esse non dubites. Denique iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde. Si vero non solum compungitur in sermone illo, sed et convertitur totus ad Dominum, et adeo ipsum iam voluit, profectum sic et inardescere sentiat amore eius. Sed enim utrumque de illo legis, et ignem videlicet ante ipsum precedere, et ipsum in circuitu ignem esse. Moyses quoque de illo dicit quia ignis consumens est. Differunt autem, quod ille precurrens ignis ardorem habet sed non amorem, coquens sed non excoquens, movens nec promovens. Tantum ad excitandum premittitur et preparandum, simulque ad commonendum quid ex te sis, quo dulcius sapiat postmodum quod ex eo mox eris. At vero ignis qui Deus est consumit quidem, sed non affligit; ardet suaviter, desolatur feliciter. Est enim vere carbo desolatorius, sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, ut in anima vicem exhibeat unctionis. Post hunc talem dignationis ac miserationis respectum sequitur vox blande et leniter divinam insinuans voluntatem, quod non est aliud quam ipse amor, qui otiosus esse non potest, de his que Dei sunt sollicitans et suadens. Denique audit sponsa ut surgat et properet, haud dubium quin ad animarum lucra. Hoc siquidem vera et casta contemplatio habet, ut mentem quam divino igne vehementer succenderit, tanto interdum repleat zelo desiderio acquirendi Deo qui eum similiter diligant, ut otium contemplationis pro studio predicationis libentissime intermittat; et rursum potita votis aliquatenus in hac parte, tanto ardentius redeat in id ipsum, quanto se fructuosius intermisisse meminit. Et item sumpto contemplationis gustu valentius ad conquirenda lucra solita alacritate recurrat. Sed in his vicissitudinibus plerumque mens fluctuat, metuens et vehementius estuans, ne forte alterutri horum, dum suis affectibus hinc inde distrahitur, plus iusto inhereat, et sic in utrovis vel ad modicum a divina deviet voluntate. Et forte tale aliquid sensit Iob patiebatur, cum diceret: Si dormiero dico: Quando consurgam? et rursum expectabo vesperam. Hoc est: Si quietus neglectus operis, et occupatus perturbate inchoavi quietis, me arguo. Vides virum sanctum inter fructum operis et somnium contemplationis graviter estuare, et in bonis licet semper versantem, semper tamen quasi de malis penitentiam agere, et Dei cum gemitu momentis singulis inquirere voluntatem. Unicum quippe in huiusmodi remedium seu refugium oratio est, et frequens gemitus ad Dominum, ut quid, quando et quatenus nos facere velit, assidue nobis demonstrare dignetur. Habes, ut ego opinor, tria hec, predicationem, orationem, contemplationem, in tribus commendata et designata vocabulis. Recte enim tunc amica dicitur, que sponsi lucra studiose ac fideliter predicando, consulendo, ministrando conquirit. Recte columba, que inchoatum pro suis delictis in oratione gemens et supplicans divinam sibi non cessat conciliare propitiationem. Recte quoque formosa, que celesti desiderio fulgens superne contemplationis decorem se induit, horis dumtaxat quibus commode et opportune id potest. Que vero hec de nobis anima, si sibi invigilet, similiter et laudabiliter ut amica glorificabitur, ut columba amplexabitur, ut formosa. Profectus omnis reputabitur in cuius anima tria hec congruenter atque apte concurrere videbuntur, ut et gemere pro se et exultare in Deo noverit, simul et proximorum utilitatibus potens sit subvenire, placens Deo, cautus sibi, utilis suis. Habemus siquidem Martham tanquam salvatoris amicam in huius officiis fideliter administrantem. Habemus et Lazarum tanquam columbam gementem, novitios videlicet qui nuper peccatis mortui precedentibus adhuc plagis laborant in gemitu suo sub timore iudicii, et sicut mortui dormientes in sepulcris, quorum nemo est memor amplius, sic se reputari non putant, donec ad Christi visionem sublato pondere timoris tanquam prementis lapidis mole respirare in spem venie possint. Habemus quoque Mariam contemplantem in illis qui per tempus longioris temporis cooperante gratia Dei in ad melius letius perficere potuerunt, qui iam de indulgentia presumentes non tam versare inter se sollicite sunt tristem peccati imaginem, quam certe in lege Dei meditari die ac nocte insatiabiliter delectantur; interdum etiam revelata facie gloriam sponsi cum ineffabili gaudio speculantes, in eandem imaginem transformantur de claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu.

LVIII.

Surge, propera. Et nonne paulo ante suscitari dilectam sollicite prohibebat? Quo pacto ergo nunc non solum ut surgat, sed et ut acceleret iubet? Venit in mentem simile quid ex evangelica lectione: nempe nocte qua tradebatur, cum fatigatos pre tristitia vigiliis discipulos qui secum erant dormire demum ac requiescere precepisset, in ipsa hora: Surgite, ait, eamus; ecce appropinquabit qui me tradet. Sed agnoscite quia non sic in hac vita copia contemplationis, nec diuturnitas otii, ut non officii et operis cogentior urgeat instantiorque necessitas. Est desiderium vehementius, quo

[illegible]

non tamen surgere sed et surgere festinantem sollicitat. Ecce veni. Sed eo parum confortatur quod audit: Veni, et non vade, per hoc se intelligens non tam mitti quam duci et secum futurum sponsum esse venturum. Quid enim difficile sibi illo comitante reputet? Non itaque suscitatur precepto quam velut quod sibi prius volenti, quod non est aliud nisi sancta quaestus in villa audiat. Audiat et ad opus invitatum et de temporis opportunitate redditur alacrior. Tempus faciendi incipit opportuna, quia hyems transiit quam operari nemo poterat. Imber quoque qui in inundatione sua operiebat terram, culturas impediebat, et vel sata necabat vel seri vetabat, abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, vernalem profecto temperiem adesse signantes, opportunitatem ac commoditatem frugum in vicinitatem ac fructuum. Denique subditur ubi et quid primum operari oporteat: tempus inquiens putationis advenit. Ad vineas ergo excolendas ducitur. Que ut possint uberioribus fructibus respondere colonis, omnia necesse est: sarmenta sterilia prohici, succidi noxia, putari superflua. Vineas quidem animas esse vel ecclesias saepius iam superius audistis. Ad has itaque revisendas, corrigendas, instruendas, salvandas anima perfectior invitatur, cum quandam ministerii sortitur, sic non sua ambitione sed vocatur a Deo tamquam Aaron. Porro invitatio ipsa quid est nisi intima quaedam stimulatio caritatis pie nos sollicitantis emulari fratrum salutem, emulari decorem domus Dei, incrementa lucrorum eius, incrementa frugum iustitie eius, laudem et gloriam nominis eius. Sicut modo itaque circa religionis divina affectibus quotiens is qui animas regere aut studio predicationis ex officio intendit, ipse hominem suum interiorem senserit permoveri, totiens pro certo sponsum adesse intelligat, et toties se ab illo ad vineas invitari. Porro hiemale tempus quod preterisse significat, illud tamen designare videtur cum Dominus etiam non in palam ambularet apud Iudeos, eo quod quesivissent adulari eum volentes eum interficere. Serat ergo et deinceps usque ad adventum Spiritus Sancti, quo resolvente torpentia fidelium corda tamquam in igne quem Dominus ad hoc misit in terram. Hyems fuit in negantis; hyeme tunc erat cum Petrus sedebat ad prunas non minus gelido corde quam corpore. Magnum revera frigus cor negantis obtinuerat. Sicut sunt et bone et male arbores ferentes quaeque fructus pro sui dissimilitudine differentes, bone videlicet bonos et male malos, ita arbitror nubes et bonas que bonos et malas esse que malos pluant imbres. Philosophorum ventosa loquacitas non bonus est imber, qui sterilitatem magis incutit terre quam multo magis prava doctrina hereticorum, mali imbres et traditiones phariseorum, quas lavatoria redarguit, et ipsi nubes male, et inde existimes me minime facere iniuriam. Nam bona nubes est illa, non omnes quod plurimum vel ipsa bonum tamen dicitur. Sed eo illi congruit quod ait: Dedi illis, id est, videlicet precepta non bona. Aut dubium quin per Moysen et iustificationes in quibus non vivent in eis. Litteram illa ubi cum observatur, tamen sonantis requiem indonantes in edictis sacrificiorum ritus in edictis porcine eius non nullorum similium que immunda a Moyse prenotantur. Pluvia est hoc totum ex illa nube descendens. Et nolo in agrum vel ortum mentis meae descendat, sine sane bona suo tempore. Post tempus vero venit non bonam iam sed noxios omnis et levis et leviter descendens pluvia, si fit intempestiva molesta est. Quid enim, ita ad unguem omnia a se superflua resecavit ut nil se habere putet putatione dignum? Credite mihi, et putata repullulant et effugata redeunt, et reaccenduntur extincta, et sopita denuo excitantur. Parum est ergo

semel putasse; saepe putandum est, immo si fieri posset, semper, quia semper quod putari oporteat, si non dissimulas, invenies. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua et non magis compressa. Velis nolis intra fines tuos habitat Iebuseus; subiugari potest sed non exterminari. Medium denique vitiorum virtutis teneas, ac proinde sedula egent non solum putatione sed et circumcisione. Alioquin necesse undique allambentibus immo arrodentibus vitiis illa dumnesas paulatim elanguescat aut si supervenerit suffocetur. Unum in tanto discrimine est consilium: observare diligentius et mox ut renascentium capita apparuerint, propter severitate succidere. Non potest virtus cum vitiis pariter crescere. Ut vero illa vigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua et salubria surgent. Utilitati accedit quicquid cupiditati demis. Verus operam putationi. Putetur cupiditas ut virtus roboretur. Nobis fratres putationis semper est tempus, sicut semper est opus. Confido enim quia nobis hiems tamen transiit. Scitis quam hyemem dicam: timorem illum qui non est in caritate, qui cum omnes inicit ad sapientiam, neminem consummat. Quoniam superveniens caritas extendit illum, tamquam hyemem estas. Estas caritas est. Quid dicitis lacrimis caritatis? Flet quippe caritas, sed ex amore non ex merore. Flet ex desiderio, flet cum flentibus. Talium imbre non ambigo rigatos vestros obedientie uberes quos securis invictos non murmure tetros, non tristitia subobscuros, sed quodam spirituali gaudio iocundos et floridos, sic sunt ad superflores gestientes in manibus.

LIX

Ipsa avicula si eius non imagini se discutis vox parum preciosum est. Et vox quidem gementis quasi caventi similiter peregrinationes nostre nos ammonet. Istum libenter doctoris audio vocem qui non sibi plausum, nec tamen planctum movere, ac vere merentem exhibet, si gemere doceas, et si persuadere vis gemendo, et magis quam declamando studeas optinere. Exemplum sane cum in aliis multis, tum maxime hoc in negotio verbo efficacius est. Das notam tuae vocem in turturis, si quod suades prius tibi eis inveniris persuasisse. Validior operis quam oris vox. Facito loquere, et non solum me facies emendatiorem, sed te quoque gravium laudes pro eo. Verum si multi gemitus, quid sibi vult unius expressio: Vox turturis, inquit, quare non turturum? Forte apud id solum ubi ait quia ipse spiritus postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Ita est. Ipse indicat gemens qui gementes facit. Ecce quam multi sunt quos ita gemere audias, unus per omnium labia vox sonat. Sed eo sola commendant turturem gemitus quam mendax et castitas. Et deinceps merito digna fuit dari hostia pro virgineo partu. Et licet aliis quid per columbam hec similis solebat designari, quia tamen libidinosa avis est, non decuit offerri eam in sacrificium Deo, nisi ea sane etate qua nesciret libidinem. At turturis non designatur etas, quam agnoscitur castitas in qualicumque etate. Denique compare suo contempta est, quo amisso alterum iam non admittit, in sola iterum in homines nuptias redarguens. Nam et si forsitan culpa ipsas incurrentiam venialis est, ipsa tamen carnis motiuncula turpis est. Pudet ad negotium honestatis. Nam non posse in homine quin solvere. Sequitur: Ficus protulit grossos suos. Non commendamus exorsum. Nec enim celum habiles sunt ob immaturitatem suam. Bonorum sicut initium similitudinem non saporem forte proventus designantes.

LX

Ficus protulit grossos suos. Sicut flores non fructus, sed pro floribus grossos immatur tempore quo cetere arbores florent, et quando flores apparent et similiter ad vineas, inde ab usque sentiuntur fructus quidam premium sunt. Ita et grossi. Dixit

sed immature cadunt et dant locum maturandis. Ipsa itaque ad vescendum. Sed hinc quod ut dixi sumunt sponsi experimentum temporis et argumentum suasionis ut non pigeretur properare sponsa ad vineas cum non sit opera que intempestiva veniat. Sicut est postquam frigus carnis pruritus se-cundo animo hiemis. tunc primum fructus tenerrimi novum alludaverint grossi utique et item vinee florentes odorem dederunt. quod nec hoc tantum aggredientes fructus indicium est. Hic odor serpentes fugat. Aiunt namque florescentibus omne reptile venenatum cedere loco nec ullatenus ferre odorem novorum florum. Spectatum est et flore fructus et saporis more ex in estimentum odoris. Odor bonum testimonium boni. sed de bono opere nunc quasi de flore odor procedit. Bonum si invenitur flos opus. odor opinio est. Fructus quid? Martyrium vere fructus vitis sanguis est. Dico autem per gratiam Dei que in nobis est. et sicut nos hinc est vineas. sicut eius qui sua amores in mortibus sunt. Vineas non qui tepidi servientes est. Videte ne forte et si non grossos deputari possunt saltem pro sui lingue similia, quia, secundum ista grossorum more deficere hinc et cede melioribus dicente apostolo quia et scientia destruetur ut prophetie evacuabuntur et lingue cessabunt. Fidem quoque ipsam intellectus excludet. Speciesque succedat visio necesse est. Sola non excedit caritas. Sed illa qua deus toto corde tota anima tota virtute diligitur. Ideo hanc nimirum grossis annumerandam. Nec ad sicut quid dixerim pertinere sed ad vineas. Iam qui vinee sunt severiores nobis quam suavitores se exibent in spiritu vehementi agentes, zelantes pro disciplina vitia acerrime corripientes aptantes sibi congruentissime notum illud sigmine eam oderunt te domine oderam.

LXI

Surge amica mea sponsa mea. Sponsam nunc sic nominat, in hoc opere apte admodum vocat nisi modo cum ad vineas itur cum vino circa se appropinquatur. Que cum venerit et perfecta fuerit faciet spirituale coniugium et erunt duo non in carne una sed in spiritu uno. Sequitur columba mea. Illius hymno locum iam exposuimus. Foramina petre vulnera Christi interpretantur recte omnino. Nam petra Christus. Bona foramina que fidem astruunt resurrectionis et Christi divinitatem. In hiis se columba tuetur et circumvolitantem intrepida intuetur accipitrem. Quid non bonum in petra? In petra exaltatus, in petra securus, in petra firmiter sto. Securus ab hoste, fortis a casu. Et hoc quam exaltatum a terra. Anceps est enim et caducum terrenum omne. Conversatio nostra in celis sit et nec cadere nec deici formidamus. In celis petra, in illa firmitas atque securitas est. Petra refugium erinaciis. Et revera ubi tuta firmaque infirmis requies nisi in vulneribus salvatoris. Tanto illic securior habito quanto ille potentior est ad salvandum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus insidiatur. Non cado. Fundatus enim sum supra firmam petram. Peccavi peccatum grande turbabitur conscientia sed non perturbabitur, quoniam vulnerum domini recordabor. Ad admonitionem prophete relinquite civitates et habitabo in petra etc. quia columba nidificans in summo ore foraminis, ut cum Moyse positus in foramine petre transeunte domino mereatur saltem posteriora eius prospicere. Nam faciem stantis, id est incommutabilis claritatem eius videat quis nisi qui introduci iam meruit non in sancta sed in sancta sanctorum? Sic vere non contemptibilis posteriorum contemplatio. Nimirum dignatione sue posteriora demonstret, qualis in gloria dignitatis faciem suam demonstraturus sit. Sublimis in regno sed suavis in cruce. In hac me visione preveniat. In illa adimpleat. Utraque visio salutaris, utraque suavis. Illa in sublimitate, ista in humilitate. Illa in splendore sed in pallore est. Denique et posteriora inquit dorsi eius in pallore auri. Quidni pallescat in morte? Sed melius pallens aurum quam fulgens auricalcum. Scio denique audiat columba mea in foraminibus petre. Quia in Christi vulneribus tota devotione versetur et iugi meditatione demoretur. Inde martiri tolerantia, inde illi fiducia magna apud altissimum. Vultus benignus dux devoti militis vultum et oculos in sua suscipiens vulnera ut illius ex hoc erigat animum et exemplo sui reddat ad tollerandum fortiorem. Quid non sentiet sua cum illius vulnera intuebitur? Sed neque hoc virtutum si exul a corpore dolores non sentiat corporis. Neque hoc facit stupor sed amor. Summittitur enim sensus non amittitur. Nec deest dolor sed contempnitur.

LXII

Columba mea in foraminibus petre, in caverna maceriei. Non tantum in foraminibus petre tutum reperit columba refugium, reperit et in caverna maceriei. Quod si maceriam non congeriem lapidum sed sanctorum communionem acceperis, videamus ne forte cavernas maceriei dixerit angelorum qui ob superbiam lapsi sunt loca, que vacua derelicta quippe que repleri ex hominibus ut tamquam ruine de lapidibus vivis reficiende. Sic puto ad te et si intelligimus angelorum custodiam incessanter maceriei in vinea domini que est ecclesia predestinatorum. Secundum tempore et loco peregrinationis sue duo vel gloriantur. De preterito quidem memoria passionis Christi, de futuro autem quod se inserte sanctorum cogitat et consideret recipiendam. Integra gloria quam non solum quid sibi expectandum sed et unde id sit presumendum novit. Expectatio leta nec dubia, que Christi morte firmata est. Aut placeat ad premium magnitudinem que precii dignitatem considerat. Aut sic id magis placet dicemus has cavernas a studiosis et piis non inveniri sed fieri. Quomodo modo inquis? Cogitatione et aviditate. Cepit nempe in muros maceriei molliores pia interius devotio anime, cepit pura contemplatione dit crebre orationi. Denique oratio iusti penetrat celos. Sunt celi sed non tenebrosi qui enarrant gloriam Dei. Qui satiora bona quadam pietate tenerius seriores viventes inclinantur et sinuatus ad tactum tante devotionis affectibus in sua nos recipiunt in sede quotiens ad eos intentione pulsamus. Licebit itaque unicuique nostrum et hoc tempore vite mortalitatis cavare sibi quacumque parte volet superne maceriei. Nunc quid primarchas revisere nunc se salutare prophetas, nunc se apostolicis miscere choris, sed et beatarum virginum inter et mansiones a minimo angelo usque ad cherubin et seraphin tota mentis alacritate percurrendo lustrare prout quemque sua devotio feret. Apud quos magis afficietur innuente sibi spiritu prout vult sistet et pulsans aperietur ei. Sic fit quod cavitas in montibus vel potius mentibus celestium se utero inflectunt ad pietatem requiescet vel paululum apud illos. Omnis anima sic faciens et faciens et vox Deo grata existit. Faciens ipse puritatem vox ipse confessionem. Vir et devota illi qui eius modi est ostende faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox admirationis in animo contemplantis vox gratiarum actio et delectationis ad modum illius modi cavernis deus exquibus sibi vox resonat gratiarum actionis vox admirationis et laudis. Felix mens qui sibi in hoc maceria frequenter cavare studuit. Sed que in petra felicior. Licet quis cavare et impetrat. Sed ad hoc puriore mentis acie opus est et vehementiori orationis intentione et meritis potioribus. Sed et ad hoc quis idoneus? Nempe ille qui dixit. In principio erat verbum.

Audivit autem ibi ineffabilia que non licet illi loqui. Non utique homini. Nam sibi ista loquebatur a Deo. Vides sic contemplationem depingere mihi dum quod expedit implebium edificationem non potest id vel maxime de sic locundi decorat laudatque. Duo liquet contemplationis genera esse, unum de statu et felicitate et gloria civitatis superne quo vel actu vel otio ingens illa celestium civium occupata sit multitudo; alterum de regis ipsius maiestate, eternitate, divinitate. Illa in maceria, ista in petra. Sed hoc quanto difficilius cavatur, tanto suavius quod inde eruis sapit. Nec verearis illud quod scriptura minatur scrutatoribus maiestatis, tu affer purum et simplicem oculum. Non opprimeris a gloria sed admitteris, si non tuam sed eius quesieris gloriam. Quis dabit mihi pennas sicut columbe et volabo et requiescam? Ibi requiem invenit mansuetus et simplex ubi dolosus opprimitur, elatus et cupidus inanis glorie. Lota columba est et ideo requiescit columba, quia innocens, quia gemens. Columba inquam que in mansuetudine suscipit insitum verbum. Nam quod maiestati attinet mediocrium quidem et in ipsam intendere audeo. Hi quia admittuntur non quia scrutantur. Quis formidolosa scrutator maiestatis, at voluntatis tantum quam pia. Suavis gloria que non aliunde quam de ipsius suavitatis contemplatione prodit quam de divitiarum bonitatis ac multe miserationis inventa. Non me opprimet gloria ista totis licet viribus intendentem si se. Ego potius imprimar illi. Absit autem ut in gloria maiestatis et non magis in voluntatis modestia Dei ab homine conformitas presumatur. Forma quam vide desiderat cum anima dicit: Ostende mihi faciem tuam. Forma est pietatis et mansuetudinis. Huic cum omni fiducia levat ad petram, cum simul est. Quo pacto humilis ab humili confunderetur, a pio sancta, a mansueto modesta? Non plane abhorrebit a puritate sponsi puritas faciei sponse non magis quam a virtute virtus, a lumine lumen. Quod enim tam efficax ad curanda conscientie vulnera, necnon ad purgandam mentis aciem quam Christi vulnerum sedula meditatio? Quantum illi placeat cum puritate etiam mentis predicatio veritatis, ostendit cum sub inde infert: Vox enim tua dulcis. Vox enim non placet vox si displiceat facies. Demonstrat cum illico subdit: Et facies tua decora. In pluribus hoc absque predicationis voce complacuit, illa absque ista in nemine. Impuris severitas non ostendit ut se credit sapor. Quem dicam impurum? Qui laudes requirit humanas, qui non ponit sine sumptu evangelium? Qui evangelizat ut manducet. Impuri sunt tales et tamen non habent unde videant sinceritatem pro impuritatem. Habent tamen unde clam loquentur. Superbo oculo veritas non videtur, sincero patet. Non est quod se veritas deneget intuendam puro cordi, ac per hoc non eloquendam. Nimirum puritate neglecta alii loqui quam videre conati sunt et aut graviter erraverunt nescientes de quibus loquerentur vel de quibus affirmarent, aut turpiter intepuerunt, dum qui alios docerent se ipsos non docuissent.

LXIII

Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. An vos dubitatis longe vigilantiori custodiendas mentibus servandas quam frugibus longe curiosius invigilandum propter illas cavendas spiritualibus nequitias quam capiendis propter istas fraudulentias vulpe clausus? Viro sapienti sua vita vinea est, sua mens, sua conscientia. Nil quippe in eo incultum desertumve in se sapiens derelinquet. Stultus non ita: cuncta apud eum neglecta invenies, cuncta iacentia, cuncta inculta et sordida. Non est vinea ubi nil plantatum, nil elaboratum usquam paret. Tota spinis silvescit et tribulis stulti vinea vita est. Et si fuit iam vita est redacta in solitudinem. Ubi vites virtutis? Ubi botrus boni operis? Ubi vinum letitie spiritualis? Quod stultus mortem potius quam vitam esse censuerim? Quod vita cum stultitia? Arbor arida vertatur nonne mortua iudicatur? Stultus eo ipso quod insulsus vivit, vivens mortuus est. Soli itaque convenit sapienti habere vel potius esse vineam qui vitam habet. Est lignum fructiferum in domo Domini, ac per hoc lignum vivens. Si quidem et ipsa sapientia que sapiens dicitur et est lignum vite est apprehendentibus eam. Est bona vinea viri, immo bona vitis cui virtutes vites, cui actio palmes, cui verum testimonium conscientie, cui lingua torcular expressionis. Vides apud sapientem nature mei sermo, cogitatio, conversatio. Et si quid aliud est ex eo quid in totum Dei agricultura, Dei edificatio Dei est, et vinea Domini sabaoth. Quid denique illi de se ipse possit quam et solum eius non desinet? Certum talis vinee numquam in festinatio vel numquam inopie deerunt. Nempe ubi multe opes multi sunt et qui comedunt eas. Sapiens erit sollicitus servare vineam suam non minus quam excolere. Nec sinet eam vastari a vulpibus. Pessima vulpis occultus detractor, sed non minus nequam adulator et blandus. Cavebit sapiens ab his. Dabit operam sane quantum in ipso est capere illos qui talia agunt, si capere beneficiis atque obsequiis monitis quoque salutaribus, orationibus pro eis ad Deum. Non cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici et item super adulatoris, quousque si fieri potest et illi invidiam et huic simulationem de corde tollat, faciens mandatum sponsi dicentis: Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas. Utinam ego omnes adversantes michi sic caute capere possim ut Christo eos vel restituam vel adquiram. Et cum quis dicat: Propterea timet vindemiam, venit fructuum tempus. Non est ita inquit. Nam vinea nostra floruit. Post flores non est fructuum mora. Parvola ista instantis est temporis. Videtis illos novicios? Super venerunt nuper, cum ista sunt non possumus de ipsis dicere quia vinea nostra floruit. Floret enim. Solum quod in eis videtis flos est, fructuum tempus nondum advenit. Flos novella conversatio, flos formula recentis vite eorum data est. Induerunt sibi faciem disciplinatam et bonam totius corporis compositionem. Placent fateor, que in facie est negligentior vestis, incessus aperte compositus et vestitum. Sermo rarior, vultus hilarior, aspectus verecundior, incessus maturior. Verum quia de novo ista cepere, ista sui novitate flores censenda sunt et spes est fructuum magis quam fructus. Vobis filioli non timemus a fraude vulpium que fructibus magis quam floribus nimirum nocere noscuntur. Ceterum metuo floribus non subreptionem sed ustionem a frigore. Aquilo mihi suspectus est et frigora matutina quorum tempestivo solent perdere flores et prope fructus. Dicendum aperuit quid sint spiritualiter hee vulpes, cur pusille dicantur, cur iubeantur potissimum capi et non ambigi vel occidi, et introducenda nulla gratia harum bestiarum ad maiorem audientium notitiam.

Assum mee promissioni et tutelam.

LXIIII

Capite nobis vulpes parvulas. Vulpes temptationes diverse sunt pro temporum diversitate. Et in primis quidem non nullas teneris floribus plantationum incidenti vel algoris incumbit. Cum meminimus in sermone alio et incipientes ad hanc peste cautos reddimus. Iam vero proficientium sanctionibus, studiis minime quidem sese opponere contrarie sentire a parte audent, sed solent ex occulto insidiari quasi quedam fictu dulcedine vulpecule specie quidem virtutes redeunt vitia. Vidi ego hostem currentem bene et ecce cogitatio. Quantum inquit boni

quo solus fruor si etiam in patria possem utique mihi fratribus cognatis et notis, amantibus me et facile acquiescentibus suadenti. Et ecce dum bonum sentiam quod inesse mihi nisi quod illic procul dubio sanius, ubi fructuosius degam. Aliud placet. Item et pro miser non tam exul ad patriam quam canis reversus ad vomitum, et se perdidit infelix et suorum acquisivit neminem. Sed una vulpecula ista videlicet frustratoria spes quam sibi blanditur in acquisitione suorum. Sicut dum bone proficientis quamquam cum sibi perfectus atque superne gratie senserit interrogari cupit subito adeo delectus predicator, numquid ad parentes et propinquos iuxta illud: Continuo non acquievi carni et sanguini. Sed quasi pluris fructuosius fortiusque passim ad extraneos et ad omnes properatio sine timore prosilitum incurrere maledictum. Si quem magis dito accepit fermentum alicubi in publicum et gesta evangelium facere. Nisi quod in aure audivit predicatur super tecta. Vulpes est absque illa priore eo nocentior quo occultior noveris. Sed capio tibi eam. Primus Moyses dixit: Non arabis in primogenito bovis. Hoc Paulus interpretatus: Non neophitum inquit ne in superbiam elatus. Quid predicabunt autem nisi mittantur? Sed et scimus monachi officium non docere esse sed lugere. Certum est quod publice predicare nec monacho convenit nec novicio expedit nec non misso licet. Quotiens ex monasteriis spiritu fervientes nemini solvendo succepit et aut tepefactos evomuit aut tenuit sed nemini legem non modo remissos sed et dissolutos sicque apparuit vulpeculam astitisse ubi tanta facta vastatio vinee id est vite et sancte hominis detrimentum. Aliud illud quod vos quoque totiens in domo ista et tam gravem inquietatione tabilem loquor quorumdam qui nobis sunt superstitiosum quam abstinentiam ex qua se omnibus sibique omnibus molestos reddunt. Quid non hec ipsa discordia tam gravis et sue simul conscientie dissipatio est, et quam in ipso est grandis vinee huius quam plantavit dextera domini nostri, id est omnium unanimitatis demolitio. Nunc non intendamus vulpes que a sponso dicuntur parvule et tante huic aliis demolientibus vineas parvulas dixerim non malitia sed subtilitate. Absque malitia astucium sicut natura hoc genus est animantis promptum ad nocendum ad nocendum in occulto. Et vitii in quo convenientissime designare subtilissima quedam vitia specie palliata virtutum qualium utique formam per similia ad notitiam exemplis paucas licet iam aliquas tibi pervertit. Nec vero alio nocere queunt nisi quod ipse virtutes virtutum quadam similitudine mentiuntur. Sunt autem unde et parvule eas puto nocere dici quam cum cetera vitia, que quedam corpulentia sui manifesta se produnt, hoc genus pro sui subtilitate aut facile agnosci et nec caveri posse nisi dumtaxat a perfectis et exercitatis et qui habent illuminatos oculos cordis ad discretionem boni et mali, maximeque ad discretionem spirituum qui cum apostolo dicere possint quod non ignoramus astutias sathane ut cogitationes eius. Sed vide ne forte ob hoc a sponso iubeantur non quidem exterminari vel abigi vel occidi sed capi quod videlicet huiusmodi et spiritales dolosasque bestiolas omni vigilantia et cautela observari oportet et examinari et sic capi id est comprehendi malitia sua. Ergo cum proditur dolus cum fraus aperitur, cum convincitur falsitas veritatis tunc dicitur capta vulpes parvula que demoliebatur vineam. Solum hoc malignitatis genus id proprium habet ut agnitum minime noceat. Ita ut agnosci sit illi expugnari. Non sic cetera vitia. Siquidem manifesta nemini manifeste nocent. Scientes capiunt et supplantant reluctantes utpote unum dolo agentia. Solas has vulpes parvulas dissimulatrices maximas quas pro certo iam non nocent si fuerint educte in lucem et capi in calliditate sua. Nam fovea hic tam itaque excellit vulpes iste ut capi iubentur et parvule describuntur. Vel certe parvule nascentia vitia in ipso ortu donec utique parvula sunt vigilanter observantur illico comprehendantur ne crescentia plus noceant et difficilius capiantur. Secundum allegoriam ecclesias vineas vulpes hereses vel potius hereticos ipsos intelligamus simplex est sensus ut heretici capiantur potius quam effugentur. Capiantur dico non armis sed argumentis quibus refellantur errores eorum. Ipsi vero si fieri potest reconcilientur catholice et revocentur ad veram fidem Christi. Itaque homo de ecclesia exercitatus et doctus si cum heretico homine disputare aggreditur illo suam intentionem dirigere debet quatenus ita errantem convincat ut et convertat. Si hereticus non surrexerit de fece ecclesia tamen confirmatas in fide et quid de profectibus sponse sponsus sine dubio gratulatur. Denique ut putatis a se alienam iustitiam illam qui se nobis tam dignanter associat dum iubet capi vulpes non sibi sed nobis secum. Capite inquiens nobis. An non tibi videtur dicere hoc quasi quidam paterfamilias qui pro se non habeat, sed omnia communia cum uxore et filiis et domesticis. Et qui loquitur deus est verumtamen non ut deus id loquitur, sed ut sponsus. Amor dignitatem nescit, dignatione dives, affectu potens, suadela efficax. Quid violentius? Denique semetipsum exinanivit ut scias amoris fuisse quod plenitudo effusa est, quod altitudo adequata est, quod singularitas associata est.

LXV

Duos vobis super uno capitulo disputatum sermones feci nostis iterum. Nam quod ad vineam quod spectat domesticam intendam que vos estis. Satis mea tibi videor in duobus fecisse sermonibus pro monimento illius adversus insidias triplicis generis vulpium qui sunt adulatores detractores ac seductores quidam spiritus assueti mala sub specie boni inducere. Vinea dominice minor non ita. Illam loquor que implevit orbem terrarum cuius et nos portio sumus. Vineam grandem manu domini plantatam, manu redemptam sanguine rigatam, verbo propagatam, gratia fecundatam, spiritu. Ergo plus proprio cura gerens in communi minus profui. Movet me autem pro ipsa multitudo demolientium, eam defendentium paucitas, difficultas defensionis. Difficultatem occultatio facit. Omnis vita inventio. Heretici semper fuerunt captare gloriam de singularitate scientie. Sola ista malignior ceteris et astutior que herbis damnum prius pullulavit alienis procurare gloriam. Negligens certe tibi pates moris dispensationem quorum seriatim non habet. Sunt se nima semper est et non cognoscere feminam nonne plus est quam mortuum suscitare. Quod minus est non potes, quod maius est vis ut credam tibi. Cotidie latus tuum ad latus iuvencule est in mensa, lectus tuus ad lectum eius in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio, manus tue ad manus ipsius in opere, et continens vis putari. Esto ut sis; ego suspicione non careo. Scandalo mihi es. Tolle scandalum quam emendo probes te ut verum evangelii emulatorem. Longe plus nocet falsus catholicus quam si vere appareret hereticus. Cohabitatione virorum et feminarum in his qui nomine continentiam ecclesia nec si non velit scandalizare ecclesiam. Eice feminam. Alioquin ex hoc uno cetera que non a deo manifesta procul dubio credibilia fiunt. Sed quod in inquit evangelii loco non legis prohibitum istud. Prohibet utique plane in evangelio scandalum fieri. Facies autem tu istam non admovendo vix continentie esse. Quid iudicas? Sed si non amovet scandalum si non amovet scandalum cum amovere posset. Evangelii

teneretur cuiusque. Quid facturam ecclesiam nisi ut amoveat illum quid non vult amovere scandalum ne sit simul illi inobediens.

LXVI

Capite nobis vulpes. Ipse sunt que pregrediuntur manifestum demoliant vineam. Non sunt contente deserere vineam et desolatam vineam possint addere exterminationem. Non sufficit hereticis esse quod mali, et hypocrite sunt ut sic supra modum peccans peccatum. Hi oves sunt habitu, astu vulpes, actu et crudelitate lupi. Illi sunt qui boni videri nolunt ne soli sint mali. Verumtamen malitia semper privatam nocuit, nec tamen bonus nisi boni simulatione deceptus est. Scis igitur in malum bonorum boni apparere student mali, nolunt ut plus liceat malignari. Neque enim est apud eos virtutes colere, sed colorare vitia quodam quasi virtutum minio. Quid coronabitur turpitudo? Nichil mihi docet honestatis auctorem. Impugnabitur iniquitas per parvulos continentes. Non est hoc contra salvatorem. Rara in terris continentia et parvulo quesitu ad terras plenitudo illa semetipsam exinanivit. Ecce quomodo de illa omnes accepimus, si solum modo continentibus participium sit? Non est quod ad hoc respondeatis. Sed neque ad illud credo. Si honestati in celis est locus. Non sit autem honesto et turpi consortium sicut non est societas luci ad tenebras. Profecto neminem inmundorum locus in loco salutis manet. Laudant tamen differentes ab aliis mores solos virgines in omnium continentium posse fatentur. Verumtamen quid in hac distinctione vobis asserere possint non video. Nam quod dominus precepit de primis coniugibus qui virgines erant: quid illud queso in nomine preiudicat libertati quo minus et mares et non virgines contrahi liceat. Sed nescio quid se in evangelio mutuo susurrant. Illud credo quod dominus cum premisisset testimonium de genesi, masculum et feminam creavit illos, postea intulit. Sed quod deus coniunxit homo non separet. Hoc intelligunt deus quia virgines ambo erant et iam non liceret separari. Non circa autem ex deo copulatos, secus presumpta. Quis tibi dixit specialiter de eis dictos quia virgines erant? Nam scriptura hoc non loquitur. An non virgines erant inquit. Sed non est id ipsum copulatos virgines et copulatos quia virgines. Tamen cum nec hoc quidem noscas dictum reperies quod virgines erant coniuncti erant. Sexum sane expressa divinitas est non virginitatem, cum dictum est masculum et feminam creavit illos. Merito quidem. Non enim maritalis copula corporum requirit integritatem, sed sexuum aptitudinem. Bene providere ipsum insinuent, quod sexum expressit et virginitatem tacuit, nec dedit occasionem venandi tibi insidiosis vulpeculis. Ut utique libentius forsitan coniunxisti id quoque finxisti. Quid enim si dixisset, virgines creavit illos? Non spiritu continuo obtinuisses solos virgines licere coniungi? fornicasses et reprehenderes dominum prophetie precipientem fornicariam ducere. Nunc autem et occasio deest, et libet gratias hereticis esse. Nunc autem audi quod de eo totum aut confundit aut corrigit, et heresim tuam penitus conterit et confundit. Paulus est qui concedit vidue ut cui vult nubat. Quid manum domini abbreviatis? Quid enim largam benedictionem nuptiarum restringis? Quid premium vendicas virgini quod indultum est secunde? Non concedit hoc Paulus nisi liceret. Ad premium dico concedit. Ait et quoque volo inquit adolescentiores nubere. Nec dubium quin viduas dicit. Quid manifestius? Sed ergo concedit quod licet et vult quod expedit. Abstinent namque hii ut predixit a cibis quos creavit deus ad percipiendum cum gratiarum actione. Hinc quoque hereticos se probantes non sane quia abstinent sed quia heretice abstinent. Nam

at venire noctem quando nemo potest operari. Et haec una
causa quae impedire potest ne inveniatur sponsus a quae-
rentibus, scilicet cum non quaeritur in tempore opportuno. At non
ea impedit sponsam, utpote invenientem et quaerentem in
tempore. Sed nec illa quidem, cum tepide aut negligenter seu per-
functorie quaeritur. Nam corde ardenti et omnino infatiga-
bili quaerit, plane ut decet. Restat ut de tertia videamus,
ne videlicet ubi non decet quaerat. In lectulo meo quaesivi quem
diligit anima mea. An forte non in lectulo quaerendus erat, sed in
lecto? Quippe cui orbis angustus est. Sed non horreo lectu-
lum cui non pepercit. An non lectulus tumulus? An
non lectulus praesepium? An non lectulus uterus vir-
ginis? Merito proinde sponsa ponens lectulum dicit suum,
quoniam omne quod infirmum est Dei non de ipso inest illi manifestum,
sed de nostro ex nobis assumpsit, quae pro nobis sustinuit. In lec-
tulo meo quid? Iam caelum tumulo commutatur et stabu-
lo, et tu illum in tuo adhuc lectulo quaeris? Surrexit, non
est hic. Iam non iacet, sed sedet, et tu tamquam iacenti subsidi-
a paras? Aut sedet iudicans, aut stat adiuvans. Sicut ait Pau-
lus, qui dormiunt nocte dormiunt, et qui ebrii sunt noc-
te ebrii sunt, ita non absurde, ut opinor, dici potest quia qui
ignorant nocte ignorant. Ac per hoc qui quaerunt nocte
quaerunt. Quis enim quaerat quod palam habet? Porro dies pa-
lam facit quod nox abscondit, ut reperias in die quod in
nocte quaesieras. Nox est itaque donec quaeritur sponsus, quia
si dies esset, de medio fieret et minime quaereretur. Et de hoc
satis, nisi forte numerositas sed nocturnum aliquid adhuc quae-
rendum suggerit, quia non noctem sed noctes posuit. Nox est
Iudaica perfidia, nox ignorantia paganorum, nox haeretica
pravitas, nox etiam catholicorum carnalis animalisve conversatio.
An non nox ubi non percipiuntur ea quae sunt spiritus Dei?
Sed apud haereticos et schismaticos quot sectae, quot noctes.

LXXVI

Per vicos et plateas et cetera. Quid magnum est credere quod vide-
tur? Et non negare tuis oculis fidem, quid laudis meretur?
Beati denique qui non viderunt et crediderunt. Proinde ut
evacuetur meritum, subducit se visui, dans virtuti locum.
Sane probatior est dum occultatur scriptura, cum credit quod non
videtur. Si penes se iam servetur dignius quod occultatur in-
dignis. Crede et invenisti. Nam credere invenisse. Sciunt nos-
sequentes actibus fide tenent quod non inveniat fides. Fi-
deles denique Christum beatamque Trinitatem quam non in-
telligo credo et fide teneo, quam non capio mente. Invene-
runt me vigiles qui custodiunt civitatem. Nempe quos in evangelio
Salvator beatos pronuntiat, si cum venerit invenerit vigilan-
tes. Porro cum dicit ita: Spiritus vigilate et orate ut non
intretis in tentationem. Liquet quod absque duplici exercitio si-
delium studio quod custodium non potest esse secura civitas,
non sponsa, non oves. Hoc dictum quaeris? Unum sunt ci-
vitas propter collectionem, sponsa propter dilectionem, oves propter mansu-
etudinem. Non otiose totiens repetitum est Petre amas
me? in commissione ovium. Ego quid significat? Proinde puto
dosi illi dixisset: Tu mihi testimonium tibi perhibente conscientia quod
me amas, hoc est plus quam tua, plus quam tuos, plus quam in-
te, et huius repetitionis modo numerus impleatur, ne quaquam suscipias
curam huius nec te intromittas de ovibus meis pro qui-
bus sanguis utique meus effusus est. Attendite vobis qui
cumque opus ministerii huius sortiti estis, et periculo deposito
quod creditum est. Civitas est: vigilate ad custodiam concor-
diamque. Sponsa est: studete ornatui. Oves sunt: intendi-
te pastui. Et hic tria ad illam trinam Domini interrogationem forte
non incongrue pertinere dicentur. Porro custodia civitatis
sit sufficiens: triplicia erit, a vi tyrannorum, a fraude
haereticorum, a temptationibus daemonum. Sponsae non ornatus
in bonis operibus et moribus et votivis. At pastus ovium com-
munis quidem in pascuis scripturarum tamquam in hereditate Domi-
ni est distinctio in illis. Nam sunt mandata quae duris atque
carnalibus animis imponuntur ex lege vitae et disciplinae, et
sunt olera dispensationum quae infirmis et pusillis corde re-
spectu vitae apponuntur, et sunt aliorum solida fortiaque
quae ex interius capite ponuntur... Et qui exercitatos ha-
bent sensus ad discretionem boni et mali. Ad haec boni solicitique
pastores impinguare pecus non cessant bonis lectis ex-
emplis et suis magis quam alienis. Nam et si alienis et non
suis, ignominia est illis, et pecus ita non proficit. Sed in vo-
bis causa ego qui videor inter vos pastoris gerere curam, no-
bis apposuero Moysi mansuetudinem, patientiam Iob,
misericordiam Samuelis, David sanctitatem, et si qua sunt eiusmodi exem-
pla bonorum, impinguatus ipse et impinguans atque in misericordiis
minime sicut. Eo ut vereor timuit capite venientes, ut nos ven-
tus unde capientes. Bonus pastor hoc quoque curabit, ut
secundum evangelium inveniatur ipse sal in semetipso, sciens
quia sermo sale conditus semper placito ad gratiam, tamen
proderit ad salutem. Ad solam civitatis custodiam opus est
viro forti, ad mores honestandos viro spirituali et corrigendos, quod u-
tique ad decorem pertinet sponsae. Quid non liquido agnoscitur
pervenisse iam fore cum nec ita quidem diligentia disciplinae con-
sistat? Quomodo in pascua divinorum educet eloquiorum
greges ductor pastor propositus? Sed et si doctus quidem fuerit, non
sit autem bonus, verendum ne non tantum infructuosa doctrina re-
ddat quam noceat vita sterilis. Tota itaque et in hac parte hoc boni
subitur absque scilicet pro utique laudabili. LXXVII

LXXVII

Sic expedit fratres. Diximus hesterno sermone quales
in via qua ambulamus vellemus habere duces. Vigilantes mu-
nera nec possumus pro diligere ipsum, quia manus dederunt mi-
nime. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spo-
liare; non est custodire, sed perdere; non est defendere, sed expo-
nere; non est instituere, sed prostituere; non est pascere gregem,
sed mactare et devorare. Per eos precia exigunt et peccatis
dolentium sollicitudinem non impendunt. Quem dabis mihi
de numero praepositorum qui non plus invigilet subditorum vacuis
dis marsupiis quam vitiis exstirpandis? Ubi qui oratione
flectat iram, qui praedicet agnum placabilem Domino? Successores
omnes cupiunt esse, imitatores pauci. O utinam tam vi-
giles reperirentur ad curam quam alacres currunt ad cathe-

dam. Parum est ut sic vigilibus qui non servanti nos in se et pascuis. At vero super muros tuos Ierusalem constitui custodes tota die et nocte in perpetuum non tacebunt. Sed de angelis magis dictum est. Non abnuo: omnes sunt administratorii spiritus. At quis me prohibeat eadem et de istis sentire, qui potentia quidem minime, tamen ipsis angelis impares sunt affectu autem et vita eo nobis forsan commendabiliores existunt quo natura graviores [?]. Bene tecum agitur o mater ecclesia, de celo et de terra veniente auxilium tibi. Qui custodiunt te non dormitant neque dormiunt custodes tui, et angeli sancti vigiles tui, et spiritus et anime iustorum. Non errat qui te ab utrisque inventam sponsam senserit, ab utrisque pariter custodiri. Nam quis negat Sathana cadente de celo Deus complevit [?] ruinam insigne [?] intendimus parte non modica numerositatum. De te itaque omnes consummationem expectant an inimici an defensi [?] sunt. Advertendum quia non ista illos sed illi istam potius invenisse referuntur. Itaque ego superiores ad hoc ipsum studio destinati. Illa querebat sponsum et isti inventum eius plantatores et rigatores qui eam erudirent et confirmarent, illi certam que redderent de dilecto, quem utique eius esse querere et quam diligit anima eius. Et revera quis fidus nuntius ne anime amor nisi verbum in quo veritas adiuvat [?]. Non enim securus a securi sed absque eo inveniar. Quanti putas esse discriminis quem ne dignum pena tamen si domum otiosum tollere? Seductori das manum qui dare dissimulas preceptori, et qui dimittis oves in pascua absque custode, pastor es non ovium sed luporum. Ipse autem det nobis ea que dicta non solum tenere memoriter sed ardenter diligere et efficaciter adimplere, sponsus ecclesie Ihesus Christus.

LXXVIII

Ad verbum inventionis si bene meminimus illo stetimus. Angelorum autem curam ad salutem humanam gratis ministerio utitur Deus. Nonne satis ut ab hominibus angeli diligantur? Nam quia ab angelis homines diliguntur, inde vel maxime adverti potest quod antiqua eius civitatis dampna ex hominibus resarciendum iri angeli non ignorant. Deus nempe facit quod vult sola sua facilitate volendi, sine estu, sine motu, sine preiudicio loci vel temporis vel cause vel expositione [?]. Angelus non absque motu operatur tamen locali, quamvis preter [?] sed estu tamen. Homo autem non ab estu animi nec a motu corporis animique liber est in agendo. Invenere ergo esse que dum que sibi vendicat auctor Deus, inveniuntque nullus omnis auxiliatores et cooperatores suos predestinationem eorum [?]. Predestinatos non dico ab eterno esse sed nec a mundi principio quod non principium habet, sive a tempore illo vel illo ante tempora. Porro creatorem cum tempore. Inspiratio tam in tempore fit ubi et quando vult Deus. Ante secundum predestinationem numquam eorum electorum penes Deum non fuit. Si miratur hoc infidelis audiat quod magis miretur: numquam non grata extitit numquam non dilecta. Frustra vigiles laborassent in predicando si non gratia precessisset.

LXXIX

Num quem diligit anima mea vidistis? O amor preceps, vehemens, flagrans, impetuose, qui preter te aliud cogitare non sinis, fastidis cetera, contempnis omnia preter te, te contentus. Confundis ordines, dissimulas usum, modum ignoras, totum quod opportunitatis, quod rationis, quod pudoris, quod consilii iudiciive esse videtur triumphas in temetipso et redigis in captivitatem. Sic omne quod cogitat ista et quod loquitur te sonat, te redolet, et aliud nichil, ita tibi ipsius et cor vendicasti et linguam. Quasi vero illi sciant quid cogitet ipsa. Et non habet nomen? Quem, nam vero tu et iste quis? Et hec ita dicuntur in singularitatem eloquii et in signum verborum incuriam, quasi sensus sepius textus dissimiles facit appetit [?]. Non illa pensanda sunt sed affectus. Sic ita mihi quod amor senis [?] quem totum sibi voluntatis invenimus [?] in amantem gestat esse materiam, non verbo sit estimandus aut lingua sed opere et veritate. Amor ubique loquitur et si quis horum que leguntur cupit notitiam adipisci, amet. Alioquin non frustra ad audiendum legendumve amoris carmen qui non amat accedit. Quoniam omnino non potest capere ignitum eloquium frigidum pectus. Quomodo enim grece loquentem non intelligit qui grece non novit, nec loquentem latine qui latinus non est, et ita de ceteris, sic lingua amoris ei qui non amat barbara erit. Paululum cum pertransissem eos. Bene paululum quia verbum abbreviatum fecerunt ei simbolum fidei tradentes tradentes [?]. Optabat quidem sponsam transire per eos per quos cognosceret veritatem. Illa enim transisset et post eos non invenisset quem querebat. Atque hoc ipsum sicut [?] dubium non ambigas. Non enim predicaverunt semetipsos sed dominum. Unde et ait: transite ad me. Nec sufficiebat transire sed pertransire docetur, siquidem pertransierat is quem vestigabat. Non enim satis de morte ad vitam transisse sed pertransierat ad gloriam. Credere in resurrectionem transire est, credere et ascensionem pertransire. Donec introducam illum in domum matris mee et in cubiculum genetricis mee. Ita est ex tunc et deinceps non deficit gentis christiane nec fides de terra nec caritas de ecclesia. Venerint flumina, nec verbositate philosophorum nec cavillationibus hereticorum nec gladiis persecutorum potuit ista omnia aut poterit separari a caritate Dei. Patriarcha non te linquit: dimittam nisi benedixeris michi. Nolo inquit benedictionem tuam sed te. Tenui non dimittam, nec immo forsitan ille tenuit vicit cum prebeat dicens: Delicie mee esse cum filiis hominum. Quippe pollicens ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Quid hac copula fortius? Vila [?] duorum tam vehementi voluntate firmata est, tenet fidei firmitate, tenet devotionis affectu. At ne quisque dum tenet se non tenere teneatur. Tenet autem potentia et virtute sua. Tenui enim nec dimittam d. i. i. d. m. m. e. i. c. g. mee. Magna ecclesie caritas que ne emule quidem synagoge suas delicias invidet. Quid benignius ut quem diligit anima sua ipsi communicare sit parata et inimice? Dixit enim se adductam velle se introducere quem tenebat non modo in domum matris sed in cubiculum quod est prerogative uteri [?]. Sufficiebat ad salutem si domum matris [?] ad secretum cubiculi signat gratiam. Hodie autem huic domui salus facta est. Salus domui fit, thalamo delicie recunduntur [?]. Qui ingreditur thalamum sponsus est. Magna amoris potentia: salvator indignabitur exire de domo et hereditate sua, et nunc ad huiusmodi gratiam integratus inflectitur ita ut redeat non modo salvator sed sponsus. Sed ne mirum quia que hac agitur amica sponsa est.

LXXX

Quandam iterum redeamus ad indaganda moralia. Nec enim tamen posse esse pigrum quod nobis commodum fuit. Atque hoc ita agitur ut hoc si que dicta sunt in Christo et in ecclesia verbo animeque eadem moribus assignemus. Sed dicit aliquis quid tu duo ista coniungis, verbum dico et animam? Et verbo multum per omnem modum. Primum quidem quod naturarum cognatio est tanta ut hec imago illa ad imaginem sit. Deinde quod cognationem similitudo testatur. Siquidem non ad imaginem tantum et ad similitudinem facta est. Ostenditur namque id quod ad imaginem est cum imagine convenire, et non inanem pretendere nomen imaginis, quemadmodum nec imago ipsa solo vel vacuo nomine vocatur imago. A recto et magno dico. Habet imago eius ut et ipsa magna et recta sit. Habet anima que ad imaginem, sed ad rectitudinem suam accepit. Illa ad equalitatem. Hinc utriusque

LXXXI

aut creatio aut dignatio contulit illi gratiam. Atque id magnificentie esse non dubium est. Est enim consubstantialis deo ymago sua et omne quod eidem sue ymagini inscriptum uidetur ambobus substantiale est non accidentale. Magnum et rectum ista duo natura a se se discrepare quis nesciat? In ymagine uerbum sicut in hoc solum unum sunt et cum ymagine. Ymagini enim non modo id rectum esse quod magnum, sed etiam id magnum rectumque esse quod esse. Anime non ita et magnitudo eius et rectitudo ipsius diuise ab ea, diuise ab inuicem sunt. Eo anima magna est quo capax eternorum, eo recta quo appetens supernorum. Non plane est recta sed curua cum tamen huiusmodi magna esse non desinat manens utique eterna sic eternitatis capax. Neque enim illius aliquando non capax erit, etsi nunquam capiens fuerit, ut sic quomodo scriptum est utique in ymagine pertransit homo. De capacitate estimatur anime magnitudo, dum uideo quare posset eius capax non foret. Itaque per magnitudinem quidem retentat, perdita rectitudine in ymagine pertransit homo tamquam claudicans pede et factus est filius alienus. De talibus enim reor dictum. Filii alieni mentiti sunt michi. f. a. i. et c. a. semitis suis. Nam filii per retentam magnitudinem, alieni per amissam rectitudinem. Nec dixisset claudicauerunt, si corruerint aut quippiam simile si ex toto homines ymagines exuissent.
De rectitudine liquet quod diuisa ab anima sit et ab anime magnitudine, quamquam et ea non existente et anima immanet et magna. Verum magnitudinis atque diuisionis uerum docebitur. Non enim inde potest uera rectitudinis anime quemadmodum monstrata est cum non sicut rectitudine ita et magnitudine sua priuari anima possit, non est tamen sua magnitudo anima. Nam et si anima non inuenitur absque magnitudine sua, ipsa tamen recta anima reperitur. Quere ubi? In angelis. Inde quippe angeli uel anime magnitudo probatur ex capitu uidelicet eternitatis quod si eo consistit, alium discrepare et rectitudine sua quod ea carere possit. Quid inquit liqueat esse diuisam a sua magnitudine quo sibi proprium uendicare non possit. Item nulla forma id quod est forma. Est autem magnitudo forma anime, forma nec enim ideo non forma quia inseparabilis est illi. Hoc si quidem sunt substantiales differentie omnes. Non igitur sua magnitudo anima sed magnitudinem quidem sua nigredo coruus cum tamen nec coruum sine nigredine unquam reperias. Quomodo non diuiso cum hic in sicco illa subiecto est, et subiecto est. Sola summa et increata natura que est trinitas deus hanc sibi uendicat meram singularitatem quia sine essentie simplicitatem et non aliud et aliud nec alibi quoque et alibi, sed ne modo quidem et modo inueniatur in ea. Super his in concilio quod sub eugenio remis celebratum, tam ipse quam ceteri episcopi [illegible] est domino suspecta expositio illa in libro Gilleberti episcopi pictauensis quo super uerba boetii de trinitate summa quidem atque catholica commentabatur hoc modo pater est ueritas id est uerus, filius est ueritas id est uerus, spiritus sanctus est ueritas id est uerus. O obscuram peruersamque explanationem [illegible] potentius [illegible] dixisset. Pater est uerus id est ueritas, filius est uerus id est ueritas, spiritus sanctus est uerus id est ueritas, et hi tres unus uerus id est una ueritas. Quod si minime tam contra ipsum loquimur, quippe qui in eodem conuentu sententie episcoporum humiliter adquiescens tamen hoc quam certa digna reprehensio inuenta proprio ore dampnauit.

LXXXI

Querimus autem de affinitate ad uerbum, que tanta conuentio tante maiestati et tante paupertati ut in more et amore sponsorum ueluti ex quo se se complecti referantur sublimitas illa et ista humilitas. Quo anima plenius suam agnoscet originem eo amplius erubescat uitam hanc degenerem in uerbo quod peccato uitiatum deprehendit in natura studeat reformare industria. Adiuuat igitur ex hoc diuine ingenuitate similitudinis inesse sibi etiam sue naturalem simplicitatem qua hoc est illi esse quod uiuere, et si non quod bene quod ue beate uiuere, ut sit similitudo non equalitas. Sed deo id esse quod beatum esse. Atque hoc primum et purissimum simplex. Secundum autem simile est huic, id uidelicet hoc esse quod uiuere, atque hoc anime est. Ex hoc et si inferiori gradu ascendi potest, non modo ad bene sed etiam ad beate uiuendum, non quod uel tunc sit hoc esse quod beatum esse illi qui eo peruenit, quatinus ita se per similitudinem uerum etiam per dignitatem semper in omnia ostendat dicant. Domine quis similis tibi? Bonus enim anime gradus ex quo et solo ascenditur ad uitam beatam. Vita anima est uiuens quidem sed non aliunde quam se ipsa, ac per hoc non tam uiuens quam uita uere proprie de ea loquamur. Inde est quod infusa corpori uiuificat illud ut sit corpus de uite presentia non uita sed uiuens. Unde liquet ne unio quidem corpori id uiuere esse quod esse, cum esse et minime uiuere possit. Anima hominum in eo dignitatis creata est uita anima, simplex a simplici immortalis ab immortali, ut non sit longe a summo gradu, id est quod beate uiuere est in quo solus stat beatus et solus potens, rex regum et dominus dominantium. Accepit itaque in sua conditione anima et si non esse posse tamen esse beata summi propinqua gradum quidem licet appetitus pertingeret tamen. Ceterum similitudinem equalitatem tenuit. Immortalis est anima et in hoc inchoatiuus uerbo similis equidem sed non equalis. Siquidem tamen super excellit immortalitas diuinitatis ut apostolus dicit de deo qui solus habet immortalitatem. Ut ego reor propter eo dixit quod solus sit a natura immutabilis deus qui ait. Ego dominus et non mutor. Vera namque et integra immortalitas tamen non recipit mutationem quam nec finem, quia omnis mutatio quedam mortis imitatio sit. Ceterum immortalis anima est, quam cum ipsa sibi uita sit sicut non est quo cadat a se sic non est quo cadat a uita. Verum cum gestat suis affectibus mutari eam agnoscat tali se deo immortalitate dissimilem ut sciat sibi deesse non ad modicum immortalitatis partem. Non mediocris tamen anime dignitas presenti disputatione comperta est qua gemina quadam in ueritate nature uerbo appropiare uidetur simplicitate essentie et perpetuitate uite. Nec non tertium in signum similem ne minus uerbo animam facit et forte etiam plus arbitrii libertas. Hoc est plane diuinum quiddam prefulgens in anima tamquam gemma in auro. Ex hoc nempe inest illi nec bonum quidem et malum necnon inter uitam et mortem sed et michi inter lucem et tenebras et cognitio iudicii et optio eligendi. Et si qua sunt alia que similiter esse animi istorum sese e regione respicere uideantur. Michi inter ipsa censorius quidam arbiter huius anime oculus diiudicat et discernit sicut arbiter in discernendo ita in eligendo liber. Vnde et liberum nominat arbitrium quod liceat uersari in his pro arbitrio uoluntatis. Inde homo ad promerendum potis est. Ut enim uideo laudatur non ille tamen qui potuit non facere bona et fecit, ita malo non caret tantum ille qui potuit non facere mala et fecit, quam qui potuit facere bona nec fecit. Ubi autem non est libertas, nec meritum. Unde a natura solus homo non patitur et ideo solus inter animantia liber. Et tamen interueniente peccato patitur quandam uim et ipse, sed a uoluntate non a natura, ut nec sic quidem ingenita libertate priuetur. Quod enim uoluntarium et liberum. Et quidem peccato factum ut corpus quod corrumpitur aggrauet animam sed amore non mole

Nam quod surgere anima per se iam non potest que per se cade
re potuit voluntas in causa est: que corrupti corporis viciato
ac vicioso amore languescens et iacens amorem iusticie ut
tunc non admittit. Voluntas enim est que se cum esset libera
servam fecit peccati peccato assentiendo. Voluntas vero homini
est que sub peccato tenetur voluntarie serviendo. Vita quidem
implicitatur perpetua quadam retinetur simplicitatem im
mortalitatem libertatem. Et hoc nobis liquido appare
iam arbitror animam per ingenuam atque ingenitam similitudi
nem que in his tamen extrinsecus claret non pariter cum ver
bo hic assimilatam sponso esse. LXXXII.

Quid nobis videtur et cetera. Non liberius profecto quod nobis u
tile putet. Nature simplicitati non prescribit duplicitas
cordis non nature inmortalitati mors aut voluntaria
peccati aut necessaria corporis non arbitrii libertati necessitas volun
tarie servitutis. Ita bonis nature mala adventitia dum
non succedunt sed accedunt turpant utique ea non exterminant
conturbant non deturbant. Inde dissimilis anima deo
unde dissimilis est et sibi. Unde comparata iumentis insipientibus et
similis facta est illis. Sed homines tamen insipientes duplicitatis
et fraudis fomitem habent et quam insipientes peccatum se fecerunt per
tot insipientum etiam. Quo sibi plus anima displicet in malo
quod in se videt: eo se ardentius ad bonum quod eque in se conspicit
habitare cupiat atque fieri ad quod facta est simplex et recta ac timens
deum et recedens a malo. De gratia presumens est non de natura
sed nec de industria quidem. Nempe sapientia vincit maliciam non
industria vel natura. Si quidem veniente quod perfectum est evacua
bitur quod ex parte est. Eritque ad alterutrum casta et consumma
ta dilectio, agnitio plena, visio manifesta, coniunctio firma,
societas individua, similitudo perfecta. LXXXIII.

Quantum quidem regularis hora permisit et cetera. Exigit deus
timeri ut dominus, honorari ut pater, ut sponsus amari. Quid in
his prestat quid eminet? Nempe amor. Absque hoc et timor
penam habet et honor non habet gratiam. Servilis est timor quamdiu
ab amore non manumittitur. Et qui de amore non venit honor
non honor sed adulatio est. Sed quidem soli deo honor et gloria sed
horum accepta habebit neutrum deus si melle amoris condita non
fuerint. Ipse se sufficit, ipse se placet et propter se. Ipse meritum ipse
premium est sibi. Amor preter se non requirit causam non fruc
tum. Fructus eius usus eius. Amo quia amo. Amo ut amem.
Magna res est amor si tamen ad suum recurrat principium si sue
origini redditus si refusus suo fonti semper ex eo sumat
unde iugiter fluat. Solus est amor ex omnibus anime moti
bus sensibus atque affectibus in quo potest creatura et si non
ex equo respondere auctori vel de simili mutuam rependere vi
cem. Ubi gratia? Si mihi irascatur deus numquid ego similiter
irascar? Non utique sed pavebo sed contremiscam sed veniam
deprecabor. Ita si me arguat non redarguetur a me sed ex
me potius iustificabitur. Nec si me iudicabit iudicabo ego
eum sed adorabo. Et salvans me non querit a me ipse salva
ri. Nec vicissim eget ab aliquo liberari qui liberat omnes.
Si dominatur: me oportet servire. Si imperat me oportet parere et non
vicissim a domino vel servitium exigere vel obsequium. Nunc iam
videas de amore quam aliter sit. Nam cum amat deus non
aliud vult quam amari. Quippe non aliud amat ut ametur
sciens ipso amore beatos qui se amaverint. Magna res amor
sed sunt in eo gradus. Sponsa in summo stat. Amant enim et
filii sed de hereditate cogitant quam dum verentur quoquo
modo amittere: ipsum a quo hereditas expectatur plus reve
rentur minus amant. Suspectus est mihi amor cui ali
ud quid adipiscendi spes suffragari videtur. Infirmus est
qui forte spe subtracta aut extinguitur aut minuitur. Impu
rus est qui et aliud cupit. Purus amor mercenarius non
est. Purus amor de spe vires non sumit. Nec tamen diffiden
tie dampna sentit. Sed anima diligit creatura quam minor
est tamen si ex tota se diligit nichil deest ubi totum est.

Non plane pari ubertate amant amans
et amor, anima et verbum, sponsa et spon
sus, creatura et creator, non magis quam sitiens
et fons. Quid ergo peribit propterea? Ex toto [illegible]
evacuabitur nuptiarum votum desiderium su
spirantis ardor [illegible] amantis [illegible]
vel fiducia quia non valet ex equo currere cum
gigante, dulcedine cum melle certare, le
nitate cum agno, candore cum lilio, claritate
cum sole, caritate cum illo qui caritas [illegible]

Quoniam dictum est michi ut me ipsum *Incipit lib. de spu. aie. et spc.*
cognoscam, sustinere non possum ut me lateam incog
nitum. Magna namque negligentia est nescire quid illud
sit quo celestia tam profunde cogitamus, quo naturalia tam
subtili indagatione investigamus et de ipso quoque creatore
nostro tam sublimia declaramus scire. Non est res peregrina sed
longe querenda animus quo ista sapimus sed semper est nobis
cum adest. Tractat loquitur et tamen ista nescitur. Datum est
illi tam ingenium rerum secreta scire et se ipsum agnoscere non
potest. Paucis siquidem est licet ipso animo animum cernere id est ut
ipse se animus videat. Fieri autem non potest quoniam divina provi
dentia ut inveniendi facultas desit religiosis animis se ip
sos et deum suum pie caste ac diligenter querentibus. Secedo red
dam me mihi et domino meo cui imprimis me debeo et videbo
quid sit animus et que patria eius. *Quid sit animus.*

Animus est substantia quedam rationis particeps regendo corpori
accommodata. Animus sapientia illustratus et suum principium
respicit et se ipsum cognoscit et quam sit indecorum ut extra
sese querat quod in se ipso possit invenire intelligit. Cor
poreis vero passionibus consopitus et per sensibiles formas extra
semet ipsum abductus oblitus est quid fuit et quia nichil ali
ud fuisse se meminit: nichil preter quod videtur esse credit. Solo
sensu circa corpora et per imaginationem circa corporum similitu
dines atque locorum versatur et in eis sive vigilando sive dormi
endo. Cum vero ab hac distractione per purum intelligentie
ascendens in unum se colligit rationalis dicitur. Ratio sane quod
est animi aspectus quo per se ipsum verum intuetur. Ratiocinatio
autem rationis inquisitio. Ergo illa opus est ad videndum et
ista ad inquirendum. Animus invisibilis est. Neque enim aliter
invisibilia cernere potuisset. Visibilia per corpus videt et invi
sibilia per se. Et in eo se videt quod invisibilem se esse videt. Vide
tur tamen in corpore per corpus. Sicut sensus in littera manet
et per litteram videtur, animus corporis dominator rector habitator
videt se per se. Per se ipsum semet ipsum videt. Non querit auxi
lium corporalium oculorum, immo vero ab omnibus corporis sensibus tam
quam impedientibus atque perstrepentibus abstrahit se ad se
ut videat se in se ut noverit se apud se. Sed cum vult deum
agnoscere elevat se super se mentis acie. Non enim aliquid
tale deus est qualis est animus. Nec tamen videri nisi ab animo po
test. Nec ita videri ut animus potest. Immutabilis quidem
virtus est sine defectu subsistens. Non talis est animus sed deficit et
proficit. Novit ignorat meminit obliviscitur modo vult
modo non vult. Diversis cogitationibus atque consiliis huc atque
illuc vagatur. Considerando spectat omnia, videt absentia
transmarina visu ambit et penetrat aspectu abdita scru
tatur et uno momento sensus suos per totius orbis fines et
mundi secreta circumfert. Descendit ad inferna ascendit
inde. Versatur in celo, adheret Christo, coniungitur deo. Ipse sed
quid est eius potentia et intentio ad cuius similitudinem factus est
Quisquis igitur se talem reddi desiderat qualis a deo factus est, id est si
milem deo, redeat ad se et stet in se et sit intus semet ipsum
et apud semet ipsum querat et videat unde sit homo ex
qua parte sui factus sit ad imaginem dei. *Ex quibus constat homo*

Ex duabus substantiis constat homo, anima et carne. Anima cum
ratione carne cum sensibus, sed quos tamen sensus non movet
caro absque anime societate. Anima vero rationale suum tenet

sive cive. Est siquidem rationabilis, concupiscibilis, irascibilis. Per rationabilitatem huiusmodi nature est illuminari ad aliquid cognoscendum infra sese, angelum in se, iuxta se, et quicquid celi ambitu continetur infra se. Per concupiscibilitatem et irascibilitatem huiusmodi est affici ad aliquid appetendum vel fugiendum, amandum vel odiendum. Et id de rationabilitate omnis sensus anime oritur, et de aliis omnis affectus. Affectus vero quadripertitus esse dinoscitur: dum de eo quod amamus iam gaudemus vel gaudendum speramus, et de eo quod odimus iam dolemus vel dolendum metuimus. Et ob hoc de concupiscibilitate gaudium et spes, de irascibilitate dolor et metus oriuntur. Hi enim quatuor affectus anime omnium sunt vitiorum atque virtutum quasi quedam principia et omnium materia. Affectus siquidem omni operi nomen imponit. Et cum virtus est sicut mentis bonum opposite componendi et instituendi atque ordinandi sunt anime affectus ad id quod debent et quomodo debent, ut virtutes perficere possint. Alioquin in vitia facile convertentur. Dum ergo prudenter, modeste, fortiter et iuste amor et odium instituuntur, in virtutes exurgunt: prudentiam scilicet et temperantiam, fortitudinem atque iustitiam, que quasi originales atque cardinales sunt omnium virtutum. Et hec omnia cum affectuose et virtuose in anima instituuntur, per odium mundi et sui perficit in amorem dei et proximi, et per contemptum temporalium et inferiorum erexit in desiderium eternorum et superiorum. Sensus vero anime unus est in anima et quod ipsa. Et cum corpus non sit, corporeus dicitur, quia corpus non sine eo sentit, vel quia corporeis exercetur instrumentis. Unde et ob multitudinem instrumentorum quibus perficitur, cum in se non sit nisi unus, unus per se varia exercitia variatur et varie nuncupatur. Dicitur namque sensus, imaginatio, ratio, intellectus, intelligentia. Et hec omnia in anima non aliud sunt quam ipsa. Alie et alie vires sive proprietates propter varia exercitia, sed una essentia rationalis et una anima. Proprietates quidem diverse, sed essentia una. Secundum exercitium multa sunt, secundum essentiam non unum sunt in anima et id quod ipsa. Et sicut mundus iste visibilis quinque partita quadam distinctione est ordinatus, terra scilicet, aqua, aere, ethere sive firmamento, ipso quoque summo celo quod empireum vocant, sic anime in mundo sui corporis peregrinanti quinque progressus sunt ad sapientiam: sensus scilicet, imaginatio, ratio, intellectus et intelligentia. Quinque etenim progressionibus rationabilitas exercetur ad sapientiam, et quatuor affectibus ad caritatem excitatur. Quatuor in se istis progressionibus in semet ipsa perficiens anima sensu et affectu, quasi mentis quibusdam pedibus, que sursum vivit sursum ambulet usque ad cherubim, id est usque ad plenitudinem scientie, et regnum caritatis. Sciat quod anima per exercitium virtutes quarum facultates habet per naturam, et vos progressus nominibus et ordinibus angelorum aptare prudenti lectori relinquo. Facile siquidem erit ei si sciat aptare sensum, qui primus nuntius anime est, angelis, qui tamen nuntii vocantur. Imaginationem, que prima eius sensus sapit, archangelis. Timorem virtutibus. Dolorem potestatibus. Sunt enim in mente supplicior pretermissis et dolore peccatorum compunctus contemptus mundum et se ipsum, cum se ipsum facit virtutibus miracula, atque cum potestatibus fugat demonia. Magis namque est contempnere se ipsum quam mundum, quem multi propter vanitatem contempserunt. Rationem autem assignamus principatibus. Nam sicut illi presunt et principantur subiectis spiritibus, sic et sensibus atque affectibus. Amorem sive gaudium dominationibus. Recte namque anima dominatur cum omnes amat et de profectu omnium gaudet. Intellectum thronis. Throni sedes dicuntur, quia in eis deus sedet. Intelligere etiam debemus quam in cordibus nostris visitat per fidem, habitat per spem, visitat per contemplationem, visitat per pacem et dilectionem, quam deus est pacis et dilectionis. Intelligentiam aptamus cherubin. Illi namque spiritus tanto perfectiore scientia pleni sunt, quanto claritatem dei vicinius contemplantur. Intelligentia quoque eius anime est que immediate deo supponitur. Cernit siquidem ipsum et que in ipso sunt. Spem sive desiderium seraphim. Deus namque spes omnium finium terre, cui inherent tota vita desiderat, et in quem seraphin prospicere desiderant, tota spes nostra et desiderium nostrum est.

Anima ad similitudinem totius sapientie facta omnium in se similitudinem gerit. Unde et a philosophis diffinita est omnium similitudo. Habet siquidem in se unde quibus omnia intelligat et omnibus similis existit. Cum sit una, similis est terre per sensum, aque per imaginationem, aeri per rationem, firmamento per intellectum, celo celorum per intelligentiam. Similis est etiam lapidibus per essentiam, arboribus per vitam, animalibus per sensum et imaginationem, hominibus per rationem, angelis per intellectum, deo per intelligentiam. Et sicut deus omnibus est capabilis, sic anima omnium capax est. Capabilis et perceptibilis est deus omnibus, quia naturam suo modo et ubi eo innite ab omnibus participatur ad essentiam qua sunt, et secundum illam ad proprietatem qua ab aliis differunt, et secundum vitam quod ad congruum usum quo perficiuntur. Tria hec omni existenti insunt, que quedam vestigia sunt eterne imaginis et immutabilis trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Essentia quippe est in patre, species in imagine, usus in munere. Essentia est in patre, quia pater non habet patrem de quo sit; filius de patre est ut sit atque ei coeternus sit. Imago eius est. Imago enim si perfecte implet illud cuius imago est, coequatur est illi. Species est in imagine, id est pulcritudo, congruentia, equalitas, prima et summa similitudo, et summa vita, primus et summus intellectus. Usus est in munere. Munus patris et filii, scilicet spiritus sanctus. Usus quod in munere est, id est delectatio, gaudium, leticia, claritas, dilectio. Ille namque ineffabilis complexus patris et imaginis non est sine perfectione, sine caritate, sine gaudio. Sicut in illa trinitate summa origo est rerum omnium, perfectissima pulcritudo et beatissima delectatio. Nobis autem omnis divinitatis usus est ex munere. Quodam modo namque quasi apertior nobis esse videtur spiritus sanctus, nexus patris et filii, munus ex ipso. Munus enim est omnibus usus gratie cum patre et filio. Ipse enim regenerandi et consolatur, et perducit etiam ad Christum, quem ipse simul sine macula et ruga tradet regnum deo et patri. Sicut a patre per filium et spiritum, vel potius in spiritu, divina ad nos descenderunt. Pater siquidem tradidit filium suum quo redimeret servos, misit spiritum sanctum quo servos adoptaret in filios. Filium dedit in pretium redemptionis, spiritum sanctum in privilegium adoptionis. Se denique totum servat hereditatem adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat, cum maior est eius misericordia quam nostra miseria. Et quicquid ad eum toto corde clamamus exaudiet, quia misericors est. Dominus siquidem inde ei peccatori veniam dare quam ipsi peccatori accipere. Sic enim festinat absolvere reum a tormento conscientie sue, quasi plus cruciet illum compassio miseri, quam ipsum miserum passio sua. Capax est anima omnium, quia per rationabilitatem ad cognitionem et per concupiscibilitatem ad dilectionem universitatis capax invenitur. Sunt enim in anima et sunt id quod anima naturalis sensus cognoscens omnia et diiudicans omnia, et naturalis affectus quo suo ordine et gradu diligat omnia. Verum per has facultates et cum vitium

Hugo. Cum ostendet animam rationalem non in [illegible] corpus dari et tamen manifeste hic ipsum corpus prius quam humanam formam acciperet, et ipso [illegible] motu [illegible] ad hanc ipsam formam perveniret [illegible] animam rationalem accipiant corpus humanum [illegible] sensualem [illegible] et [illegible] formam [illegible] perficiat. An cum [illegible] nec [illegible] femini et [illegible] rationalis anima non [illegible] cum illa [illegible] a prima conceptione [illegible] irrationalis in humana forma de [illegible] nascitur [illegible] irrationalibus distant conceptu quod de humano semine [illegible]. Sed fides catholica [illegible] assertionem non recipit [illegible] animam [illegible] ostendit quam in [illegible]

cognoscendi et diligendi. Sed ex natura cognitionem tantum habet, et voluntatem dilectionis nequaquam habet nisi ex gratia. Deus siquidem ad mentem rationalem sicut eius imaginem suscipit in cognitionem et amorem. Vasa namque que creatrix sapientia format ut sint, adiutrix gratia replet ne vacua sint, si sterilia non operantium invenerit.

Anima est substantia rationalis intellectualis a deo facta spiritualis, non ex dei natura, sed potius creatura ex nichilo facta, ad bonum malumque est convertibilis, et ideo aliquatenus est mortalis in quantum videlicet mutari et a voluntate dei cuius participatione beata fit alienari potest, et aliquatenus immortalis quoniam sensum quo ei post hanc vitam vel bene vel male sit amittere non potest. Non pro actis ante carnem gestis meruit ut in carnem includeretur ut quidam voluerunt, sed nec ideo potest esse in homine sine sorde peccati nisi a Christo fuerit liberata. Dum enim anima ad corpus venit ubi si dei eius preceptum agere vellet, mercedem acciperet eterne vite atque societatis angelorum. Si autem contempneret, penas inextinguibiles inveniret sui doloris quorum sibi ignis esset.

Anima ex eo dicta est quod ad vivendum animet corpus, hoc est vivificet. Spiritus ipsa est anima pro spirituali natura, vel pro eo quod spiret in corpore appellatur. Spiritus et anima idem sunt in homine, quamvis aliud anima notet et aliud spiritus. Spiritus namque ad substantiam dicitur et anima ad vivificationem. Eadem est essentia, sed proprietas diversa. Nam unus et idem spiritus ad se ipsum dicitur spiritus et ad corpus anima. Spiritus est in quantum est rationis predicta substantia rationalis; anima in quantum est vita corporis, dicitur ut dictum est. Qui perdiderit animam suam salvam faciet eam, id est quicumque propter deum presentem vitam que nunc corporis vivificatione exercetur temporaliter mortalis quasi liberius despexerit, in futuro eandem corporis non solum aliam verum eternam et immortalem recipiet. Humana anima dum in corpore est et spiritus, et extra corpus anima pariter et spiritus vocari potest. Non due anime sensualis et rationalis, altera qua homo vivat et altera qua, ut quidam putant, sapiat, sed una eademque anima in semet ipsa vivit per intellectum et corpus sensificat per sensum. Humanum namque corpus nec vivere nec nasci sine rationali anima potest. Vegetatur tamen et movetur, crescit et humanam formam in utero recipit priusquam rationalem animam recipiat, sicut et virgulta et herbas sine anima moveri et incrementum habere videmus. Duplex quidem est vita anime: alia que vivit in carne, alia que vivit in deo. Duo siquidem sensus sunt in homine, unus interior et unus exterior, et uterque bonum suum habet in quo reficiatur. Sensus interior reficitur in contemplatione divinitatis, sensus exterior in contemplatione humanitatis. Propterea enim deus homo factus est ut totum hominem in se beatificaret, et tota conversio hominis esset ad ipsum, et tota dilectio esset in illo, cum a sensu carnis videretur per carnem et a sensu mentis per divinitatis contemplationem. Hoc erat totum bonum hominis ut sive ingrederetur sive egrederetur pascua in factore suo inveniret, pascua foris in carne salvatoris et pascua intus in divinitate creatoris. Hoc bonum magnum sensuum est malum. Quando preterito bono quo utebantur carent, egressa extra anima ad bona aliena que foris erant et pactum fecit cum delectationibus seculi, requiescens super illas, non attendens absentiam boni sui interioris eo quod consolationes illas certe teneret in bonis alienis. Nam cum exterior sensus carnalis bono utitur, interior sensus mentis quasi obdormit. Non enim agnoscit bona interioris sensus cum iocunditate exteriorum bonorum capitur. Nam qui in carne vivunt in carne sentiunt

et dolores carnis fugit in quantum potest. Vulnera autem anime prius ignorat nec medicinam querit in eis. Cum autem mortuus fuerit sensus anime quo vivit in carne, tunc vivificari incipiet sensus ille quo sentiet semet ipsam, et tunc sciet dolores suos et sentire incipiet vulnera sua, tanto gravius quanto prius. Magis enim nocet malum quo magis est intimum, et magis prodest bonum.

Spiritus multis modis dicitur. Dicitur namque spiritus deus, et aer iste, et flatus aerius qui a corde recipitur et inde per totum corpus emissus mortalium vitam flatu necessario continet. Iste tamen spiritus vere dici anima non potest, quia aeris varietate dissolvitur. Dicitur spiritus anima sive hominis sive pecoris. Dicitur spiritus rationalis mens, ubi est quidam tanquam oculus anime ad quem pertinet imago et cognitio dei. Oculus anime est mens ab omni labe corporis pura. Mentis aspectus est ratio, intellectus visio. Tria hec omni anime necessaria sunt, id est ut sanos oculos habeat, ut aspiciat, ut videat. Sanos oculos habet cum a mortalium cupiditatibus est purgata atque remota. Aspicit cum in dei luminis contemplationis oculos figit. Videt cum in illa contemplatione aspicit. Certa sunt gaudia, certa leticia, certa serenitas et certa iocunditas. Sanitas facit illam securam, aspectus rectam, visio beatam. Cum enim ab omni fece fuerit vitiorum maculisque diluta, tunc se demumque in se ipsa liberrime tenet et metuit sibi metuere. Avi(?) nulla sua culpa. Quia cum agitur et timor ingenti quadam et incredibili fiducia pergit in deum, id est in ipsam contemplationem, in ascensu aspectum siquidem rectum sequitur ipsa visio dei, qui est finis aspectus. Sic anima prius sanatur, sanata introducitur, introducta reficitur. Spiritus etiam est quedam vis anime mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Nec iste spiritus corpus est, sed corpori similis. Que enim spiritu videntur non sunt corporalia sed corporibus similia. Facies siquidem hominum et nobis formulentur(?), nota est, et in memoria nostra habet imaginem suam incorporalem quidem sed corpori similem. Mundi quoque istius visibilis pulcritudo et nobis foris posita est, et in memoria nostra habet imaginem suam incorporalem quidem sed corpori similem, ad quam recurrimus cum clausis oculis eam cogitamus. Quod enim est ad corporis sensum aliquod corpus in loco, hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria, et quod est intentio voluntatis ad corpus visum visionemque copulandam, hoc est eadem intentio voluntatis ad copulandam imaginem corporis que est in memoria et visionem cogitantis. Ille spiritus dicitur factus ad imaginem et similitudinem dei, in quo est cognitio veritatis et amor virtutis. Imago siquidem est in cognitione, similitudo in dilectione. Imago ex rationalis, similitudo quia spiritualis. Habet siquidem veritati multa imposita(?) substantia rationale ingenium quo ratiocinamur, intelligimus et sapimus, spiritus dicitur. Hunc autem spiritum apostolus mentem vocat ubi ait: Renovamini spiritu mentis vestre, id est mente. Sic enim aliud est spiritus mentis quam mens, sicut corpus carnis nichil aliud est quam caro.

Mens dicitur a meminisse. Mene autem luna grece. Et sicut luna crescit et deficit et varia multitudine commutatur, et in eo tamen quod fuit quadam perfecta novitate se restituit, sic mens unius cuiusque(?) similis fuerit, tunc decidit in infima. Unde sese referens sibi vires(?) sua redarguit, et in ad corporalia regenda deflectitur modo eternis rationibus inspiciendis vel consulendis adhereat. Ratio siquidem est mentis aspectus quo bonum malumque discernit, virtutes eligit deumque diligit. Mens universorum capax et omni

nota quid sit ymago et similitudo

[illegible]

verum similitudine investigata. Omnia ergo dicta naturali quadam potentia et naturali dignitate. Sentio invisibiles rerum causas per intelligentiam comprehendo, et visibiles actualium formas per sensuum passiones colligo, et sic per sensus ad sensibilia exeo, et sic per intelligentiam ad invisibilia ascendo. rerum similitudines ad seipsam trahit; praesentia cognoscit, absentia intelligit, ignota inquirit, et inventis versatur. Rationale et intellectuale nomen quo nominantur intelligentia et capiuntur mentem dicimus, quae ita facta est ad imaginem Dei ut nulla interposita natura ab ipsa veritate formetur. Mens enim ex eo dicta est quod eminet in anima; quae dignitior siquidem animae vis est a qua procedit intelligentia. Per intelligentiam veritatem ipsam veritatem diligit, per sapientiam diligit. Sapientia namque est amor boni. Sapientia sapor boni, a sapore siquidem dicitur. Mentis visio est intelligentia, gustus sapientia. Illa contemplatur, ista delectatur. Cum ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde ymaginatio, ratio, post ea intellectus, intelligentia, et in summo est sapientia. Summa namque sapientia Deus est. Sapientia hominis est pietas, id est cultus Dei.

Sensus ea vis animae est quae rerum corporearum corporeas percipit formas praesentes.

Ymaginatio est ea vis animae quae rerum corporearum corporeas percipit formas, sed absentes. Sensus namque formas in materia percipit, ymaginatio extra materiam. Et ea vis quae extrinsecus formata sensus dicitur, eadem usque ad intimum transducta ymaginatio vocatur. Ymaginatio namque de sensu oritur et secundum eius diversitates ipsius quoque variatio. Multa videt anima carnalibus oculis, multa etiam fantastica ymaginatione concipit, et ubique quo distenditur, movetur, erigitur, et fluctuare videtur. Non a se egrediens sed in semetipsa tamen in magno percurrens spacio vagatur. Non exit ad illa sed tractatibus sibi illa repraesentat. Haec si quidem in se quamdam latitudinem, longitudinem et altitudinem. Nam per caritatem Dei et omnes fideles sibi complectitur, per meditationem universa quae a principio mundi usque ad finem Deus pro nostra salute operatus est metitur, per contemplationem quae sursum sunt caelestia contemplatur.

Ratio ea vis est animae quae rerum corporearum naturas, formas, differentias, propria et accidentia percipit, omnia incorporea, sed non extra corpora nisi ratione subsistentia. Abstrahit enim a corporibus quae fundantur in corporibus, non actione sed consideratione. Natura nempe ipsius corporis secundum quam omne corpus est, nullum corpus utique est.

Intellectus ea vis animae est quae invisibilia percipit sicut angelos, daemones, animas et omnem spiritum creatum.

Intelligentia ea vis animae est quae immediate supponitur Deo. Cernit siquidem ipsum summum verum et vere incommutabile. Sic anima sensu percipit corpora, et ymaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritum increatum. Et quidquid sensus percipit, ymaginatio repraesentat, cogitatio format, ingenium investigat, ratio iudicat, memoria servat, intelligentia comprehendit, et ad meditationem sive ad contemplationem adducit.

Ingenium ea vis animae est sive intentio qua se extendit anima et exercet ad incognitorum cognitionem. Ingenium ergo exquirit ignota, ratio discernit inventa, memoria recondit iudicata, et offert adhuc iudicanda. Sic fit ascensus ab inferioribus ad superiora, et una a sensibus dependent. Intellectus namque quaedam ymago et similitudo est intelligentiae, est ratio intellectus. Totius firmamenti spatium etiam supremum corporis corpus, id est ignis, quadam dissimilitudine iungitur; et ignis aeri, aer aquae, aqua terrae. Sensus informat ymaginationem, ymaginatio rationem, et facit scientiam sive prudentiam. Rursum rationem occurrens divina praesentia informat eam, et facit intelligentiam sive sapientiam. Est namque ratio quaedam ad supera et caelestia intendens, et ideo dicitur sapientia; et est quaedam ad transitoria et caduca respiciens, et vocatur prudentia. Sed duo ex ratione sunt et in ratione consistunt, et dividit se ratio in duo, sursum et deorsum: et sursum in sapientiam, deorsum in prudentiam, quasi in virum et mulierem, ut vir sit superior et regat, mulier inferior et regatur. Verumtamen melior est iniquitas viri quam benefaciens mulier. Melior siquidem est tunc per caelestem desiderium accessus cum ei rectum ei subtrahendo affligit, quam cum per carnalem affectum resolvens per omnia quae modo sunt facilis ei facere contendit.

Sensus vivatur exterius, quia oculus carnis quamvis ex natura habeat facultatem videndi, nunquam tamen consequitur per se visionem, vel auris auditum nisi beneficio exterioris lucis. Homo ymaginatio vivatur inferius, quia ex sensibilibus concipitur. Ratio vivatur interius, quia quod rationalis ex dono creatoris habet ad agnoscendum verum et diligendum bonum, tanquam radio interioris lucis sibi perlustratur et calore succenditur, in quantum consequitur sapientiae seu caritatis officium. Intellectus et intelligentia vivantur superius, quia Deus et ignis et lux est: lux quidem splendorem emittens ex se quem retinet in se, illuminat intelligentiam ad agnitionem veritatis; ignis vero de se calorem emittens sed non amittens, inflammat affectum ad amorem virtutis. Et sicut solem non videt oculus nisi in lumine solis, sic verum ac divinum lumen videre non potest intelligentia nisi in ipsius lumine. Domine, inquit propheta, in lumine tuo videbimus lumen. Cum enim mortale hoc induerit immortalitatem et corruptibile hoc induerit incorruptionem, tunc mente praeter et corpore spirituales effecti secundum modulum nostrum per vitas illuminationis omnia sciemus, et per corporis incorruptibilis levitatem ubique utique esse poterimus. Volabimus mente per contemplationem, volabimus corpore per incorruptionem, discernentes mente et corpore. Tunc sensus nostri corporei revertentur in rationem, ratio in intellectum, et intellectus in intelligentiam, intelligentia mutabitur in Deum. Sensu visibilia percipimus, et ymaginatione continentur visibilium ymagines et similitudines. Ad rationem pertinent visibilium rationes et diffinitiones et invisibilium investigationes. Ad intellectum et ad intelligentiam spectant spiritualium et divinorum comprehensiones et contemplationes. Sensus vero et ymaginatio ad rationem non ascendunt, sed in suis remanentes eam aliquatenus ducere possunt, et quasi longe quaedam ostendere ad quae non possunt pervenire. Simul quadam proportione intellectum et intelligentiam ratio iuvare potest, sed ad statum eorum non valet ascendere, quia metas suas et proprios fines habet quos transcendere non potest. Sensum et ymaginationem cum certis animalibus communiter habemus. Vident siquidem visibilia et ymagines recordantur; in quibusdam et sensibus nos superant, quamvis tamen sint irrationabiles. Aliis quibus inest natura esse in intellectu aliquid amplius datur in sensu; et e contrario tanto maior naturalis iudicatur homo excedens rationis quanto maiorem defectum patitur sensualitatis. Ratio autem unde incipit? Ubi aliquid occurrit quod nobis cum aliis non sit commune. Quaedam ergo sunt infra rationem, quaedam iuxta rationem, quaedam

supra rationem. Infra rationem sunt quae sensu percipimus, sicut dura et mollia, calida et frigida, candida et nigra. Juxta rationem sunt et prima ratione quae ratione percipimus, sicut commoda et incommoda, vera et falsa, justa et injusta. Vel siquid est animi motus nisi vitiis accidens neque a se dividens. Supra rationem sunt quae nec sensus docet nec ratio persuadet, sed aut divina revelatione comprehendimus aut scripturarum auctoritate credimus, sicut Deum in una substantia trinum et in tribus personis substantialiter unum. Deus siquidem est vera immutabilitas ita quod in nullis singulorum motibus rationis non sua aequalitate quod non est in deteriora aliqua.

Anima est spiritus intellectualis, rationalis, semper vivens, semper in motu, bonae malaeque voluntatis capax. Secundum benignitatem creatoris atque secundum officium sui operis variis nuncupatur nominibus. Dicitur namque anima dum vegetat, spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, dum intelligit mens, dum discernit ratio, dum recordatur memoria, dum consentit voluntas. Ista tamen non differunt in substantia quemadmodum in nominibus, quoniam omnia ista una anima sunt: proprietates quidem diversae, sed essentia una. In spiritu et anima potest esse differentia, quia omnis anima spiritus est, sed non omnis spiritus anima. Animae duplices actiones sunt: alio namque conatu erigitur ad Deum, atque alio inclinatur ad carnem. Inclinatur autem sic, cum sit substantia invisibilis videri non potest, sed per potentias suas se extendit et ostendit. Per concupiscibilitatem namque appetit, per irascibilitatem contemnit, et per rationabilitatem inter utrumque discernit. Tota animae essentia in his potentiis suis consistit, nec per partes dividitur, cum sit simplex et individua, et si aliquando per eas hujus distinctionis potius similitudinis cum unitate compositionis intelligenda est. Simplex substantia est anima, nec aliud nec minus est ratio in substantia quam anima, nec aliud nec minus est ira vel concupiscentia quam anima, sed una eademque substantia secundum diversas potentias diversa sortitur vocabula. Has potentias prius antequam corpori misceatur naturales siquidem sunt ei, nec aliud sunt quam ipsa. Tota namque substantia animae in his tribus plena et perfecta consistit, id est in rationabilitate, concupiscibilitate et irascibilitate, quasi quadam sua trinitate, et tota haec trinitas quaedam animae est unitas et ipsa anima. Deus est omnia sua, et anima quaedam sua habet siquid naturalia, et ipsa omnia est. Potentiae namque ejus atque vires idem sunt quod ipsa. Habet accidentalia, et ipsa non est; sive vires est, sive virtutes non est. Non enim est sua prudentia, sua temperantia, sua fortitudo, sua justitia. Potentiae animae sunt rationabilitas, concupiscibilitas et irascibilitas. Vires sunt sensus, imaginatio, ratio, memoria, intellectus et intelligentia. Potentiae etiam dici possunt vires, et vires potentiae.

Quibusdam affectibus et quadam amicitia anima corpori conjungitur, secundum quam amicitiam nemo carnem suam odio habet. Sociata namque illi, licet ejus societate praegravetur, ineffabili conditione diligit illud. Amat carcerem suum, et ideo liberari non potest. Doloribus ejus vehementer afficitur. Formidat interitum quem mori non potest; timet defectum quem per naturam non potest deficere. Colorum speciebus depascitur, sonoris delectatur auditibus, suavissimis jocundatur odoribus, larga epulatione reficitur, totis his rebus insatiabilis, cum tamen moerore affligitur si subtrahantur. Hinc est quod non mirum surripiunt vitia carnis rationi, dum anima dilecto corpori indulgentius intendendo locum nolens perdere peccato. Per sensus quoque progreditur anima ad corpus movendum et vivificandum. Novem namque foramina sunt in humano corpore quibus secundum naturalem contemperantiam influit et effluit omne quo idem corpus vegetatur et regitur. Sunt etiam utriusque quaedam similia, corporis scilicet supremum et spiritus infimum, in quibus sine naturarum confusione personali tamen unione facile necti possunt. Similia enim gaudent similibus. Itaque anima quae vere spiritus est, et caro quae vere corpus, in suis extremitatibus facile et convenienter uniuntur, id est in phantastico animae, quod corpus non est sed simile corpori, et sensualitate carnis, quae fere spiritus est, quia sine anima fieri non potest. Sicut enim supremum animae, id est intelligentia, sive mens, imaginem et similitudinem sui gerit superioris, id est Dei, unde et ejus susceptibilis esse potuit et ad unionem personalem etiam cum ipse voluit absque ulla demutatione naturae fuit, sic supremum carnis, id est sensualitas, animae gerens similitudinem ad personalem unionem ejus essentiam suscipere potest. Nec illud mirum est, cum etiam in sensu et memoria pecudes quaedam hominem imitantur, et rationabilitatis et in appetitu voluntatis et in his quae refugit reprobationis. Spiritus namque corporeus, qui utique vere est corpus, et sensu naturali vim vitae discernit et incorruptibilitatis eligit, et natura mutabilitatis repellit. Haec siquidem corporea vita quosdam gradus incrementorum quibus ad imaginem summae vitae proficit. Primus enim gradus corporeae vitae est sensificatio. Secundus per sensum ingrediens imaginatio. Tertius per imaginationem conceptorum memoria. Quartus secundum sensuum passiones quaedam sibi discretivae intelligentiae prudentia, in qua quidem quasi rationis imago est et nulla ratio est. In his omnibus corporea vita spiritualem vitam imitatur: primum in eo quod sentit, secundum in eo quod sensum concipit, tertio in eo quod concepta retinet, quarto in eo quod sive in imaginationibus sive in sensibus retentis secundum quandam rationis similitudinem sibi ad appetendum sive ad fugiendum se inflectit. Convenientissima autem media sunt carnis et animae sensualitas carnis, quae maxime ignis est, et phantasticum spiritus, quod igneus vigor dicitur. Et quidam loquentes de anima dixerunt: Igneus est illi vigor et caelestis origo. Unus conditor carnis et animae, spiritus vitae et limus terrae. Sic enim scriptum est: Fecit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, dans ei sensum et intellectum, ut per sensum limum sibi sociatum vivificaret, et per intellectum regeret; et ut per intellectum intus ingrederetur et contemplaretur Dei sapientiam, et per sensum foris egrederetur et contemplaretur opera sapientiae; intellectum intus illuminaret, sensum foris decoraret, ut utrobique refectionem inveniret, intus ad felicitatem, foris ad jocunditatem. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt, utile est homo ab exterioribus ad interiora redire et ab inferioribus ad superiora ascendere. Tantae siquidem dignitatis est humana conditio ut nullum bonum praeter summum ei sufficere possit. Plenum fuit miraculum quod tam diversa et tam divisa ab invicem ad invicem potuerunt conjungi. Nec minus mirabile fuit quod limo nostro Deus se ipsum conjunxit, ut sibi invicem unirentur Deus et limus, tanta sublimitas et tanta vilitas. Nihil enim Deo sublimius, et nihil limo vilius. Mirabilis igitur conditio prima fuit, mirabilior secunda; nec minus mirabilis erit tertia, cum homo et angelus et Deus unus erit spiritus. Eodem namque bono bonus est homo quo bonus est angelus, eodemque bono uterque est beatus, si tamen ambo id ipsum eadem voluntate eodem scilicet spiritu cupiunt. Si enim tam dispersam naturam carnis et animae ad unam foederationem et amicitiam Deus conjungere potuit, nequaquam erit ei impossibile rationalem spiritum, qui usque ad consortium terreni corporis humiliatus est, cum eodem corpore glorificato ut sit ei gloriae quod fuit sarcinae, ad consortium beatorum spirituum qui in

sua puritate per scripturam exaltare atque ad sue glorie parti-
cipationem sublimare. Ad hoc siquidem sola caritate nulla
necessitate illum creavit altissimus ut sue beatitudinis par-
ticipem faceret. Si ergo tam grandi bono et tanta letitia est vita
ista temporalis que constat ex presentia spiritus in corpore corrup-
tibili, quanta letitia et quantum gaudium erit in vita eterna que
constat ex presentia divinitatis in spiritu rationali. Subiciatur ergo cor-
pus animo, animus deo, et unus spiritus erit cum eo. Tantum sit in
humilitate per famulatum et gloriam sui creatoris per quam
glorificandus est agnoscit.

Exterius et interius constat homo et utrumque bonum suum habet
in quo gaudet et exultat. Bonum anime est deus cum affluen-
tia dulcedinis sue. Bonum carnis est mundus cum habundan-
tia iocunditatis sue. Sed mundus iste exterior est, deus autem
interior. Felicia(?) enim eo interius et interius eo presentius. Interior est
omni re quia in ipso sunt omnia. Exterior est omni re quia ipse est
super omnia. Ab mundo ergo revertentes ad deum et quasi ab imo
sursum ascendentes per nosmet ipsos transire debemus. Ascen-
dere enim ad deum hoc est intrare ad semet ipsum et non solum ad
se intrare sed ineffabili quodam modo in intimis se ipsum tran-
sire. Qui enim interius intrans et intrinsecus penetrans se ip-
sum transcenderit ille veraciter ad deum ascendit. Ab huius
mundi distractionibus cor nostrum colligamus et ad interna
gaudia revocemus, ut si cor nostrum semper tenere non possu-
mus, saltem ab illicitis et vanis cogitationibus restringamus
ut aliquando in divine contemplationis lumine figere valeamus.
Hoc est enim requies cordis nostri cum in dei amore per desiderium
figitur. Hec est vita cordis nostri cum deum suum contemplatur
et ipsa sua contemplatione suaviter reficitur. Et dulce est ei sem-
per ad contemplandum quam ad amandum et laudandum semper est
suave. Sic enim ad beatam vitam presentius(?) ubi quasi re-
cluso clausis carnalibus sensibus exteriori tumultu mundique ex-
tra positum(?) quem per amorem mentis semet ipsum convertit(?). Alienum quasi ef-
fectum a mortalium cupiditatibus sibi soli et deo loqui.

Cum anima sic in corpore per subtiliorem
naturam corporis sui, id est per ignem et aerem, que in ipso quoque
mundo precellentia sunt corpora et deo magis spiritui similia,
corpus administret. Ista si quidem priora excipiunt mo-
tus anime vivificantis eo quod in corpore nature sunt pro-
pinquiora quam humor et terra, ut ad eorum ministerium proximum
tota moles administretur. Sicut enim sine his duobus
nec in corpore sensus est nec ab anima spontaneus corporis
motus. Ignis enim et aer quia levia sunt movent terram et aquam
que gravia sunt. Unde et corpora etiam post anime disces-
sum moveri videntur, quia ignis et aer qui diu per anime presen-
tiam tenentur in corpore terreno et humido, ut omnium mix-
tura fiat temperatio, post eiusdem anime abscessum ad supera
evadunt ac sese expediunt. Corpus autem compositum est. Sic
fit corpus constat ex officialibus membris et officialia ex
similibus, similia ex humoribus, humores ex cibis, cibi
ex elementis et mixtis. Hoc est anima sed in istis tamquam in orga-
nis agit, et per hec corporis consulit, et tunc vivit in qua factus
est homo in animam vivam. Que cum temperata et ordinata
fuerint, congruunt vivificationi et numquam recedit anima. Si
vero distemperata et confusa fuerint, invita recedit anima,
secum trahens omnia: sensum, imaginationem, rationem, intel-
lectum, intelligentiam, concupiscibilitatem et irascibilitatem, et ex hiis secundum
merita afficitur ad delectationem sive ad dolorem. Corpus vero
quod prius utroque tamquam organum contemperatum et dispo-
situm in melos musicum in se continebat et tactum resona-
bat, nunc destructum et inutile exangue iacet. Anima vero
recurrentibus ad regiones suas elementorum partibus non habet
ubi vires suas exerceat; requiescit ab hiis tam motibus qui-
bus corpus per tempus et locum movebat, ipsa per tempus et
localiter mota tamquam si organum perierit, sed non melos nec quo
organum movebat. Anima in deum et corpus posita per tem-
pus movetur vel reminiscendo quod oblita fuerat vel discendo
quod ignorabat vel volendo quod nolebat; per locum autem
non movetur, quia per loci spatia non distenditur. Deus
autem corpore non egreditur sic, nec loco ut alicubi, nec tempore
ut aliquando, nec causa ut alicunde, nec forma ut aliquo modo, sed
aliquo genere sibi quo subsistat vel cui assistat.

Habet anima quandam propriam naturam omnibus hiis
mundane molis elementis excellentiorem, que veraciter non
potest in aliqua fantasia corporalium imaginum, quas per sen-
sus carnis percipimus, cogitari, sed mente intelligi vitaque senti-
ri. Intelligi potest, videri non potest. Non enim est corpus,
nec deus, nec vita sine sensu qualis est in arboribus, nec vita
sine rationali mente qualis est in animalibus, sed vita et vita presen-
tis quidem minor quam angelorum et futura quam angelorum, si cum
precepto creatoris hic vixerit. Preceptum eius est ut in dilectio-
ne maneamus. Io. xv. Manete in dilectione mea. Per
dilectionem namque rationabilem creaturam sibi copulavit ut
eum semper habeat et in ipso maneat, de eo, in eo delectans, gau-
dens et exultans. Per dilectionem creatori suo et sibi invicem ratio-
nalis creatura copulata est. Solum quippe est dilectionis vincu-
lum quod ligat utrosque in id ipsum. Per amorem dei omnes a
adherent(?), per amorem proximi omnes ad invicem unum sunt,
ut bonum omnium fiat singulorum, et quod quisque in se non habet
in altero possideat. Caritas est via dei ad homines et via homi-
num ad deum. Per caritatem namque venit deus ad homines,
venit in hominem. Factus est homo per caritatem. Homines
deum diligunt, deum eligunt, ad deum currunt, ad deum perveni-
unt. Sic familiaris est deo caritas ut ipse mansionem habere
nolit ubi caritas non fuerit. Si ergo caritatem habes, deum habes,
quia deus caritas est. Miser ego quantum diligere deberem deum
meum qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram.
Non eram et de nichilo me fecit, non lapidem, non arborem,
non avem vel aliquid de animalibus, sed hominem voluit me esse,
dedit michi vivere, sentire, discernere. Perieram et ad morta-
lem descendit, mortalitatem suscepit, passionem sustinuit,
mortem vicit et sic me restauravit. Perieram et abieram
quam in peccatis meis venumdatus eram. Venit ille post me
ut redimeret me, et tantum dilexit me ut sanguinis sui preci-
um appenderet pro me. Tali quidem pacto et reduxit me de
exilio et redemit de servitio. Nomine suo vocavit me
ut memoriale sui semper esset apud me. Unxit me oleo le-
titie quo ipse erat unctus, ut ab uncto esset unctus et a Christo
diceretur christianus. Sic sic gratia eius et misericordia semper prevenit
me. De multis namque periculis sepe liberavit me liberator me-
us. Cum errabam reduxit me, cum ignorabam docuit me,
cum peccabam corripuit me, cum tristabar consolatus est me,
cum desperabam confortavit me, cum cecidi erexit, cum steti
tenuit, cum ivi duxit, cum veni suscepit. Hec et multa alia
fecit michi deus meus de quibus dulce erit michi semper
loqui, semper cogitare, semper gratias agere, ut pro omnibus bene-
ficiis suis possim eum laudare et amare. Cum enim cunctis sic
presidens singulos impleat, ubique presens cunctorum curam a-
gens et tamen singulis quasi omnibus providens, ita totum ad custo-
diam meam occupatum video ac si ego sim custodiam me-
am stabo(?), quasi omnium oblitus sit et michi soli intendere velit.
Semper enim se presentem exhibet, semper se paratum offert.

sine paratum invenit. Quocumque iero mecum non me deserit, nisi ego prior eum deseram. Ubicumque fuero non recedit, qui ubique est, ut quocumque iero inveniam eum cum quo possim esse. Quicquid fecero presens assistit, ut pote perennis inspector omnium cogitationum, intentionum et actionum mearum. Cumque hec diligenter considero, timore pariter et ingenti rubore confundor, quia illum ubique mihi presentem et omnia occulta mea videntem vereor. Multa enim sunt in me de quibus coram oculis eius erubesco, et pro quibus valde displicere illi timeo. Nec pro his omnibus quid illi rependam habeo nisi tantum ut diligam. Non enim melius nec decentius quam pro dilectione rependi potest quod pro dilectione datum est. Hec preter rem dixisse videor, sed forte non preter utilitatem illis qui mecum sentiunt quod ego sentio.

Anima presentia sua corpus vivificat, et sic colligata est ei, ut nec cum velit se inde segregare possit, nec retinere cum iussionem creatoris audierit. In vita siquidem anime vita corporis consistit, et de morte corporis descendit mors anime. Sicut enim anima vita sua facit carnem viventem, et de fonte sue nature irrigat animando, sic caro per tutelam materie sue animam suis cupiditatibus illectam alligatam occidit. Et cum altera nature videatur altera, transit unaqueque in mutuas naturas, ut non carnem possidens anima virtutibus suis possideret, ut animam carnalem caro victrix eius efficiat. Anima tamen de morte nichil timere potest nisi per vitia ei preparatum fuerit. Nec caro aliquid de vita retinere potest nisi ab anima fuerit irrigata. Nec altera in alterius naturam transire potest nisi anima vitiis infecta aut a virtutibus deserta fuerit. Digne est magistra anima, qua artibus docetur egredi et disciplinis instruitur omnibus, ut divina capiat et humana tueatur, atque sic tota anima decentius excellat, ut pote rationalis substantia. Sed enim proprie est anima substantia, id est rationalis, id est spiritus rationalis. Immortalis est anima, ne a creatoris sui similitudine discrepare videatur. Non enim poterat esse ymago et similitudo dei, si mortis termino clauderetur. Secundum quendam modum vite quem nullo modo amittere potest immortalis est. Secundum quandam vero mutabilitatem qua potest vel melior vel deterior fieri mortalis est, et dicitur mortalis, quia cum beate vite perdidit, licet misere vite amittere non possit. Hoc respectu incorporea et dei corporea est. Nichil enim invisibile et incorporeum natura credendum est preter solum deum, id est patrem et filium et spiritum sanctum, qui eo incorporeus et invisibilis dicitur quia infinitus et incircumscriptus est, simplex et sibi omnibus modis sufficiens, et se ipso et id ipsum et eum ubique sit in semetipso immutabilis et incorporeus esse denotatur. Omnis vero rationalis creatura corporea est. Angeli et omnes virtutes corporee, licet non carne subsistant. Et ex eo intellectuales naturas corporeas esse dicimus, quia loco circumscribuntur, sicut et anima humana que carne clauditur. Que ideo et esse in loco et localis dici potest, in loco quia, dum alicubi presens est, localis quia, dum alicubi presens est, totum alibi non est. Non habet tamen corporalem divisionem nec corporalem circumscriptionem, cum corporalis quantitatis expers est. Dicitur quia per presentiam et operationem in loco concluditur localis et non localis dicitur. Verumptamen non sicut corpus cum suis locum spatiorum mensuris et finibus alligatur, respectu incorporee nature que summe et immutabilis est. Ubicumque est corpus, est anima, cum tamen aliquid non est ipsa. Non tamen per loci spatium ita sistitur vel movetur ut maiore sui parte maiorem locum et breviore breviorem, minor quam sit in parte quam in toto. Per omnes siquidem corporis particulas tota simul adest, nec minor in minoribus et in maioribus maior, sed alicubi intensius alicubi remissius, et in omnibus tota et in singulis tota est. Sicut enim deus ubique est totus in toto mundo et in omni creatura sua, sic anima ubique est tota in toto corpore suo, tanquam in suo quodam mundo, intensius tamen in corde et cerebro, quemadmodum deus precipue dicitur esse in celo.

Insensibilis et incorporea est anima. Si enim visibilis esset, corporea esset, et si corporea esset, per partes suas divisibilis esset, neque tota simul in uno loco esse posset. Nunc autem corpus aut simul totum tangi potest aut simul totum tangere potest. Anima vero in quibuscumque suis motibus et actibus tota simul adest. Tota videt et tota visorum meminit, tota audit et tota sonorum reminiscitur, tota odorat et tota odorem recolit, tota per linguam et per palatum sapores sentit et discernit, tota tangit et dura et mollia, tota simul apponit vel tangit aut calida vel frigida, summo tamen digito tota discernit. Tota est visus, tota est auditus, tota meminit, et cum tota meminit tota est memoria, et cum tota vult tota est voluntas, cum tota cogitat tota est cogitatio, cum tota diligit tota est dilectio. Potest namque ex parte cogitare et ex parte di[ligere].

Habet anima affectiones quibus exercetur ad virtutes. Dolor namque de preteritis, timor de suppliciis, desiderium de premiis, gaudium de presentibus. Quatuor etiam sunt virtutum genera: hee sunt virtutes quibus instruitur et armatur contra vitia. Prudentia namque scit quid debeat facere, temperantia [contra] prospera, fortitudinem contra adversa, iustitiam. Quia scilicet quid cuique debeat reddere prudentia est scire; quid possit fortitudo; facere quod possit temperantia; non presumere quod non possit iustitia. Non velle preter eum possit, prudentia est in eligendis, temperantia in utendis, fortitudo in tolerandis, iustitia in distribuendis. Prudentie est in potentium appetere et in prospero nil iniustum velle facere; temperantie est nil turpia tamen agere, et quicquid agimus vel cogitamus ad rationis normam dirigere; fortitudinis est terrenas cupiditates et non tamen reprimere sed penitus obliviscenti; iustitie est omnem animi cogitationem ad solum deum dirigere eumque tantum querere, cum nichil aliud sit sola mentis attentione. Habet etiam anima sacramentales virtutes quibus initiatur, id est fidem, spem, baptismum, unctionem, confirmationem et cetera quibus deo consecratur. Habet et virtutes quibus perficitur et quibus deo coniungitur, et est humilitas, puritas, caritas. Humilitas eam deo subicit, puritas iungit, caritas unit. Habet quoque anima vires quibus corpori coniungitur, quarum prima est naturalis, secunda vitalis, tertia animalis. Et sicut deus creavit et vivificat et per se omnia tenet, omnia implet, omnia sustinet, omnia superexcedit et circumplectitur, sic anima his tribus viribus per totum corpus diffunditur, non localiter distensione, sed vitali intentione. Naturalis virtus operatur in epate sanguinem et alios humores quos per venas ad omnia corporis membra transmittit et unde augmentatur et nutritur. Vis ista quadripertita est. Dividitur namque in appetitivam, retentivam, expulsivam et distributivam. Appetitiva que necessaria sunt corpori appetit; retentiva sumpta detinet donec ex illis iustis digestio fiat; expulsiva nociva et superflua expellit; distributiva bonos bonorum ciborum humores omnibus membris distribuit prout cuique expedit. Ista vires habet omnia per partia(?) et id corporis esse videntur, sed anime.

Vis vitalis est in corde que ad obtemperandum fervorem cordis aerem hauriendo atque reddendo vitam

et salutem toti corpori tribuit. Aer namque puro sanguine purificatus per totum corpus impellitur per venas pulsatiles, quae arteriae vocantur, et quarum motu temperantiam atque distemperantiam cordis physici agnoscunt.

Hic animalis est in cerebro, et inde facit quinque corporis sensus, et voces edere, membra movere. Tres namque sunt ventriculi cerebri: unus anterior, a quo omnis sensus; alter posterior, a quo omnis motus; tertius medius inter utrumque, id est rationalis. Quinque sensus corporis sic fiunt: quod est in corpore subtilissimum, et ob hoc animae similius, id est lux, primum per oculos ipsa diffunditur, emicatque in radiis oculorum ad visibilia contuenda; deinde mixtura quadam, primo cum aere puro; secundo cum aere caliginoso atque nebuloso; tertio cum corpulentiore humore; quarto cum terrena crassitudine, quinque sensus cum ipso sensu oculorum perficit, ubi ipsa sola excellit. Ubi sensus qui in sola facie praelocati sunt, ideo scriptum arbitror, quod in faciem Deus insufflavit homini spiraculum vitae, cum factus est in animam viventem. Anterior quippe posteriori merito praeponitur, quia ista ducit et illa sequitur; ab ista sensus et ab illa motus, sicut consilium praecedit actionem. Iste vivit, vivere tamen corpus efficit, anima dici potest, quia ab anima in corpore fuit, nec sibi nec ei praeest.

In prima parte cerebri vis animalis vocatur phantastica, id est imaginaria, quia in ea corporalium rerum similitudines et imagines continentur; unde et phantasticum dicitur. In media parte cerebri vocatur rationalis, quia ibi examinat et iudicat ea quae per imaginationem repraesentantur. In ultima parte vocatur memorialis, quia ibi commendat memoriae ea quae ratione iudicata.

Aliud utique est in nobis quo ipsa corpora sentimus, quinque videlicet corporis sensibus factum. Aliud quo non corpora, sed corporibus simillima cernimus, et ubi nos ipsos non aliter quam similes corporibus intuemur. Aliud quo ea nec corpora nec corporum similitudines conspicimus, sed illa sive res quae nullas habent imagines sui similes, sicut est Deus, et ipsa mens rationalis sive intelligentia vel ratio, sicut etiam virtutes prudentia, iustitia, castitas, caritas, pietas, et quaecumque aliae sunt quas intelligendo vel cogitando, id est pertractando, discernimus et diffinimus. Porro anima si corpus esset, corporea esset, quoniam omnis similitudo corporis corpus est. In dormiente enim, id est in somniis, tibi velut corpus apparebit, nec id corpus tuum sed anima tua; nec illud corpus, sed similitudo corporis tui. Iacebit enim corpus tuum, ambulabit illa; tacebit lingua corporis tui, loquetur illa; clausi erunt oculi tui, videbit illa; et in membris tota et integra cernetur similitudo carnis tuae. In hac similitudine quasi per loca cognita vel incognita discurrit, et sentit laeta vel tristia. Anima etiam mortui sicut dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit seu bona seu mala, non tamen corporalia sed corporalibus similia, quibus animae corporibus exutae afficiuntur seu bene seu male, cum et ipsae sibi corporibus similes sibimet appareant. Sunt tamen et vera laetitia et vera molestia facta de substantia spirituali in vita spirituali. Certum namque est quandam spiritalem naturam in nobis esse, ubi corporalium rerum similitudines aut formantur aut formatae ingeruntur, sive cum praesentia aliquod corpus sentimus seu tangimus, et continuo eius similitudo in spiritu formatur et memoriae reconditur; sive quae absentia iam nota vel quae non novimus cogitamus, ut inde informetur quidam spiritalis intellectus. Innumerabilia quoque pro arbitrio et opinatione fingimus, quae vel non sunt vel esse nescimus. Innumerabiles quoque et variae formae rerum in animo nostro versantur vel cum aliquid facimus vel facturi sumus. Aliquando et spiritu rapiente tollitur anima in huiusmodi videnda seu bona seu mala. Multa quoque intentione cogitationis vel aliqua in morbo, ut freneticis per febrem accidit, seu commotione animi atque aliis causis, sive boni sive mali, tot corporalium rerum imagines in spiritu exprimuntur, tamquam corpora ipsius corporis sensibus praesentantur, ut absentia videantur adeo tamquam in praesentia, et quaedam sunt tamquam per oculos aliorum documentis, et multa vana vel aliquid significantia. Unde saepe imagines rerum corporalium tanta expressione vel praesentantur in somnis, quanta ipsa corpora praesentantur vigilantibus, ut inter visionem dormientium et suam commixtionem vigilantium non discernatur. Et continuo eis etiam movetur, et etiam per ipsum somnium vel contra licitos mores concumbere videatur, et quia naturaliter collectum est per genitales vias emittatur. Hunc motum casti et vigilantes cohibent et refrenant; dormientes autem id non possunt, quia in potestate non habent corporalium imaginum expressionem, quia caro naturaliter moveatur et sequitur quod eum motum sequi solet, quod sine peccato a vigilantibus fieri non potest. Sic in spiritu et corporalium rerum imagines apparent et multa pro arbitrio finguntur, ut pro arbitrium demonstrantur. Ipsa namque anima aliquando motu proprio semper in motu est, quia per corpus non sentitur vel non plene sentitur corporalia sentire vel ad corporalia intentionis dirigere corpore sopito; spiritu corporalium similitudines aut ipsa agit, sicut et imagines corporum cogitando et se ipsa versare assolet, aut obiectas intuetur cum iis videndas aliquo spiritu assumitur.

Anima est substantia spiritualis, simplex et indissolubilis, invisibilis et incorporea, passibilis atque mutabilis, carens pondere, figura et colore. Non est credenda pars substantiae Dei, nec de substantia Dei, vel de quatuor elementorum materia, sed ex nihilo esse creata, scilicet ex semine ipso, et Deus eam fecisse, nec tamen mortalis vel mutabilis autem ipsa esse. Si autem ex elementis facta fuisset, corporea esset; cum sit incorporea, ignotum habet originem; initium habet, finem non habet; et cum sit spiritalis naturae, nec habet in motu concretionem terrenum vel humidum, aerium vel igneum, nec habet colorem, nullo loco continetur, nullis membris circumscribitur, nullo spatio finitur. Sic enim est cogitanda et intelligenda sicut sapientia, iustitia et ceterae virtutes ab omnipotente creatae. Haec anima invisibilis est et invisibilis in corpore manet, et de corpore invisibilis egreditur. Per corpus corpora videt, sicut caelum et terram et quae in eis continentur, sunt oculis visibilia; spiritu corporum similitudines intuetur. Quicquid enim corpus non est et tamen aliquid est, recte spiritus dicitur. Potentia occulta quaedam in spiritu utitur anima, ut intuitu corporum et ipsas corporalium rerum similitudines in spiritu videat; intellectu ea quae nec corpora nec corporum formas habent conspicit, sicut est iustitia et sapientia, et ipsa mens et omnis animae affectio bona. Ista tria genera visionum manifesta sunt: primum corporale, quo per sensus corporis corpora sentimus; secundum spiritale, quo corporum similitudines spiritu non mente cernimus; tertium intellectuale, quo illae res quae nec corpora nec corporum formas habent conspiciuntur. Intellectuali visione numquam fallitur anima; aut enim intelligit et verum est, aut si verum non est, non intelligit. In visione autem corporali saepe fallitur anima, cum in ipsis corporibus fieri putat quod fit in corporis sensibus, sicut navigantibus videntur moveri quae stant, et intuentibus caelum sidera stare quae moventur, et divaricatis radiis oculorum vel una duas formas habere videntur, et unus homo duo

capita, et in aqua remus fractus, et multa talia. In illusione etiam spiritali anima fallitur et illuditur, cum ea quae videt aliquando vera, aliquando falsa, aliquando perturbata, tranquilla sunt ipsa aliquando. Vera autem aliquando futurorum omnino similia vel aperte dicta, aliquando obscuris significationibus et quasi figuratis locutionibus praenuntiata sunt. Intentio vero qua ab omnibus corporis sensibus alienatur et avertitur anima amplius est quam in somno solet, sed minus quam in morte. Non fallitur cum ipsa mente divinitus adiuta vel aliquo velut ipsa exponente, sicut in Apocalypsi Iohannis exponebantur magna revelata est. Cum enim bono spiritu assumitur anima, falli non potest, quia sancti angeli miris modis visa sua facili quadam ac praepotenti iunctione vel commixtione nostra etiam faciunt, et visionem suam quodam ineffabili modo in spiritu nostro informant. Ipsi siquidem huius corporalis vivendi atque administrandi praesunt, et eorum significativas similitudines in spiritu ita discernunt, et tanta potentia quodam modo tractant, ut eas etiam possint hominum spiritibus revelando miscere. Inde est quod angelus Domini apparuit Ioseph in somnis dicens: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, et iterum: Tolle puerum et fuge in Aegyptum. Dicit etiam per prophetam: Dicit Dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, et iuvenes vestri visiones videbunt, et seniores somnia somniabunt. Sunt autem visa et visio tam humana quae vel ex ipso spiritu nostro multipliciter existunt, vel ex corpore spiritui quodam modo suggeruntur, sicut fumi affecti vel carne vel animo. Non solum enim vigilantes homines versant suas cogitationes velut in similitudinibus corporum, sed etiam dormientes hoc saepe somniant quo indigent. Nam et negotia sua gerunt ex animi cupiditate, et epulis poculisque inhiant, si forte esurientes sitientesque dormierint. Vigilantibus etiam occulto quodam instinctu ingeruntur cogitationes quas divinantes nesciunt, sicut Caiphas pontifex prophetavit cum eius intentio voluntatem prophetandi non haberet. Similia videt anima, et eadem natura est visionum suarum in vigilantibus sive in dormientibus sive in aegrotantibus, cum non ex alio genere sunt quae videntur, sed ex natura spiritus de quo vel in quo fiunt similitudines corporum. Visa siquidem freneticorum similia sunt visis somniantium. Obscuratis namque viis sentiendi hinc, ut videant quae somniantes vident. Visa et somniantium similia sunt cogitationibus vigilantium. Dormientibus quippe in cerebro consopitur via sentiendi quae intentionem ad oculos ducit. Ideo ipsa intentio ad aliud aversa cernit visa somniorum tamquam species corporales adsint, ut sibi dormiens vigilans videatur, et non similia corporibus, sed ipsa corpora intueri se putet. Ego autem multo amplius admiror et vehementius stupeo quanta celeritate ac facilitate in se anima fabricet imagines corporum quae per corporis oculos viderit, quae freneticorum vel somniantium vel etiam in excessu visiones sunt, quae utique tamen illa natura melior est, procul dubio corpus non est, nec corpora vel corporum imagines in spiritu faciunt, sed enim unum habet vel aliud spiritale fermentum, sed ipse spiritus in semetipso celeritate mirabili ut potest spiritalis intellectus.

Omnium quae sibi videntur dormientes quinque sunt genera, videlicet oraculum, visio, somnium, insomnium, phantasma. Oraculum est cum in somnis parens vel aliqua sancta gravisque persona seu sacerdos vel etiam Deus eventurum quid aperte vel non eventurum, faciendum vel vitandum denuntiat. Visio est cum id quis videt quod eodem modo quo apparebat eveniet. Somnium est figuris tectum et sine interpretatione intelligi non potest. Insomnium est cum ea quae vigilantem fatigaverant ingerunt se dormienti, sicut est cibi cura vel potus, vel aliqua studia vel artes vel infirmitates. Secundum namque studia quae quisque exercet somniat, et solitarum artium simulacra in securitate mentis ingesta apparent in somniis. Iuxta etiam diversitates infirmitatum diversa accidunt somnia, et secundum mores et humores variantur et somnia. Alia namque vident sanguinei, alia cholerici, alia melancholici, alia phlegmatici. Illi vident varia et rubea, isti nigra et alba. Phantasma est cum quis dormitare incipit et adhuc vigilare se aestimat, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas discrepantes et varias, laetas et turbulentas. In hoc genere est ephialtes, quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere et pondere suo pressos ac sentientes gravare. Quod non est aliud nisi quaedam fumositas a stomacho vel a corde ad cerebrum ascendens et ibi vim animae comprimens.

Dicit et humana expertio quod quadam arte maleficiorum et potestate daemonum homines quanti possint in lupos et iumenta transmutari, et quaecumque necessaria portare, postque peracta opera iterum ad se redire, nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem humanamque servari. Hoc sic intelligendum est, quia daemones naturas non creant, sed aliquid tale facere possunt ut videantur esse quod non sunt. Nulla enim arte vel potestate animum, sed nec corpus quidem aliqua ratione in membra et lineamenta bestialia converti posse. Sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilium genera variatur, et cum corpus non sit, corporum similes formas mira celeritate capit, sopitis aut oppressis hominis sensibus, ad aliorum sensum figura corporea perveniri potest, ita tamen quod corpora ipsa hominum alibi iaceant viventia quidem, sed multo gravius atque expressius quam somno suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud velut corporatum in alicuius animalis imagine alienis sensibus appareat, talisque sibi homo videatur qualis sibi videri posset in somnis, et portare onera, quae onera si vera sunt corpora portantur a daemonibus ut illudatur hominibus, partim vera onerum corpora, partim falsa iumentorum cernentibus.

Humanum spiritum alius bonus, alius malus assumunt spiritus. Neque facile discerni potest a quo spiritu assumatur, nisi cum bonus instruit et malus fallit. Fallit autem saepe in manifestis bonis, ut cum sibi in eis creditum fuerit ad sua seducat. Sic plerumque humanum spiritum implet in quadam occulta mixtura, quod idem spiritus esse videatur et spiritus patientis et spiritus vexantis, ut in daemoniacis videmus. Attamen tamen hoc illi mentem vel animam iuxta substantiam implere potest nisi sola Trinitas. Implere autem dicitur diabolus mentem alicuius et principale cordis, non ingrediens quidem sensum eius, sed fraude iniquitatis atque omni malitia illum afficiens atque seducens affectum malitiae et vitiorum per cogitationes et incentiva vitiorum quibus ipse plenus est, ut potest fallax nequam et fraudulentus deceptor animarum. Non enim participatione naturae suae subire, ut quidam putant, quod intrat diabolus aut eius operator efficitur, sed per fraudulentiam deceptionis atque malitiam suo ipsum intrare dicitur quem implet. Solius enim Trinitatis intrare et implere naturam suam quam condidit creaturam.

Daemones et acrimonia sensus et celeritate motus aerei corporis terrenorum corporum sensum facile praecedunt, et etiam cogitata praenuntiant quae homines mirantur pro tarditate sensus terreni. Accessit autem daemonibus per tam longum tempus quo eorum vita protenditur longe maior experientia quam

hominibus potest evenire propter brevitatem vite. Ideo quidam
dam futura precedunt, et quedam vitia faciunt quibus
homines alliciunt et seducunt. Unde quedam mulierculę
post Sathanam converse demonum illusionibus et fantasmati-
bus seducte credunt se et profitentur nocturnis horis cum Dya-
na paganorum dea vel cum Herodiade et innumera mulierum
multitudine equitare et certis legibus obtemperare. Ipse nam-
que Sathanas qui transfigurat se in angelum lucis cum men-
tem cuiuscumque mulierculę ceperit et hanc sibi per infidelita-
tem subiugaverit, illico transformat se in diversarum persona-
rum species ac similitudines, et mentem quam captivam tenet in
somnis deludens modo leta modo tristia modo cogni-
tas modo incognitas personas ostendens per devia queque dedu-
cit. Et cum solus spiritus hoc patiatur, infidelis non in animo
sed in corpore evenire opinatur. Ideo nimis stultus et
hebes est qui hec omnia que in spiritu fiunt et in corpore acci-
dere arbitratur, cum Ezechiel et alii prophete, Iohannes et cum
ceteris apostoli in spiritu non in corpore visiones viderunt.
Cum homines mortui sive vivi hominibus dormientibus
vel vigilantibus apparent, non in ipsis rebus ut sunt viden-
tur, sed in quibusdam similitudinibus. Et istud aliter angeli-
cis operationibus fieri credimus per dispensationem providen-
tie Dei bene utentis bonis vel malis secundum inscrutabilem
altitudinem iudiciorum suorum. Sive homo instruatur, sive
mortalium hic fallantur, sive consolentur, sive terreantur, sicut
unicuique vel prebenda est misericordia vel irroganda iustitia ab eo
cui misericordiam et iudicium non inaniter decantat ecclesia. Ibi sunt spiritus
sunt spiritus defunctorum ubi non vident neque audiunt que agun-
tur aut eveniunt in ista vita hominibus. Ita tamen cura est
eis de vivis quamquam quid agant omnino nesciant, quemadmo-
dum nobis cura est de mortuis quamvis quid agant utique nes-
ciamus. Nesciunt quidem mortui quid hic agatur, sed
dum hic agitur; post ea audire possunt ab eis qui hinc mo-
riendo ad eos pergunt, non quidem omnia sed que sinun-
tur eis indicare et quos oportet audire. Sciri etiam possunt ab
angelis qui hic nobis presto sunt et animas mortuorum ad illos
deferunt. Spiritu etiam Dei revelante agnoscere possunt que
hic aguntur que necesse est eos nosse. Quidam etiam ex
mortuis ad vivos rapi possunt non per propriam naturam
sed per divinam potentiam. Utrum tamen ista fiant per corporis pre-
sentiam aut per angelos suscipientes eorum personas affirma-
re non audeo. Deus enim omnipotens qui est ubique presens per ange-
lica ministeria ubique diffusa potest hominibus ista prebere so-
latia quibus in huius vite miseria iudicat esse prebenda.

Potentie anime atque virtutes longa
exercitatione atque successu temporum crescunt; ipsa vero non
crescit nec decrescit, sed aut imparilitate membrorum aut hu-
morum crassitudine et corporis corruptione impedita vires suas
exercere non potest. Anima corpore exuta est, vivit, videt,
audit, et omnes sensus atque ingenia vivaciter tenet, ut-
pote pura, subtilis, sancta et perfecta. Et sicut Deus ubique est
in semetipso, sic anima ubicumque est in semetipsa. Atque per hoc
ubi est anima post corpus ubi erat agens in corpore. Ubi Deus
est modo ubi fuit priusquam mundus fieret, ubi et foret
si mundus esse desineret. Sicut Deus est incorporeus, et anima.
Potest tamen habere similitudinem corporis, non corpulentam sed cor-
pori similem, et corporalium omnium membrorum cum de corpore egre-
ditur. Sic enim aut ad spiritalia pro meritis feruntur, aut ad lo-
ca penalia similia corporibus, qualia sepe demonstrata sunt
his qui rapti sunt a corporis sensibus et mortuis similes
iacuerunt, cum et ipsi in se ipsis gererent quandam similitu-
dinem corporis sui per quam possent ad illa ferri et talia si-
bi sensibus experiri. Anime siquidem que in corporibus viventes
per delectationem rerum sensibilium corporalium imaginibus affi-
ciuntur, a corporibus exeuntes in eisdem imaginibus torquentur.
Patiuntur ipse enim corporalibus passionibus teneri possunt, que
a corruptione corporalium affectuum hic mundate non fuerunt,
cum corpulentiam de carnis delectatione traxerunt. Quedam
autem anime in eisdem locis in quibus culpam commiserunt pu-
niuntur. Quedam vero abditis receptaculis usque ad ultimam
resurrectionem detinentur, sicut unaqueque digna est requie vel mi-
seria.

Multa de anima dixi et scio.
Nondum dixi que satis est vel cum de corpore egreditur quid p-
tum possim post ea dicere quod ultimum dicere non possum,
quoniam nescio finem meum. Hoc plane scio quod mortales et vi-
vi nostri omnes moriemur. Sed et morte certus et in
hora mortis incertus, nam nescimus quando aut quomodo aut ubi
moriemur, quoniam mors ubique nos expectat. Et ideo semper
debemus esse parati, ut cum corpus reversum fuerit ad terram de
qua sumptum est, spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. Istud
siquidem nos movere debet quod a veteribus sapientibus ita de-
fenitus est: homo est animal rationale mortale. Hic genere
posito quod animal dictum est, adiectas duas differentias videmus quibus ad-
monendus erat homo et quo sibi esset redeundum et unde fu-
giendum. Sicut enim progressus anime usque ad mortalia lapsus est, ita
regressus eius esse in ratione debet, quia imperitantibus(?) mentis ra-
tione valeat ut secundum naturam suam vivat et ordinem ap-
petat sub illo videlicet a quo regitur et super ea que regere
debet. Uno ideo quod rationale dicitur separatur a bestiis, alio quod mor-
tale a divinis. Illud nisi tenuerit bestia erit; hinc nisi se a-
verterit ad divina non perveniet. Et ideo ut homo sibi inge-
nitus se cognoscat, magna opus habet consuetudine receden-
di a sensibus et animum suum ad se colligendi et in se ipso reti-
nendi. Hiis siquidem sensibus impeditur anima ne cohere-
at nec ipsum valeat videre creatorem suum quem sola et simplex
sui illis oculis intueri debet. Anima namque rationalis vero ea
res que sunt a Deo condita omnia superat et Deo proxima est cum
est pura, eique in quantum caritate coheserit, in tantum ab eo
lumine illo intelligibili perfusa quodam modo et illustra-
ta non per corporeos oculos sed per ipsius sui principale, id est per intel-
ligentiam Deum cernit, in quo pulcherrima est pulcritudo et
beatissima visio qua visione fit beata. Retinet quoque
consideratione sua omnes notitias que per corporis sensus extrinsecus
capiuntur. Quecumque namque corporalia corporum similitudines sen-
sibilesque et imaginationes memorie infixe cum recor-
dando revolvuntur ad exteriorem hominem pertinent. Quam-
diu quoque interius anima exteriora perspicit. Mens quoque cum nescit se,
ipsa presentior est quadam interiori non simulata sed vera pre-
sentia. Videat se mens. Sicut enim nichil tam novit mens quam id
quod sibi presto est, nec menti magis quicquam presto est quam
ipsa sibi, nam cognoscit vivere se et meminisse se et intelligere, nec ymagi-
ginatur quod extra se illa aliquo sensu corporis tetigit, sicut
corporalia quoque tanguntur ex quorum cogitationibus si mens
sibi affingat ut tale aliquid esse se putet, quicquid eius
se reliquerit hoc solum ipsa est. Nichil enim tam in mente quam
mens ipsa est, nec quicquam sic rectum cognoscit quam ad
dum invenit. Cum enim querit mens quid sit mens, per se
novit quod se ipsam querit, et novit quod ipsa sit mens que
se ipsam querit. Neque enim aliunde se querit quam se ipsam.
Cum igitur querentem se novit, se utique novit, et omne quod
novit tota novit atque totam se novit. Et si parte inve-
ta non se totam querit, tamen ex tota se querit, tota quidem presto est.

sicut enim se ipsa sibi presentior esse potest. quia autem de se querit quid autem ea futura vel quid futura sit vel qualis modo sit. cum similis vel cum dissimilis deo. cum humilis et devota cum pura et cum sancta. sed quia in istis corporalibus que cum amore cogitat et cum quibus amore assueta facta est non valet sine imaginibus eorum esse et semet ipsa. Nam tanto glutino amoris coheserunt ei hec que foris sunt corporalia ut etiam cum absunt ista presto sint imagines eorum cogitanti. cum quibus cohere ea a se non potest ut se solam inspiciat et videat. Redeat ergo ad se et vivat in se. nec sicut absentem se querat sed velut presentem se tenet cernere et discernere et intentionem voluntatis qua per alia vagabatur statuat in se ipsa et se cogitet ut semet ipsam agnoscat et diligat. ita videbit quia numquam se non scivit. Sed anima secum amando cum eis se conglutinavit ita ut sine magno labore ab eis separari non possit quibus cum amore inhesit propter ea similitudines corporalium imaginationum defertur eisdemque arte implicata et soluta a corpore non exuitur sed a corruptione corporalium affectionum. hic non mundata exuto corpore corporalibus tenetur passionibus. Studeat ergo in hac vita se ab huius mundi feculentia mundare quatenus cum hinc exierit nichil corporeum secum trahat et a corruptionis passione immunis existat.

Vivificatione et sensificatione descendit anima ad corpus. presentia namque sua illud vivificat colligit in unum atque in uno tenet diffluere atque contabescere non sinit congruentiam eius modumque conservat non tantum in pulcritudine sed et in crescendo atque gignendo. Intendit se etiam anima in tactum et frigida et calida aspera lenia dura mollia levia gravia sentit atque discernit. deinde innumerabiles differentias saporum odorum sonorum formarum gustando olfaciendo audiendo videndoque diiudicat atque in his omnibus ea que secundum naturam corporis sui sunt appetit fugitque contraria. removet se ab his sensibus certo intervallo temporum et eorum motus quasi per quasdam ferias reparans imagines rerum quas per eos hausit secum catervatim et multipliciter versat. Cum vero intelligit vel animam vel deum vel etiam se ipsam sicque considerat virtutes abstrahit se ab omnibus corporeis sensibus quibus non adiuvatur nisi ad corporales formas colores que sentiendos. et spiritu atque ratione se colligit in meditatione atque contemplatione ad deum ascendit. deus vero revelatione ac divina inspiratione ad eam descendit. Meditatio siquidem est occulte veritatis studiosa investigatio. contemplatio est perspicue veritatis iocunda admiratio. Illam itaque divina revelatio illuminat ut veritatem agnoscat. istam divina inspiratio inflammat ut eam diligat.

Corpus autem sensu et ymaginatione ad spiritum ascendit. humanum siquidem corpus ex quatuor elementis compositum est. scilicet in carne et ossibus terra maxime apparet propter eius soliditatem. aqua in humoribus. aer continetur in pulmone qui semper in motu est et ventilabrum est cordis ne nimio calore eius consumatur et dissolvatur. Sedes ergo ignis est in corde et quod inferius est latum et superius acutum cum formam ignis teneat. Quedam vis ignea aere temperata a corde ad cerebrum ascendit tamquam in celum corporis nostri. ibique purificata et colata per oculos aures nares ceteraque instrumenta sensuum foris progreditur et ex contactu exteriori formata quinque corporis sensus facit visum videlicet auditum odoratum tactum gustum. qui tangendi sensus ab anteriori parte cerebri ad posteriorem transiens et inde per cervicem et medullam spine descendens per totum corpus diffunditur. Porro ipsa vis ignea que extrinsecus formata sensus dicitur eadem formata per ipsa sensuum instrumenta per que egreditur et in quibus formatur natura agente interiorum ad cellam fantasticam usque retrahitur et deducitur atque ymaginatio efficitur. Post ea eadem ymaginatio ab anteriori parte capitis ad mediam transiens ipsam anime rationalis substantiam contingit et excitat discretionem in tantum iam purificata et subtilis effecta ut ipsi spiritui immediate coniungatur veraciter tamen naturam corporis retinens et proprietatem. Que quidem ymaginatio in brutis animalibus fantasticam non transcendit et in rationalibus autem purior sit et usque ad rationalem anime substantiam contingendam defecatur et progreditur. Est itaque ymaginatio similitudo corporis per sensus quidem corporeos ex corporum contactu concepta extrinsecus atque per eosdem sensus introrsum et partem puriorem corporis spiritus reducta eique impressa in summo. sic corporalis spiritus et in imo rationalis corporale informans et rationalem contingens. Spiritum corporeum voco aerem vel potius ignem qui propter sui subtilitatem videri non potest et corpora interius vegetando vivificat. quedam autem vegetat tantum et non sensificat sicut arbores herbas et universa que in terra germinantia. quedam vegetat et sensificat sicut omnia bruta animalia. in quibus quedam sensum tantum habent et ymaginationem non habent quedam sensum et ymaginationem habent. Cum itaque magis sit sensificari quam vegetari constat per se hanc vim esse subtiliorem et ubi magis subtilis est magis propria est. Illa magis siquidem nature incorporee appropinquat cum ymaginationem format quam cum sensificat. nichil tamen in corporee nature altius vel spirituali vicinius esse potest quam id quod post sensum et supra sensum vis ymaginandi concipit. quod quidem in tantum sublime est ut quicquid supra illud est aliud non sit quam ratio.

Anima vocatur totus homo interior quo vivificatur regitur et continetur ista massa humectata carnis ne arefacta dissolvatur. dum ergo vivificat corpus anima est. dum vult animus est. dum scit mens est. dum recolit memoria est. dum iudicat ratio est. dum spirat vel contemplatur spiritus est. dum sentit sensus. Nam inde animus sensus dicitur propter hoc quod sentit. unde et sententia nomen accepit. hoc est corpus vero sensus quinque. eo dicti sunt sensus quia per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi. Hec autem omnia adiuncta sunt anime ut una res sit. pro efficientiis vero causarum diversa nomina anima sortita est. memoria est simplex in officiis multiplex. memoria et mens est. unde et immemores amentes dicuntur. Omnium rerum thesaurus et custos memoria est. nec enarrari potest tam grandis eius vis perplexitas et animus ipse est. nec aliud significo cum animum cum mentem dico. sed per aliud animam per aliud mentem. Nam totum quod vivit hominis anima est. cum autem anima in se agit se ex se et per se mens dici solet. sensus vero ad sua munia implenda convertens anima dicitur. Spiritum idem esse quod animam evangelica pronuntiat dicens. potestatem habeo ponendi animam meam et rursum potestatem habeo sumendi eam. De hoc quoque ipsa domini anima passionis tempore memoratus evangelista ita perhibet dicens. et inclinato capite emisit spiritum. quid est enim emittere spiritum nisi quod animam ponere. Sed anima dicta est propter eo quod vivit. spiritus autem vel pro spirituali natura vel pro eo quod spirat in corpore. Animum idem dicunt esse quod animam. sed anima vite est. animus consilii. Unde dicunt philosophi etiam sine animo vitam manere et sine mente vitam durare sicut in amentibus. Ad mentem enim pertinere videtur ut sciat. ad animum ut velit. pueri etiam in genitricis utero cum sola voluntate vivunt. mens autem vocata est quod eminet in anima vel quod meminerit.

na ipsa non anima sed quod excellit in anima mens vocatur tanquam caput vel oculus. unde et ipse homo secundum mentem imago dei dicitur. Mens namque eo quod emineat in anima. Principalior siquidem vis anime est a qua procedit intelligentia. id est quidam animi intuitus vel lumen mentis acuens videlicet qua a falsis distinguens vera videat. Quando ad se mens revocatur et colligat se in se ut sine imaginibus corporis se ipsam et omnipotentis dei invisibilem naturam considerare valeat, terrena fantasmata imaginum et quicquid terrenum cogitationi eius occurrerit respuat. et talem se intus queratur et videat qualis est sine istis. Consideret se talem esse qualis sub deo super corpus creata est. Deinde super semet ipsam surgat et se ipsam deserat atque quodam modo in oblivionem sibi veniat et se contemplationi sui creatoris humiliter et devote subiciat. Cum enim cepit mens per divinam intelligentiam semet ipsam excedere et illam incorpoream lucis claritatem tota intrare et in hiis que intus videt quandam intime suavitatis saporem trahere et ex eo intelligentiam suam condire et in sapientiam vertere tunc in hoc mentis excessu pax illa que exsuperat omnem sensum invenitur atque obtinetur ut fiat silentium in celo quasi hora dimidia ita ut contemplantis animus nulla absconditum cogitationum tumultuatione turbetur. nichil omnino inveniens quod vel per desiderium petat vel per fastidium arguat vel per odium accuset. Sed totus contemplationis tranquillitatem totus colligitur introducitur in quendam affectum multum insolitatum. introrsum ad nescio quam dulcedinem que si semper sic sentiretur profecto magna felicitas esset. Sensualitas nichil agit. imaginatio sopitur. omnis inferior vis anime proprio modo induatur officio. Purior autem anime pars in interiora intime eminentis secretum et summe tranquillitatis arcanum felici iocunditate introducitur. Vivus quidem est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usque ad divisionem anime et spiritus. Et ideo nichil in creaturis hac divisione mirabilius censetur ubi id quod essentialiter unum est atque individuum in se ipsum scinditur et quod simplex in se et sine partibus constat quadam partitione dividitur. Neque enim in homine uno alia essentia est eius spiritus atque alia est eius anima. Sed prorsus una eademque simplicis nature substantia. Non enim in hoc gemino vocabulo gemina substantia intelligitur. Sed cum ad distinctionem ponitur gemina vis eiusdem essentie ostenditur una superior per spiritum alia inferior per animam designatur.

In hac divisione anima et quod animale est in imo remanet. spiritus autem et quod spirituale est ad summa evolat. ab infimis dividitur ut ad summa sublimetur. ab anima scinditur ut deo uniatur. Quoniam qui adheret deo unus spiritus est. Felix divisio et mirabilis separatio ubi quod corpulentum et feculentum est deorsum remanet. quod spirituale et subtile est usque ad speculationem divine glorie sublimatur et in eandem imaginem transformatur. Pars inferior quietatur ad summam et tranquillitatem. Pars autem superior sublimatur ad gloriam et iocunditatem. Licet enim mens humana eius nature cuius est deus imago tamen illius nature qua natura melior nulla est. ibi querenda est invenienda est in nobis quo etiam natura nostra nichil habet melius. Sed prius tamen ipsa in se ipsa consideranda est et in ea reperienda est imago dei. Mens quando cum cogitatione se conspicit intelligit se et agnoscit. cum contemplatione ad deum ascendit ut eum intelligat et diligat imago dei dicenda est. Cogitatio certa vero est. Sicut dicit apostolus. Vir non debet velare caput suum cum sit imago dei et gloria et quanto magis se extendit in id quod eternum est tanto magis inde formatur ad imaginem dei et ideo non est cohibenda ut inde se contineat ac temperet. Cum vero ea agit vel cogitat que sunt temporalia mulier appellatur et tunc non est dicenda imago dei et ideo est ei quasi velare caput suum. Verum tamen sic eius progressio ad inferiora ne nimium licita agendo illicita concupiscat.

Quanta dignitas humane conditionis esse dinoscitur ut non solum iubentis sermone sicut alia sex dierum opera sed consilio sancte trinitatis et opere divine maiestatis creatus sit homo ut ex prime conditionis honore intelligeret quantum deberet suo conditori. dum tantum in conditione mox dignitatis privilegium prestitit ei conditor et tanto ardentius conditorem amaret quanto mirabilius se ab eo conditum intelligeret. Nec ob hoc solum quod consilio sancte trinitatis sit excellenter a conditore conditus est. Sed et quia ad imaginem et similitudinem suam creator omnium eum creavit quod nulli alii ex creaturis donavit. Que imago diligentius in interioris hominis nobilitate est consideranda. Primo quidem quod sicut deus unus semper ubique totus est omnia vivificans movens et gubernans sicut apostolus ait quia in eo vivimus movemur et sumus. Sic anima in suo corpore ubique tota viget vivificans illud movens et gubernans. Nec enim in maioribus corporis sui membris maior et in minoribus minor. Sed in minimis tota est et in maximis tota. Sic invisibilis corporis est ut non per membrorum partes partibus divisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutitur tota dolet. Miro autem modo una eademque vivificatione mediocris presidens cum ipsa pariter in se divisa per corporis sensus divisa. ipsa quippe est que per oculos videt per aures audit per nares odorat per os gustat per membra omnia tangit et tangendo leve ab aspero discernit. Et cum non sit divisa sensibus operatur divisa ex qua re intelligitur quia ita est anima secundum suum modum in corpore suo sicut deus in suo mundo. Mundus siquidem et exterius superius et inferius est regendo superiora portando inferiora replendo interiora circumdando exteriora. Sic est intus ut extra sit. sic circumdat ut penetret. sic presidet ut portet. sic portat ut presideat. Et sicut deus in crescentibus creaturis crevit nec decrescentibus decrescit. sic anima nec minutis membris minuitur nec adauctis augetur. Hec est imago sive similitudo omnipotentis dei quam anima habet in se. Quandam autem et sancte trinitatis habet imaginem. Primo in eo quod sicut deus est vivit et sapit. ita anima secundum suum modum est vivit et sapit. Est quoque et alia trinitas in ea que ad imaginem perfectam quidem et summe trinitatis que est in patre et filio et spiritu sancto condita est. Et licet unius sit anima nature tres tamen in se vires habet id est intellectum voluntatem et memoriam. quod quidem licet aliis verbis in evangelio designatur cum dicitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua id est ex toto intellectu et ex tota voluntate et ex tota memoria. Nam sicut ex patre generatur filius et ex patre filioque procedit spiritus sanctus ita ex intellectu generatur voluntas et item ex his ambobus procedit memoria. sicut facile a sapiente quolibet potest intelligi. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus nec horum trium aliquod sine aliis duobus integrum constat quantum ad suam pertinet beatitudinem. Et sicut deus pater deus filius deus spiritus sanctus est non tamen tres dii sed unus deus et tres persone. ita anima intellectus anima voluntas anima memoria non tamen anime tres in uno corpore sed anima una et tres vires. Atque in his tribus divinam imaginem gerit mirabiliter in sua natura noster interior homo et ex his quasi excellentioribus anime viribus iubemur diligere conditorem ut

ingenium intelligitur, diligatur; et quantum diligitur semper in memoria habeatur. Nec solum sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore eius voluntas. Immo nec haec duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis et diligentis maneat Deus: ut sicut nullum potest esse momentum quo homo non utatur vel fruatur Dei bonitate vel misericordia, ita nullum sit momentum quo praesentem non habeat eum in memoria. Et ideo in nobis illud dictum interiorem hominem per imaginem esse Dei. Sunt et alia de similitudine aliqua dicenda. Nam sicut Deus creator, qui hominem ad imaginem suam creavit, est caritas, bonus et iustus, patiens et mitis, mundus et misericors, et cetera sanctarum virtutum insignia quae de eo legimus: ita homo creatus est ut caritatem haberet, ut bonus esset et iustus, patiens atque mitis, mundus et misericors. Quas virtutes quanto plus quisque in se ipso habuerit, tanto propior est Deo, et maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero, quod absit, aliquis per devia vitiorum et malorum diverticula ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberraverit, tunc fiet de eo quod scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit, et cetera. Quis maior honor esse potuit homini, quam ut ad similitudinem sui conditoris conderetur, et eisdem virtutum vestimentis ornaretur quibus et conditor? De quo legitur: Dominus regnavit, decorem indutus est, id est omnium virtutum splendore et totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus aut infelicior miseria, quam ut, hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem et irrationabilem brutorum iumentorum similitudinem dilabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primae conditionis suae excellentiam, et venerandam sanctae Trinitatis in se ipso imaginem agnoscat, honoremque divinae similitudinis ad quam creatus est nobilitate morum, exercitatione virtutum, dignitate meritorum habere contendat, ut cum apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui eum mirabiliter ad similitudinem suam in primo homine condidit, mirabiliusque in secundo, id est in se ipso, reformavit.

Magna convenientia est inter Deum et animam. Deus namque vita est, lux est, in quo semper est sapientia et amor. Vita Deus est, vita et anima est, sed dispar: similis quia vita quod se ipsa vivens, sed quod non tamen vivens se et vivificans sicut ille. Hoc omnino est dispar, quia ille creator est et ista creatura. Nisi enim creata ab illo non esset, et nisi ab ipso vivificata non viveret. Vivit anima naturali vita, sed spiritualem vitam non vivit. [illegible] talis vita mors potius est quam vita, quia mors peccatorum pessima. Anima quidem quae secundum carnem vivit, vivens mortua est, et ideo bonum erat illi non vivere. Vita animae est vivens quidem et non aliunde quam se ipsa, et ob hoc non tam vivens quam vita est. Inde est quod infusa corpori vivificat illud, ut sit corpus de eius praesentia non vita, sed vivens. Creata est anima a Deo vita: vita simplex a simplici, immortalis ab immortali, ut non sit longe a creatore suo, cui appropinquare videtur simplicitate essentiae et perpetuitate vitae. Haec enim spiritualiter non vivat, immortalis tamen necesse est ut vivat. Creata est anima magna a magno, recta a recto: eo magna quod capax aeternorum, eo recta quod appetens supernorum, eo beata quod Deo unita. Nam unde quod quam Dei pietatem respicit humilitas, subicit poenitentia, deducit oboedientia, conducit perseverantia, perducit devotio, introducit puritas, iungit caritas, unit. Habet anima in se amorem quo semper potest stare cum Deo aut redire, sed motum cum suis affectibus sine defectibus ad ea. Solus est amor ex omnibus animae sensibus atque affectibus in quo potest anima, etsi non ex aequo, suo respondere auctori vel de simili mutuam

rependere vicem. Et si minus amat, quia minor est, tamen si ex tota se diligit, nihil deest ubi totum est. Renuntians ergo ceteris affectibus aliis, tota soli incumbat amori, effundens se totam in amorem illius, cui respondere habet in rependendo amorem. Amat siquidem Deus ut ametur, et cum amat, nihil aliud vult quam amari, sciens ipso amore beatos qui se amaverint. Propter amorem venit ad homines, venit et factus est homo, et deliciae illius esse cum filiis hominum. Nostrae ergo deliciae erunt cum ad eum venerimus et videbimus eum sicuti est, atque similes ei erimus. Tunc erit maiestatis visio plena, cognitio vera, dilectio firma, coniunctio, societas individua, similitudo perfecta, et vita beata in aeternum, et ultra in perpetuas aeternitates. Sicut corpus in hac vita sua vitam et sensum percipiet, sic anima in resurrectione vitam et sensum recipiet, id est cognitionis amorem Dei, contemplationis [illegible] ipsa indicabit, dicens: Haec est vita aeterna, ut cognoscant te Deum verum et quem misisti Iesum Christum. Amor est enim sensus. Nam sicut exterior homo est ista temporalia quaeque per quinque sensus afficitur, id est visu, auditu, et ceteris; sic interior homo in beata vita invisibilia Dei in caelestibus amore afficietur. Cum enim Deum suum amabit, quandam lucem, quandam vocem, quendam odorem, quendam cibum, quendam amplexum interiorem amabit. Ibi enim fulget quod non capit locus, sonat quod non capit tempus, ibi olet quod non spargit flatus, ibi sapit quod non minuit edacitas, ibi haeret quod non divellit satietas. Ibi siquidem Deus videtur sine intermissione, cognoscitur sine errore, amatur sine offensione, laudatur sine fatigatione.

Nobilis creatura est anima, civitas namque Dei est, de qua tot gloriosa dicta sunt, quia ad imaginem et similitudinem Dei facta est. Haec civitas verbum merito appellanda est, quia ad aeternae visionem illius summae pacis, quae fecit utraque unum, creata est. Mens eius est paradisus, in qua, dum caelestia meditatur, quasi in paradiso voluptatis delectatur. Domus et tabernaculum est anima per integritatem morum, sponsa Christi per dilectionem, templum, id est sanctuarium, per sanctificationem, civitas Regis aeterni per concordiam civium. Et quia illa est civitas ab ipso Deo disposita, in ea conditor urbis posuit triplicis gradus: et sapientes ad consulendum, milites ad propugnandum, artifices ad ministrandum. Cives huius civitatis sunt naturales et ingenui animae vigores, tanquam indigenae, quorum distincti sunt gradus: quia alii superiores, alii inferiores, alii medii. Superiores quidem sunt intellectuales sensus, medii rationales, infimi animales; quorum haec dicta est: Animalis sensualitas appetit visibilia, rationalis discernit et discretionis oculo [illegible], et intellectualis pertingit ad divina. Intellectuales ergo sensus sunt tanquam animae consiliarii dicentes ei: Deum time et mandata eius observa; hoc enim est omnis homo. Rationales sunt tanquam milites qui hostes [illegible] impugnant per armaturam iustitiae. Animales seu sensuales sensus sunt tanquam rustici et artifices qui corporalibus [illegible] in se et corpori necessaria ministrant. Hanc triplicem vim animae, id est sensualem, rationalem, intellectualem, philosophi potestates vocaverunt, non inaequales sed virtuales, quia potentiae eius sunt. Sensualitas ea vis animae est qua corpus vegetat et per corporis sensus ista exteriora sentit et discernit. Omnes enim sensus tam exteriores quam interiores ad animam referuntur, utpote ab illa procedentes, id est sentiant omnes ab anima. Ratio est vis animae supra corporalia et infra spiritualia collocata. Secundum [illegible] quod est logicae, virtutem autem quod est ethicae, et per experimenta rerum investigat naturas, quod est physicae. In his enim tribus tota philosophia consistit. Totam

quod principaliter id comprehendit. Intellectus sive intelligentia ea vis anime est qua divinis conatum homini possibile est cognoscitur. Ad celestia archana penetranda. ideo per se non sufficit nisi a deo adiuta fuerit tunc sinus eius si bene ingerit cum ad notitiam secretorum que diu investigando quesierit pervenerit. intellectus seu intelligentia nuncupatur. Boetius tamen dicit intelligentiam solius dei esse et ad modum paucorum hominum. Sed horum animam per adeo sepe ponitur. Memoria et glosa et cogitativo est omnis quoniam sicut ea ideo nec magnitudinem perdere nec congruentiam servari retinere potest. Memoria est vis anime accepta retinens preterita repetens elapsa recolligens. Humanus appetitus nisi una et eadem potentia cum similiter in utrisque divisis sibimet ipsis sic contrarius inquantumque preter totius conversio notum eius intus sentitur. Si carnis voluptatibus pascitur carnalis sive animalis nominatur. Si spiritualibus delectibus delectatur spiritualis nuncupatur. Appetitus siquidem est naturalis vis in animante movendi. Anime seclusis attributa.

Quoniam de viribus anime sepe mentionem feci. distinguere eas debeo quatenus que de anima dicta vel dicenda sunt evidentius intelligi possint. Sensualitas sensus imaginatio cum corporis quoniam anime dici possint. Sensualitas corporis est quedam vis ignea. Sensualitas seu animalitas anime est quedam vis inferior eius que secum trahens sensualitatem carnis velud famulam et obedientem sensus et imaginationes facit easque in archa memorie reponit. In sensu instrumentum est sensualitatis et origo imaginationis. Ipsa namque vis ignea que deforis secum formata sensus dicitur, eadem forma usque ad intimum conducta imaginatio vocatur sensus. Itaque parit imaginationem imaginatio cogitationem cogitatio meditationem meditatio acuit ingenium. ingenium rationem. ratio conducit intellectum. intellectus intelligentiam. intelligentia per contemplationem ipsam veritatem admiratur et per caritatem in ea delectatur. Sensus est passio anime in corpore ex qualitatibus extra accidentibus. Imaginatio est ea vis anime que figuram corporearum rerum absente corpore sine exteriori sensu dinoscitur. Cogitatio est cursus quilibet animi occupatio. Consideratio est intenta cogitatio. Meditatio est frequens cogitatio modum et causam et rationem uniuscuiusque rei investigans. Ingenium est vis quedam naturalis anime intenta per se valens. Ratio est quedam vis anime que omnia discernit et iudicat. Si maxime in hac spiritualibus et imaginem dei in se conservat. Intellectus est vis excellentium perceptio. Intelligentia est de solius rei principiis id est deo ydeis yle et de incorporeis subtilis puram certamque cognitionem. Contemplatio est perspicue veritatis iocunda admiratio. Caritas est concordia mentium et societas electorum. unde beatarum animarum et angelorum que nec anime nec angeli nisi per caritatem vivunt.

Anima rationalis et intellectualis facta est ad imaginem et similitudinem dei ut factorem suum per imaginem cognosceret et per similitudinem diligat. Per imaginem namque dei hic rationem et ex similitudine caritatem. Caritas scilicet ipsam presentis trinitatem. hinc ratio sentit et probat requirit. hinc caritas invenit et videndo beata quiescit. hinc in presenti fides sequitur spes in celum usque conitatur. caritas perhennem et amplectitur. Mens itaque spiritualis seu intelligentia rationalis primo creatorem suum aspiciat inde creaturam ipsius videat et mediante arbitrii libertate ad eum qui condidit omnia se et cetera referat. Sic in homine trinitas appareat quia caritas manifestet ut caritatem semper homo exhibeat semperque conservat et si trinitatis imago exornat. Sic homo eius servabit similitudinem cuius in se naturaliter portat imaginem. Appareat quod imago dei in intelligentia rationali in mente spirituali in honore liberi arbitrii appareat similitudo dei in moribus per naturam in operibus per iustitiam in virtutibus. ut moribus natura proveniet ut iustitia operibus operibus comprobetur ut gratia virtutibus compleatur domino presentientium. Anima totum corpus hominis tota presens animat. Est quidem inspirata anima a deo homini vita non de preiacenti materia. sed de nichilo ab eo facta. De ceteris animantibus scriptura dicit producat aqua producat terra animam viventem. Animam vero non aqua non terra produxit sed deus inspiravit. Non tamen animam unam vel viventem sed tamen spiritualem intellectualem ex dei imagine factam et dei similitudine.

Anima non est pars dei. Quia si hoc mutabilis esset cum creator deus sit inmutabilis est. Hec sepe mutata per culpam quoque contaminata per penam quoque fit miseria. Nichil tamen ei nocere posset nisi a deo recessisset. Recessit autem cum peccavit. Proinde sequitur miseria a deo. refugit ab uno distracta spargitur ad multa et per suam intemperantiam fit morbida fit insolens. causam sensus corporis turbata memoria turbati. Hebetes fiunt marcidi et stupidi. Inde caro patitur languores corruptionis et mors violentia perurgetur. Anima non formatur ex materia inferiori. sed in sua creatione formam accepit quia facta est ad imaginem et similitudinem dei a quo si avertitur remanet informis ex terra qua distinctis nec tamen totum cessat rationalis quia gestat imaginem dei in qua et potest reformari. Sed nec est si tota peccato concluditur et per misericordiam christo operatur. Ideo sic anima perdere vel absque corporis spiritu in corpus et uno et in fine est semper substantia cum quo facta est una persona. Sed nec ideo fit corpus vel permiscetur. non enim distrahitur partibus nec loco concluditur. Non est maior in maioribus. non est minor in minoribus sine corporis partibus vivit. Spiritus namque est anima rationalis que cum sensibus obvietur maior et ubicumque in tota est. Non traducitur a patre in filium nec una sic anima ambobus fit. Nec anima patris sic anima filii mei est nec pars anime patris in filium divini generat se extendo. Patrum namque sancti doctores angeli vel minimi per suas suas spiritu vestis. Non enim potest esse maior et melior. Si enim per crementum extenderetur corporis esse plexaretur. Quod si ut delirant aliqui semen anime cum semine carnis per generando transfunderetur. multa quod inhonesta et impossibilia possunt exemplum declarari que de spiritu rationali nec dici debent nec opinari. Indecens est obscena referre et male ficta carnis semina denotare.

Dicunt autem rationales animas per continua fieri cotidie de nichilo novas. Sed per continuum nascuntur ex institutione divina. non utique novas. quales scilicet in exordio die sexto masculo et femine dedit tales cotidie in spiritum singulis nova de nichilo creatione non nova institutione. Pater inquit meus usque modo operatur et ego operor. Operatur usque modo pater et filius operatione quidem nova. Sed institutione non nova per illa agens cum illa agens quiescens rex idem operatur post primam sui creationem nove nisi creantur. Sed simul in exordio conditur temporali formatione perguntur. Anime autem non simul cum natura facte sunt sed per ratione consimili quia ad imaginem et similitudinem dei fiunt et simul facte reputantur et non simul esse per continua simul facte per formam comparatione ad imaginem et similitudinem dei propagata caro de carne generando traducitur. Sed ipsa de spiritu nimine propagatur. certa tenens quia caro generata de carne per legem concupiscentie quando caro vivificatur originali

culpe vinculo premitur cuiusque affectionibus anima que carnem vivificat aggravatur. Sub hoc peccati vinculo parvuli decedunt qui sine remedio Christi moriuntur. Hinc enim originale peccatum non per Adam sed per carnem utrique contractum anime quidem refundunt. Cum namque tota unius anima ut cum carne sit una persona, sicut enim auctore deo anima et caro unum individuum unius hominis. Unde salva utriusque nature proprietate dicitur carnis quod anime est et anime quod carnis est per unitatem persone non per diversitatem nature. Quod quidem singulis est proprium communi fit amborum proprium per naturam, commune per personam. Et licet dubia sit in natura causa quare necesse est parvulum dum vivit Christi sacramento renovari ne obeat eius tamen societas carnis peccati qua gravatur et corpore exuta nisi dum in corpore vivit salutari remedio fuerit expiata. Curatio quidem adulti curantur per se ipsos impendendo et parvulis sacramenta fidei suscipiendo ipsi fidem cum sacramentis opera fidei continentur. Huius itaque per gratiam renovationis tandem complebitur munere gratie, ut caro ipsa resurgat in gloria anime sue restituta unita et eterna felix et beata.

Si queratur cur deus donet animas illis quos absque remedio salutari mori contingit. Respondemus quod divina institutio qua res et rerum nature conduntur nisi peccato tollitur nec violentia precedit. Unde est quod lex carnalis copule nec et in malis vim suam perdit. Generantur adulteri fetus ... naturalis tamen institutio nec in talibus deperit. Statuta namque per quam deus instituit quod semper est operatur quidem est quedam vis et potentia divinitus rebus creandis insita que unicuique rei naturalem suum esse tribuit qua bona quicunque male utuntur mali sunt iudicantur. Iuste enim puniuntur qui talibus abutuntur. Iuste non puniuntur qui rapere conantur in accessa sicut Sathanas celestis palatium per ... paradisum abutuntur. Licet quoque bona dei maculant uxoribus in accessis maculant bona dei sicut hi qui cum ardore libidinis exercent opera copule carnalis. Ex huiusmodi filii generantur quorum corpora fluente creatura formantur et deo inspirante spiritu vivificantur spiritualem vitam humanam animam intellige quam non poterit terra vel aqua. Quibus deus inspirat quo sentiunt corpori adiungitur ut factus homo malam inveniat memoriam in talibus et malis omnipotentis agitur per instituta quem nullus adiuvant bona nec impediunt mala. Bonos quidem sua perficit sua gratia. Malos tenet sua iustitia. Solos equidem servi divini deus bonus abutuntur vel et mise... Ipse deus qui servorum malis bene utitur suis bonis potentia adoratur. Ipse corpori ex ... de peccato traduce propagato per institutionem sua inspirat animam bene utens malicia per naturam que licet non sit naturalis creatori potest imputari. Si creator quidam omni tempore sacramenta et obedientie praeposuit edicta ut omnia peccata sanctificata sint in remedium et temporalium observatio mandatorum et honor afferat premia donorum. Unde si alicui peccatori genti obedientie parvuli absque remedio salutari premoriuntur in malam deo qui nichil debet alicui si dampnat in singulis malum quod non fecit in eis. Si autem parvulos renovat sacramentis ad imitare in animam dei qui sicut nesciunt culpam cum qua ex carne nascuntur sic nesciunt gratiam qua per Christum renovantur. Non excusat parvulos a culpa quod eam norunt si excludit gratiam ab eis quod eam nesciunt. Quemadmodum in eis culpa invenitur ex carne transfusa, querimus in eis gratiam munus a deo collatum. Illa debite dampnatur. Haec indebite prerogatur. Illa iudicium predicat hec autem misericordiam representat. In utroque

deus agnoscitur cum iustitia et iudicium laude perpetua celebrandus. Si ad hunc intuendum mens nostra merito infirma quia peccato obruta circumlata se ipsam videat ubi quod remedium querat ut quod in Adam occidit in Christo resurgat.

Plura veteres de natura anime dixisse inveniuntur. Sed inclita ut non aliquid reliquo videatur. Ego autem ex eorum dictis studio diligentius potui breve et certum colligere atque in unum redigere studui quod memorie commendetur. Hebes namque est memoria hominis et brevitate gaudet et si in multa dividitur fit minor in singulis. Ex corpore et anima constat homo et quicquid oculis corporis videtur ipsum corpus est. Ipsum corpus est ipsam animam. Anima autem ipsum deum. Vita corporis anima est. Vita anime deus et immortalis est anima quia carnem nec per quod cadat ut resurgere egeat post ruinam nisi per peccatum cecidit. Et ideo in morte vita nostra non perit sed corpus destituit dum discedens anima vim suam non perdit. Sed quod vivificabat dimittit et cum vivum in se est mortem alterius faciat ipsa non recipit. Facit mortem non vivificando non deserit non amittendo quod vivit. Itaque mors hominis in corpore aliud est quam carnis occasus a qua cum vis potentie vivificantis abscesserit in solum de qua sumpta est redit amissis sensibus. Quos non per se ipsum habuit. Anima non aliter quam sol lucem diei infusum tribuit carni cum nescit mortem efficit cum recedit. Mors enim non consumit uncta sed dividit. Dum cingulum sue utrumque reddit et ne quis putet animam corporis morte consumi, audiat quid dominus in evangelio dicit. Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Fatigatur corpus cogitationibus mentis. Afficitur in corpore animus doloribus corporis. Corpus ex quatuor elementis. Sed de nichilo est facta. Constat anima nec elementum est nec ex elementis. Sed de nichilo est facta et soli creatori suo cognita. Ex huiusmodi omnibus que in se hoc est in corpore suo visibilia videt nichil se esse nec nichil posse esse videt. Recognoscat quod et dividat se per se ab eo toto quod visibile videt in se et invisibilem esse se esse videt in eo quod videt se et tamen videri se non posse videt. Deinde elevet se supra se et in corporis primum et principale speculum est speculandi deum. Illius quidem per imaginem ad similitudinem perinum et agnitum magis factum invisibile deum inspiciat. Hoc autem est ipsa ratio et mentis rationalis intentio quod ad primam similitudinem dei facta est ut per se inveniens possit eum a quo facta est et inveniens amore atque contemplatione dulcius requiescat. Ea namque perfectius summa auctorem manifestant que illius similitudinem invenius apprehendunt. Hoc est autem ipsa rationalis creatura que et excellentius et proprio ad illius similitudinem facta est et primo circulus creatorem suum quod non videt agnoscit et diligit cum se ad illius similitudinem et imaginem factam intelligit.

Deus omnipotens cuius beatitudo nec augeri potest quia perfecta est nec minui quia eterna est sola caritate nulla sua necessitate rationales creavit ut eos sue beatitudinis participes faceret. Aliquos in sua puritate in celo confirmavit, aliquos autem per superbiam intus ruinam precipitavit. Aliquos ad probandam humilitatem et obedientiam in eterna beatitudine terrenis corporibus sociavit ut ad vite sensum lucem animagerentur(?). Hunc namque in natura sua eternam immutabilitatem secundum vivificandis corporibus apprehendit in quod quidem non nichil sue puritatis deponunt. Cum enim delectatione corporis afficiuntur quamdam corpulentiam inde trahunt qui puriorem eorum naturam corrumpit et hoc vitium quanto amplius eis in corporibus manentibus inheserit tanto difficilius eos a corporibus discedentes deserit. Quam si

tollitur passio et cum tollitur causa passionis. Ab eiusmodi scilicet vitiis se in hac vita mundare studuerunt. Sed quia in medio bonorum et malorum positi sumus, considerare semper debemus et gaudium illorum et miseriam istorum, suspicientes atque timentes. Rationalis siquidem est anima ut sciat discernere inter bonum et malum; est et concupiscibilis atque irascibilis ut possit amare bonum et odire malum. De concupiscibilitate nascitur amor, de amore desiderium et gaudium. Amor est delectatio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid, per desiderium currens atque per gaudium requiescens. Per desiderium in appetendo, et per desiderium in perfruendo. Sed aliud bonum est et humanum, nisi quod bene amat quod bonum est; nec aliud de malum est si malum est, nisi male amat quod bonum est. Omne enim quod est bonum est; sed in eo quod male amatur tamen vicium est. De irascibilitate oritur odium, ira enim odium generat, et de odio dolor et timor: cum enim odio peccati una ratione et ipsa ea odire incipimus, dolemus quod peccavimus et poenas pro peccatis timemus.

Sic creator omnium deus inter coelestia et super coelestia quae creavit rationalem dignatus est amplius illustrare naturam, quam et sua similitudine fecit insignem et participem beatitudinis voluit esse perpetuae. Cum enim rationalis creaturae licet solius videatur origo facta est divina conditione, tamen pro meritis in contra certa est felicitate firmata, pro evidentibus inferni decreta et in tartarum intrusa in iudicium cruciandi servatur. Pro qua etiam eremus iuncta corporibus locum medium sortita agnoscitur. Et prius quidem eadem media sunt inferior et inferiori excelso posita paradisi tunc iam propinquior inferius per reatum inobedientiae immutata est in loco afflictionis. Sunt ergo horum omnium locus plenam habet laetitiam, infimus solam tristitiam. Ibi enim plena felicitas, illic sola et summa miseria est; in medio autem summa grandia et nihilominus infima sunt timenda. Et ideo nobis iam amplior timoris causa quam spei, quo in timore eisdem infirmis in regione deiecti degimus umbra mortis. Quia tamen et illius beatitudinis et illius nihilominus damnationis certe humanam deus animam pro suorum qualitate meritorum participem posse fieri agnovit, naturales affectus ei indidit, ut liceret in bona illa optare et in eis posset aeternum laetari, et e contrario unde illa mala metuere vel in eis et dolere perpetuo et ista. In iucunditate tamen gravior est modica contritio quam non modo affert tristitia et modica molestiam. Sed et timor habet poenam, et spes ipsa quae differtur affligit animam. Pusillanimis enim et timidus videor qui nec illa aeterna gaudia sine illis doloribus aeque perpetuos vel sine parvi. Non nulla tamen nos et experimenta capere voluit gaudii vel doloris, unde non modo illa credi, sed et affectionibus quoque experiri valeant et tamen. Verum nec perfecta gaudia in illorum comparatione sunt gaudia, nec tristitia plene in illius comparatione est tristitia. Nec despicet si quis utrumque omnino expertum dare maluerit quemadmodum illa potius valeat concupiscere gaudia vel formidare dolores quam huius vitae molestias capere laetitiam. Verumptamen inventum est et in praesenti unde utilius gaudeat quis vel salubrius contristetur: si laetetur de beneficiis suis gratias agens deo et in devotione eius crescat, et praeterita seu et priorum delicta deploret. Unde et divina dispositione media inter eosdem affectus constituta est ratio in corde hominis per quam ... discernere et diiudicare possit unde gaudeat et doleat, inde et quid cupiat vel quid timeat. Sane qui triplicem animae esse docuerunt rationalem, irascibilem et concupiscibilem, affectus quidem dulcis. Et quadam sibi cognatione iunctos sub irascibili metum et tristitiam, sub concupiscibili desiderium et laetitiam comprehendisse videntur. Interim ergo inter affectus varios humana fluctuans anima necesse est ut etiam deinceps vel in multis vel in summis accipiens statum in solo deinceps vel gaudio vel dolore persistat. Deus est in summo, mundus in imo. Ille in eodem statu eternitatis suae semper consistit. Iste cursu mutabilitatis suae semper mutabilis fluit. Humana anima quasi in quodam medio collocata quandam conditionis suae excellentia et huius immutabilitati quae deorsum est eminet, et ad illam quae est apud deum aeternam immutabilitatem nec dum pertingit. Si non in hunc quae deorsum transeuntes se per cupiditatem miserit statim per infinitas distractiones rapietur et quodam in ipso quodam modo divisus dissipabitur. Si non ab ista infinita distractione quae deorsum est temporali et infima deserens atque paulatim se in unum colligens sursum ad divina ascendit, tanto amplius in unum colligetur quanto magis cogitatione et desiderio sursum elevabitur, donec tandem omnino immutabilis fiet, et ad illam veram et unicam quae est apud deum immutabilitatem perveniat et in aeterno sine omni mutabilitatis inquietudine requiescat.

Credimus animas non ab initio cum angelis nec simul creatas, sicut Origenes fingit, nec cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani et Cyrillus et aliqui Latinorum praesumptores affirmant. Sed dicimus eas creationem et initium solum omnium creatorem nosse. Corpus tamen per coniugii copulam seminari, dei vero iudicio coagulari in vulva et compingi atque formari; ac formato iam corpore animam creari et infundi, ut vivat in utero homo ex anima constans et corpore, et egrediatur vivus ex utero plenus ex humana substantia. Sed nec duas animas esse credimus in uno homine, sicut multi scribunt, unam animalem qua animetur corpus et immixta sit sanguini, et alteram spiritualem quae rationem ministret. Sed dicimus unam eandemque esse animam in homine quae et corpus sua societate vivificet et semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii ut in suae substantiae eligat cogitatione quod vult. Libertatem arbitrii sui amissus est homo post quam seductione serpentis per Evam cecidit, vel naturae bonum perdidit pariter et vigorem arbitrii, non tamen electionem, ne non esset suum quod emendaret peccatum. Manet itaque ad quaerendam salutem arbitrii libertas, id est rationalis voluntas, sed admonente prius deo et invitante ad salutem. Ut vero acquiescamus salutiferae inspirationi, nostrae potestatis est; ut adipiscamur quod adquiescendo desideramus, divini est muneris; ut non labamur a percepto munere salutis sollicitudinis nostrae est et caelestis pariter adiutorii; ut labamur potestatis nostrae est et ignaviae. Solum hominem credimus habere animam substantivam quae exuta corpore vivit et sensus suos atque ingenia vivaciter tenet; neque cum corpore moritur, neque post modicum interitum sicut Zeno dicit, quia substantialiter vivit. Animalium vero animae non sunt substantivae, sed cum carne carnis vivacitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur, et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia naturae incitamentis ducuntur. Anima humana non cum carne moritur, quia nec cum carne ut superius diximus seminatur, sed formato in utero matris corpore dei iudicio creatur et infunditur, cum dicimus ut vivat homo intus in utero et sic procedat nativitate in mundum. Anima a creatore principium habet, ex quo esse perfecit; in gratia eius unum ex quo est scitur omnia quae ab eo sunt perfectionis gravitas creaturis esse, quod per primum hominem qui a corruptione humanitatis ex quo sunt profecti; hinc scientia

humanam preferri potest. Sed modo corrupta humanitate ex
quo sunt perfecte huius coniungitur corruptioni corruptibilis
nec proprietates suas potest exercere. donec usu et experientia
et alicuius doctrina excitata incipit discernere velud si quis
cum subtili acie oculorum in tenebrosa detrudatur. unde tamen non
potest ibi nisi paulatim assuetudine tenebrarum lumen acci
pit. Unde Virgilius. Quantum non noxia corpora tardant et
licet alie sint actiones corporis et anime alie actiones tamen cor
poris vitia vel virtutes possunt esse anime. Sunt enim ad hoc
sibi data ut illicitos motus carnis corrigat. Ignorantie et
huius contingunt vel negligentia sicut si vel discipulus vel
servus negligentia doctoris vel domini peccet. magistri vel domini
extra culpam non est. sic anima illis contingentibus extra
culpam non est. cum ista debeat precipere et illa obedire.
Qualibus substantiis constat homo. Anima et
carne. Anima cum sensu sua et carne cum sensibus suis. Corpus
enim sensus absque anime societate non movet. Ita anima
sine carne sensualem sensum tenet. Notandum tamen quod eos
ipsos sensus qui exteriori homine describuntur. similiter modo
secundum modum suum in interiori esse manifestatur. quia spiritua
les res non corporalibus sensibus sed spiritualibus intuende sunt.
Unde dicitur a nobis in deuteronomio. Videte videte quoniam e
go sum deus et non est alius preter me. et in apocalypsi. Qui habet
aures audiendi audiat. quid spiritus dicat ecclesiis. et in psalmo
Gustate et videte quoniam suavis est dominus. et apostolus christi bonus odor sumus. et
in hiis qui pereunt in hiis qui salvi fiunt. et in evangelio dominus
mulierem fide se tetigisse magis quam corpore ostendit dicens
tetigit me aliquis. Nam et ego sensi virtutem de me ex
isse. Sic ergo cum omni cautela observandum est quid ad corpo
ris sensus et quid ad anime pertineat dignitatem ne forte
confusus ordo et irrationabilis estimatio alicubi repugnan
te videatur veritati. Non est enim in sua hominis quod in
dividuus connectitur. sed quod ipsa est anima et spiritualis natu
ra vel pro eo quod spirat in corpore spiritus appellatur. Anima vero ex eo
vocatur quod ad vivendum vel vivificandum animet corpus. Secundum
vero quod ab apostolo cum anima et corpore iudicat spiritum. spiritum sed quod
intelligamus eius orat apostolus ut integrum perveniret in nobis
ne nostro vicio aut minuatur aut fugiatur a nobis. quia spiritus sanctus
effugiet fictum et auferet se a cogitationibus que sunt sine in
tellectu. Igitur meditatione assidua exerceamus et consideremus
miserias et necessitates nostras. labores et dolores. ingredientes in
hanc vitam intravimus cum labore vivimus cum dolore et cum ti
more exituri sumus. Cogitemus ergo quam sit brevis vita nostra
quam via lubrica. quam mors certa et hora mortis incerta. Cogite
mus quantis amaritudinibus admixtum sit siquid dulce in
vita huius vite occursu suo nobis alludit vel arridet quam fallax
et suspectum quam instabile et transitorium est quicquid huius
mundi amor parturit. quicquid species aut temporalis
pulcritudo promittit. Consideremus ergo que sit patrie celestis
suavitas atque dulcedo. et utrumque ut ex utroque intelligamus
quantum nobis in hoc exilio lugendum sit. Hinc est quod Salomon
ait. qui apponit scientiam apponit dolorem. quia quanto magis
homo mala sua intelligit tanto amplius suspirat et ge
mit. Meditatio siquidem parit scientiam. scientia compunctionem. com
punctio devotionem. devotio perficit orationem. Meditatio est fre
quens cogitatio curiosa et sagax obscura investigare et occul
ta ad notitiam trahere. Scientia est cum homo ad cogni
tionem sui assidua meditatione illuminatur. Compunctio est
cum ex consideratione malorum suorum cor intimo dolore tangitur.
Devotio est pius et humilis affectus in deum. humilis ex consci
entia infirmitatis proprie pius ex consideratione divine clementie.

Oratio est mentis devotio. id est conversio in deum per pium et humilem
affectum. Affectus est spontanea quedam ac dulcis ipsius a
ad deum inclinatio. Sic enim ita deum inclinat ad pietatem et
humanitatem. quemadmodum pueri mentis affectus. Scientiam celes
tium rerum et terrestrium solent laudare atque amare solent homi
nes. sed multo meliores sunt qui huic scientie preponunt nos
cere semet ipsos. laudabilior siquidem est animus cui nota
est infirmitas sua. quam qui ea non respecta vias syderum natu
ras terrarum vel scrutatur. Qui vero iam in deum evigilavit
spiritus sancti calore excitatus atque in eius amore coram se vilescit ad
eumque intrare volens nec valens eoque sibi lucente attendit
in se et invenit se suamque egritudinem mundicie illius contempla
ri non posse agnoscit. dulce flere sibi est eumque precari ut mise
reatur et totam eius miseriam exuat. huius ita egentem
et dolentem scientia non inflat quia caritas edificat. preposuit enim
scientiam scientie. id est scire se ipsum et infirmitatem suam magis quam
scire muros syderum et naturas animalium et hanc apponendo
scientiam apposuit dolorem. dolorem scilicet peregrinationis sue
ex desiderio patrie sue et visione dei quem tenuere eius.

Incipit prefatio beati Augustini in enchiridion.

Sicut oves sicut grex ad vocem proprii pastoris accurrit.
Sic ita religiosus auditor illa tuis doctoris ammonitionibus
gaudet. Quia sane filii Appiana filia mea soror iam in christo
tua poposcit a me ut ei aliquid quod legeret tale componerem.
ubi neque laboraret intelligendo et tamen proficeret in legendo.
Apto et satis plano sermone in latinum verti. Quem sermonem ipsum
esse tradunt qui apud nos idem in urbe roma sextus vocatus
episcopus et martir gloria decoratus. Hunc vero cum legeris invenies eum
brevem ut videatur singulis versibus singulos explicare sensus
tam vehementem ut unius sententia ad totius possit perfec
tionem vite sufficere tam manifestum ut nec assistens quidam
legenti puelle expertem se intellectus esse causetur. Omne autem op(us)
ita breve est ut de manu eius nunquam possit recedere totus
hic liber. anuli pretiosi anuli optinens locum et teneri equi
videtur ut cum proverbio dei et ceteris ornamenta sorduerant
tunc a nobis ad vicem nubi et sapientie monilibus adornetur. Sit
ergo meum. habeatur in manibus a paulo in. paulo post vero
in thesauros proficiens totus servetur in corde sermonis disci
pline et bonorum actuum communionis de intimo suggestionis
archano. Addidi et electa quedam religiosi plenius ad filium.
Sed breve totum ut metro omne opusculum vel encheri
dion si grece vel latine anulus appellatur. Benedictio.

Scripsi et hunc libellum de fide spe et caritate cum a me
ad quem scriptus est postulasset ut aliquod opusculum
haberet meum de suis manibus non recessurum quod genus gre
ci enchiridion vocant. ubi satis mihi diligenter videor esse com
plexus quomodo sit colendus deus. quam sapientiam
esse hominis veram divina scriptura diffinit. Incipit Enchiridion.

Dici non potest dilectissime fili laurenti quantum Capitulum primum I
tua eruditione delecter. quam te cupiam esse sapien
tem. Non ex eorum numero de quibus dicitur. Ubi sapiens ubi scriba
ubi inquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit deus sapien
tiam huius mundi. Sed ex eorum numero de quibus scriptum est.
Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Et quales vult
apostolus fieri de quibus dicit volo autem vos sapientes qui
dem esse in bono simplices esse in malo. Secundum capitulum. II

Hominis autem sapientia pietas est. Habes hoc in libro sancti Iob.
Nam ibi legitur quod ipsa sapientia dixerit homini. Ecce pietas est
sapientia. Si autem queris quam dixerit eo loco pietatem dis
tinctius in greco reperies theosebian quod est dei cultus.
Dicitur enim grece pietas et aliter id est eusebian quo nomine

significatur bonus cultus, eusebia: et hoc pietate redditur
ad colendum deum. Sed nichil est commodius illo nomine, quo eui-
dentius dei cultus expressus est, cum quod est hominis sapientia
diceretur. Queris ne aliud dici breuius, qui petis a me ut
breuiter magna dicantur? An hoc ipsum tibi forsitan desideras
breuiter aperiri atque in sermonem breuem colligi. III.

Quonam modo sit colendus deus? Hic si respondero fide spe
et caritate colendum deum: profecto dicturus es tibi breuius hoc
dictum esse quam uelles. Ac deinde petiturus ea tibi breuiter expli-
cari que ad singula tria ista pertineant: quid credendum fide
scilicet, quid sperandum spe, quid amandum sit caritate. Que
cum fecero, ibi erunt omnia illa que in epistola tua querenda
posuisti; cuius exemplum si est penes te, facile est ut ea reuol-
uas et relegas. Si autem non est, commemorante me recolas. IIII.

Vis enim tibi ut scribis librum a me fieri quem enchiridion
ut dicunt habeas et de tuis manibus non recedat, continens postu-
lata, id est quid sequendum maxime, quid propter diuersas precipue
hereses sit fugiendum, in quantum ratio pro religione contendat
uel quid in ratione cum fides sit sola non ueniat, uel quid pri-
mum, quid ne ultimum teneatur, que totius diffinitionis sum-
ma sit, quod certum propriumque fidei catholice fundamen-
tum. Hec omnia que requiris procul dubio scies diligenter scien-
do quid credi, quid sperari debeat, quid amari. Hec enim max-
ime immo uero sola in religione sequenda sunt. His qui
contradicit aut omnino a Christi nomine alienus est aut he-
reticus. Hec sunt defendenda ratione, que uel a sensibus corporis
inchoata uel intelligentia mentis inuenta. Que autem nec
mente assequi ualemus nec corporis sensu experti sumus aut ua-
leamus, eis sine ulla dubitatione credenda sunt testibus a qui-
bus ea que diuina uocari iam meruit scriptura confecta est,
qui ea siue per corpus siue per animum diuinitus adiuti
uel uidere uel etiam preuidere potuerunt. V.

Cum autem initio fidei que per dilectionem operatur imbuta mens
fuerit, tendit bene uiuendo et ad speciem peruenire, ubi est sanctis et
perfectis cordibus nota ineffabilis pulcritudo, cuius plena uisio
est summa felicitas. Hoc est nimirum quod requiris quid
primum, quid ultimum teneatur: inchoari fide, perfici specie. Hec
etiam totius diffinitionis est summa. Certum uero propriumque
fidei catholice fundamentum Christus est. Fundamentum enim aliud
nemo potest ponere, ait apostolus, preter id quod positum est, quod est
Christus Ihesus. Nec ideo hoc negandum est proprium fundamentum
esse fidei catholice, quia putari potest aliquibus hereticis hoc
nobiscum esse commune. Si enim diligenter que ad Christum pertinent
cogitentur, nomine tenus inuenitur Christus apud quoslibet
hereticos qui se christianos uocari uolunt, re ipsa uero non est
apud eos. Quod ostendere nimis longum est, quoniam commemorande
sunt omnes hereses, siue que fuerunt siue que sunt siue que
potuerunt esse sub uocabulo christiano, et quam sit hoc uerum per
singulas quasque monstrandum. Que disputatio tam mul-
torum est uoluminum ut infinita uideatur. VI.

Tu autem enchiridion a nobis postulas, id est quod manu pos-
sit astringi, non quod armaria possit honerare. Ut ergo ad
illa tria redeamus per que diximus colendum deum, fide spe cari-
tate, facile est ut dicatur quid credendum, quid sperandum,
quid amandum sit. Sed quemadmodum aduersus eorum qui
diuersa sentiunt calumpnias defendatur operosioris uberior-
isque doctrine est. Que ut habeatur non breui enchiridion
manus debet impleri, sed grandi studio pectus accendi. VII.

Nam ecce tibi est simbolum et dominica oratio. Quid breuius
auditur aut legitur? Quid facilius commendatur memorie?
Quia enim de peccato grauiter miseria premebatur genus humanum
et diuine indigebat misericordie, gratie dei tempus propheta predicens ait:
Et erit omnis quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit.
Propter hoc oratio. Sed apostolus cum ad ipsam gratiam commendandam hoc
propheticum testimonium commemorasset, continuo subiecit: Quo-
modo autem inuocabunt in quem non crediderunt? Propter hoc simbolum.
In his duobus tria illa intuere: fides credit, spes et caritas o-
rant. Sed sine fide esse non possunt. Ac per hoc et fides orat. Propter
quod dictum est: quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? VIII.

Quid autem sperari potest quod non creditur? Porro aliquid
etiam quod non speratur credi potest. Quis namque fidelium pe-
nas non credit impiorum? Nec sperat tamen. Et quisquis eas imminere
sibi credit ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur
quam sperare. Que duo quidam distinguens ait: liceat sperare ti-
menti. Sicut autem ab alio poeta quamuis meliore proprie dictum est:
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Denique nonnulli in
arte grammatica hoc huius utuntur exemplo ad ostendendam im-
propriam dictionem, et aiunt: sperare dixit pro timere. Est itaque fi-
des et malarum rerum et bonarum, quia et bona creduntur et mala, et hoc
fide bona non mala. Est etiam fides et preteritarum rerum et pre-
sentium et futurarum. Credimus enim mortuum Christum, quod iam preteritum est;
credimus sedere ad dexteram patris, quod nunc est; credimus uentu-
rum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides et suarum rerum
est et alienarum. Nam et se quisque credit et aliquando esse cepisse
nec fuisse utique sempiternum, et alia atque alia nec solum de
aliis hominibus multa que ad religionem pertinent, uerum etiam
de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum
nec nisi futurarum et ad eum pertinentium qui earum spem gerere
perhibetur. Que cum ita sint, propter has causas distinguenda e-
rit fides a spe sicut uocabulo ita et rationali differentia.
Nam quod attinet ad non uidere siue que creduntur siue
que sperantur, fidei speique commune est. In epistola quippe ad he-
breos, qua teste usi sunt illustres catholice regule defenso-
res, fides dicta est conuictio rerum que non uidentur. Quam-
uis cum se quisque non uerbis non testibus non denique ullis ar-
gumentis sed presentium rerum euidentie credidisse, hoc est
fidem accomodasse se dicit, non ita uidetur absurdus ut
recte reprehendatur in uerbo et ei dicatur: Ergo uidisti non cre-
didisti. Unde putari potest non esse consequens ut non uidea-
tur res quecumque creditur. Sed melius hanc appellamus fi-
dem quam diuina eloquia docuerunt, earum scilicet rerum que non ui-
dentur. De spe quoque ait apostolus: Spes que uidetur non est
spes. Quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus
speramus, per patientiam expectamus. Cum ergo bona nobis
futura esse creduntur, nichil aliud quam sperantur. Iam de amore
quid dicam sine quo fides nichil prodest? Spes uero esse sine a-
more non potest. Denique ut ait apostolus Iacobus, et demones cre-
dunt et contremiscunt. Nec tamen sperant uel amant, sed potius quod
speramus et amamus credendo uenturum esse formidant. Propter quod
apostolus Paulus fidem que per dilectionem operatur approbat atque com-
mendat, que utique sine spe non potest esse. Proinde nec amor
sine spe nec spes sine amore, nec utrumque sine fide. IX.

Cum ergo queritur quid credatur uel quid credendum est
quod ad religionem pertineat, non rerum natura rimanda est,
quemadmodum ab eis quos phisicos greci uocant.
Nec metuendum est ne aliquid de ui et numero elementorum,
de motu atque ordine et defectibus siderum, de figura celi, de
generibus et naturis animalium fruticum lapidum fontium flu-
minum montium, de spatiis locorum et temporum, de signis immi-
nentium tempestatum, et alia scientia de his rebus quas
illi uel inuenerunt uel inuenisse se existimant christianus ig-
noret, quia nec ipsi omnia reperiunt tanto excellentes in-

uel flagrantes studio uel abundantes otio et quedam humana coniectura inuestigantes quedam uero historica experientia comperientes et in eis que inuenissent gloriantes plura opinantes potius quam scientes. Satis est christiano rerum creatarum causam siue celestium siue terrestrium siue uisibilium siue inuisibilium non nisi bonitatem intelligere creatoris qui est unus deus et uerus. nullamque esse naturam que non aut ipse sit aut ab ipso. eumque esse trinitatem patrem scilicet et filium a patre genitum et spiritum sanctum ab eodem patre procedentem sed unum eundemque spiritum patris et filii. X.

Ab hac summa et equaliter et inmutabiliter bona trinitate omnia creata sunt nec summe nec equaliter nec inmutabiliter bona. sed tamen bona et singula. simul uero uniuersa ualde bona quia ex omnibus consistit uniuersitatis admirabilis pulchritudo.

In qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum XI et loco suo positum eminentius commendat bona ut magis placeant et laudabiliora sint dum comparantur malis. Neque enim deus omnipotens quod etiam infideles fatentur rerum cui summa potestas est cum summe bonus sit ullo modo sineret mali aliquid esse in operibus suis nisi usque adeo esset omnipotens et bonus ut bene faceret et de malo. Quid est autem aliud quod malum dicitur nisi priuatio boni. Nam sicut corporibus animalium nichil est aliud morbis et uulneribus affici quam sanitate priuari. neque enim id agitur cum adhibetur curatio ut mala ista que inerant id est morbi aut uulnera recedant hinc et alibi sint. sed utique ut non sint. Non enim ulla substantia sed carnalis substantie uitium est uulnus aut morbus. cum caro sit ipsa substantia profecto aliquod bonum est cui accidunt ista mala id est priuationes eius boni quod dicitur sanitas. Ita et animorum quecumque sunt uitia naturalium sunt priuationes bonorum. que cum sanantur non aliquo transferuntur sed ea que ibi erant nusquam erunt quando in illa sanitate non erunt. XII

Nature igitur omnes quoniam naturarum prorsus omnium conditor summe bonus est bone sunt. sed quia non sicut earum conditor summe atque inmutabiliter bone sunt. ideo in eis et minui bonum et augeri. Sed bono minui malum est. quamuis quantumcumque minuatur remaneat aliquid necesse est si adhuc natura est. unde natura sit. Neque enim si qualiscumque et quantulacumque natura est consumi bonum quod natura est nisi et ipsa consumatur potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur. Porro si et incorruptibilis sit que corrumpi omnino non possit multo est procul dubio laudabilior. Cum uero corrumpitur ideo malum est eius corruptio quia eam qualicumque priuat bono. Nam si nullo bono priuat non nocet. nocet autem. adimit igitur bonum. Cum ergo natura corrumpitur inest ei bonum quo priuetur. Ac per hoc si nature aliquid remanebit quod iam corrumpi nequeat profecto natura incorruptibilis erit et ad hoc tam magnum bonum corruptione perueniet. At si corrumpi non desinet utique nec bonum habere desinet quo eam possit priuare corruptio. Quod si eam penitus totamque consumpserit ideo nullum bonum inerit quia natura nulla erit. Quocirca bonum corruptio consumere non potest nisi consumendo naturam. Omnis igitur natura bonum est magnum si corrumpi non potest. paruum si potest. Negari tamen bonum esse nisi stulte atque imperite prorsus non potest. Que si corruptione consumitur nec ipsa corruptio remanebit nulla ubi possit esse subsistente natura.

Ac per hoc nullum est quod dicitur malum si nullum sit bonum. XIII Sed bonum omni malo carens integrum bonum est. Cui uero inest malum uitiatum uel uitiosum bonum est. Nec malum umquam potest esse ullum ubi bonum est nullum. Unde res mira conficitur ut quia omnis natura in quantum natura est bonum est nichil aliud dici uideatur cum uitiosa natura mala esse dicitur nisi malum esse quod bonum est. nec malum esse nisi quod bonum est. quoniam omnis natura bonum est nec res aliqua mala esset si res ipsa que mala est natura non esset. Non igitur potest esse malum nisi aliquod bonum. Quod cum dici absurdum uideatur connexio tamen ratiocinationis huius uelut ineuitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cauendum est ne incidamus in illam sententiam propheticam ubi legitur. Ve his qui dicunt quod bonum est malum et quod malum est bonum. qui dicunt tenebras lucem et lucem tenebras. qui dicunt dulce amarum et amarum dulce. Et tamen dominus dicit. Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quid est autem malus homo nisi mala natura. quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonum est quia natura est. quid est malus homo nisi malum bonum. Tamen cum duo ista discernimus inuenimus nec ideo malum quia homo est nec ideo bonum quia iniquus est. sed bonum quia homo. malum quia iniquus. Quisquis ergo dicit malum esse hominem aut quod bonum est iniquum esse et quod malum bonum. opus enim dei culpat quod est homo et uitium hominis laudat quod est iniquitas. Omnis itaque natura etiam si uitiosa est in quantum natura est bona est. in quantum uitiosa est mala est. XIIII

Quapropter in his contrariis que mala et bona uocantur illa dialecticorum regula deficit qua dicunt nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aer simul est et tenebrosus et lucidus. nullus cibus aut potus simul dulcis et amarus. nullum corpus simul ubi album ibi et nigrum. nullum simul ubi deforme ibi et formosum. Et hoc in multis ac pene omnibus contrariis reperitur ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona et mala nullus ambigat esse contraria non solum simul esse possunt sed mala omnino sine bonis et nisi in bonis esse non possunt. quamuis bona sine malis possint. Potest enim homo uel angelus esse non iniustus. iniustus autem non potest esse nisi homo uel angelus. et bonum quod homo. bonum quod angelus. malum quod iniustus. Et hec duo contraria ita simul sunt ut si bonum non esset in quo esset prorsus nec malum esse potuisset. quia non modo ubi consisteret sed unde oriretur corruptio non haberet nisi esset quod corrumperetur. Quod nisi bonum esset nec corrumpi posset. quoniam nichil aliud est corruptio quam boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt et nisi in aliquibus bonis non sunt. nec erat unde oriretur ulla mali natura. Nam si esset in quantum natura esset profecto bona esset. et aut incorruptibilis natura magnum esset bonum. aut et natura corruptibilis nullo modo esset nisi aliquod bonum quod ei corruptio posset nocere corrumpendo. XV

Sed cum mala ex bonis orta esse dicimus non putetur hoc dominice sententie refragari qua dixit. Non potest arbor bona fructus malos facere. Non potest enim sicut ueritas ait uua colligi de spinis. quia non potest uua nasci de spinis. Sed ex bona terra et uuas nasci uidemus posse et spinas. Eodem modo tamquam arbor mala fructus bonos id est opera bona non potest facere uoluntas mala. Sed ex bona hominis natura oriri uoluntas et bona et mala potest. Nec fuit prorsus unde oriretur uoluntas mala nisi ex angeli et hominis natura bona. Quod et ipse dominus eodem loco ubi de arbore et fructibus loquebatur apertissime ostendit. Ait enim. Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum. aut facite arborem malam et fructum eius malum. Satis admonens ex arbore quidem bona malos aut ex mala bonos nasci fructus non posse. ex ipsa tamen terra cui loquebatur utramque arborem posse.

Que cum ita sint cum nobis maronis illud placet. XVI Felix qui potuit rerum agnoscere causas. non nobis uideatur ad felicitatem consequendam pertinere si sciamus causas magnarum in mundo corporalium motionum que abditissimis nature finibus occuluntur. Unde tremor terris

que in maria alta tumescunt, quibusve ruptis rursus in se ipsa residant, et cetera huiusmodi. Sed bonarum et malarum rerum causas nosse debemus, quatenus eas homini in hac vita erroribus erumpnisque plenissima ad eosdem errores et erumpnas evadendas nosse conceditur. Ad illam quippe felicitatem tendendum est, ubi nulla quatiamur erumpna, nullo errore fallamur. Nam si cause corporalium rerum motionum noscende nobis essent, nullas magis quam nostre valetudinis debemus. Cum vero eis ignorantes medicos querimus, quis non videat que de secretis celi et terre nos lateat quanta sit patientia nesciendum?

XVII

Quamvis enim error quantum possumus cavendus sit, non solum in maioribus verum etiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari, non est tamen consequens ut continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum, quod erroris est proprium. Verumptamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in una eademque re et nescienti scientem et erranti non errantem recta ratione preponimus. In diversis autem rebus, id est cum iste scit alia, ille alia, et iste utiliora, ille minus utilia vel etiam noxia, quis non in eis que ille scit preferat ei nescientem? Sunt enim quedam que nescire quam scire sit melius. Item non nullis errare profuit aliquando, sed in via pedum, non in via morum. Nam nobis ipsis accidit ut in quodam bivio falleremur, et non iremus per eum locum ubi opperiens transitum nostrum donatistarum manus armata subsederat, atque ita factum est ut eo quo tendebamus per devium circuitum veniremus, cognitisque insidiis illorum nos gratularemur errasse atque inde gratias ageremus deo. Quis ergo ita errantem sic non erranti latroni preponere dubitaverit? Et fortasse ideo apud illum summum poetam loquens quidam miser amator: ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error. Dicit enim est et error bonus, qui non solum nichil obest, verum etiam prodest aliquid. Sed diligentius considerata veritate, cum aliud nichil sit errare quam verum putare quod falsum est, falsumque quod verum est, vel certum habere pro incerto, incertum pro certo, sive falsum sit sive verum, idque tam sit in animo deforme atque indecens, quam pulcrum et decorum esse sentimus vel in loquendo vel in assentiendo est est, non non, profecto et ob hoc ipsum est misera vita ista qua vivimus, quod ei nonnumquam ut non amittatur error necessarius est. Absit ut talis sit illa vita ubi est anime nostre ipsa veritas vita, ubi nemo fallit, fallitur nemo. Hic autem homines fallunt atque falluntur, miserioresque sunt cum mentiendo fallunt quam cum mentientibus credendo falluntur. Usque adeo tamen rationabilis natura refugit falsitatem et quantum potest devitat errorem, ut falli nolint etiam quicumque amant fallere. Non enim sibi qui mentitur videtur errare, sed alium in errorem mittere credentem sibi. Et in ea re quidem non errat quam mendacio contegit, si novit ipse quid verum sit; sed in hoc fallitur quod putat sibi suum non obesse mendacium, cum magis facienti quam patienti obsit omne peccatum.

XVIII

Verum hic difficillima questio gignitur et latebrosissima questio gignitur, de qua iam grandem librum, cum respondendi nos urgeret necessitas, absolvimus: utrum ad officium hominis iusti pertineat aliquando mentiri. Non nulli enim eo usque progrediuntur, ut et peierare et de rebus ad dei cultum pertinentibus atque de ipsa dei natura falsum aliquid dicere nonnumquam bonum piumque opus esse contendant. Michi autem videtur peccatum esse quidem omne mendacium, sed multum interesse quo animo et de quibus rebus quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille qui consulendi quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur; et nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in diversum mittit iter quantum ille qui viam vite mendacio fallente depravat. Nemo sane mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat verum, quoniam quantum in ipso est non fallit ipse sed fallitur. Non itaque mendacii sed aliquando temeritatis arguendus est qui falsa incautius credita pro veris habet. Potius e contrario quantum in ipso est ille mentitur qui dicit quod putat falsum verum. Quantum enim ad animum suum attinet, quia non quod sentit hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum inveniatur esse quod dicit. Nec ullo modo liber est a mendacio qui ore nesciens verum dicit, sciens autem voluntate mentitur. Non consideratis itaque rebus ipsis de quibus aliquid dicitur, sed sola intentione dicentis, melior est qui nesciens falsum dicit, quoniam id verum putat, quam qui mentiendi animum sciens gerit, nesciens verum esse quod dicit. Ille namque aliud non habet in animo, aliud in verbo; huic vero qualecumque per semet ipsum sit quod ab eo dicitur, aliud tamen clausum in pectore, aliud in lingua promptum est, quod malum est proprium mentientis. In ipsarum autem consideratione rerum que dicuntur, tantum interest qua in re quisque fallatur sive mentiatur, ut cum falli quam mentiri minus sit malum quantum pertinet ad hominis voluntatem, longe sit tolerabilius in his que a religione sunt seiuncta mentiri quam in his sine quorum fide vel notitia deus coli non potest falli. Quod ut illustretur exemplis, intueamur quale sit, si quispiam dum mentitur vivere nuntiet aliquem mortuum, et alius dum fallitur credat Christum post quantum libet longa tempora moriturum, nonne illo modo mentiri quam isto modo falli incomparabiliter prestat? Multoque minoris mali est in illum errorem aliquem inducere quam in istum ab aliquo induci.

XIX

In quibusdam ergo rebus magno, in quibusdam parvo, in quibusdam nullo malo, in quibusdam vero nonnullo bono etiam fallimur. Nam magno malo fallitur homo cum hoc non credit quod ad vitam ducit eternam, vel hoc credit quod ad mortem ducit eternam. Parvo autem fallitur qui falsum pro vero approbando incidit in aliquas molestias temporales, quibus tamen adhibita fidelis patientia convertit eas in usum bonum, velud si quispiam bonum hominem putando qui malus est aliquid patiatur ab eo mali. Qui vero malum hominem ita bonum credit ut nichil ab eo patiatur mali, nullo malo fallitur, nec in eo cadit illa prophetica detestatio: Ve his qui dicunt quod malum est bonum. De ipsis enim rebus unde homines mali sunt, non de hominibus dictum intelligendum est. Unde qui adulterium dicit bonum recte arguitur illa voce prophetica. Qui vero ipsum hominem dicit bonum quem putat castum et nescit adulterum, non in doctrina rerum bonarum et malarum sed in occultis humanorum fallitur morum, vocans hominem bonum in quo putat esse quod esse novit bonum, et dicens malum adulterum et bonum castum, sed hunc bonum dicens nesciendo adulterum esse non castum. Porro si per errorem evadat quisque perniciem, sicut supra dixi nobis in itinere contigisse, et boni aliquid homini errore confertur. Sed cum dico in quibusdam rebus nullo modo aliquem vel non nullo etiam bono falli, non ipsum errorem dico nullum malum vel nonnullum bonum, sed malum quo non venitur errando, id est ex ipso errore quid non eveniat vel quid perveniat. Nam ipse per se ipsum error aut magnum in re magna aut parvum in re parva tamen semper est malum. Quis enim nisi errans malum neget approbari falsa pro veris aut improbari vera pro falsis, aut haberi certa pro incertis vel incerta pro certis? Sed aliud est malum

hominem putare qui bonus est, quod est erroris; et aliud est in hoc malo aliud malum non pati: si inde vocatur malus qui est putatus bonus. Itemque aliud est ipsam viam putare que non est ipsa; et aliud est ex hoc erroris malo aliquid boni consequi: velud est ab insidiis malorum hominum liberari. XX

Nescio sane utrum etiam eiusdem modi error sit cum homo de malo homine bene sentit qualis sit nesciens, aut cum pro eis que per sensus corporis capimus occurrunt similia, que spiritu tamquam in corpore, aut corpore tamquam spiritu sentimus; quale putabat esse apostolus Petrus quando se existimabat se visum videre de claustris et vinculis per angelum liberatus; aut in ipsis rebus corporeis leve putetur esse quod asperum est, aut dulce quod amarum est, aut bene olere quod putridum est, aut tonare cum reda transit, aut illum esse hominem cum alius sit, quando duo simillimi sunt, quod in geminis sepe contingit. Unde ait ille: gratusque parentibus error; et cetera talia etiam peccata dicenda sunt. Nec que scio nodosissima que homines acutissimos Achademicos torsit, sine michi enodanda suscepta est: utrum debeat aliquid sapiens approbare ne incidat in errorem si pro veris approbaverit falsa: cum omnia sicut affirmant vel occulta sint vel incerta. Unde tria confeci volumina in initio conversionis mee, ne impedimento nobis essent tamquam in hostio contradicebant. Et utique fuit removenda inveniende desperatio veritatis, que illorum videtur argumentationibus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatum, quod vitari non posse contendunt nisi omnis suspendatur assensio. Errare quippe dicunt eum quisquis assentit incertis; nec est certum quicquam in hominum visis propter indiscretam similitudinem falsi, etiam si quod videtur forte sit verum: acutissimis quidem sed inprudentissimis conflictationibus disputantes. Apud nos autem iustus ex fide vivit. At si tollatur assensio fides tollitur, quia sine assensione nichil creditur. Et sunt vera quamvis non videantur que nisi credantur ad vitam beatam que non nisi eterna est non potest perveniri. Cum istis vero utrum loqui debeamus ignoro, qui non victuros in eternum sed in presentia se vivere nesciunt; immo nescire se dicunt quod nescire negare non possunt. Neque enim quisquam sinitur nescire se vivere; quandoquidem si non vivit, non potest aliquid vel nescire. Scire vero nisi viventis est. Sed videlicet non assentiendo quod vivunt, cavere sibi videntur errorem, cum etiam errando convincantur vivere, quoniam potest qui non vivit errare. Sicut ergo nos vivere non solum verum sed et certum est, ita vera et certa sunt multa quibus non assentiri absit. XXI

In quibus autem rebus nichil interest ad capescendum regnum dei, utrum vera sive sint sive putentur an falsa, in his errare, id est aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum, aut si est, minimum esse utique et levissimum. Postremo qualecumque illud et quantumcumque sit, ad illam viam non pertinet qua imus ad deum, que via fides est Christi que per dilectionem operatur. Neque enim ab hac via deviabat in geminis filiis gratus ille parentibus error; aut ab hac via deviabat apostolus Petrus quando se existimans visum videre aliud pro alio sic putabat, ut corporum ymaginibus in quibus se esse arbitrabatur vera in quibus erat corpora non dinosceret, nisi cum ab illo angelus per quem fuerat liberatus abscessit. Aut ab hac via deviabat Iacob patriarcha quando viventem filium a bestia credebat occisum. In his atque huiusmodi falsitatibus salva fide que in deum nobis est fallimur, et via non relicta que ad illum nos ducit erramus. Que errores etiam si peccata non sunt, tamen in malis huius vite deputanda sunt, que ita subiecta est vanitati, ut approbentur hic falsa pro veris et respuantur vera pro falsis, teneantur certa pro incertis. Quamvis enim hec ea fide absint per quam veram certamque ad eternam beatitudinem tendimus, ab ea tamen miseria non absunt in qua adhuc sumus. Nullo modo enim falleremur in aliquo vel animi vel corporis sensu, si iam vera illa atque perfecta felicitate frueremur. XXII

Porro omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia homo non solum quando scit ipse quod verum sit, sed etiam si quando errat et fallitur homo sicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit, sive illud verum sit sive putetur et non sit. Omnis autem qui mentitur contra id quod animo sentit loquitur voluntate fallendi. Et utique verba propterea sunt instituta, non per que se invicem homines fallant, sed per que in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad id quod sunt instituta, peccatum est. Nec ideo ullum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus aliquando alicui prodesse mentiendo. Possumus enim et furando, si pauper cui palam datur sentit commodum, et dives cui clam tollitur non sentit incommodum; nec ideo tale quisquam furtum dixerit non esse peccatum. Possumus et adulterando, si aliqua nisi ad hoc ei consentiatur appareat amando moritura, et si vixerit penitendo purganda; nec ideo peccatum negabitur tale adulterium. Si autem merito nobis placet castitas, quid offendit veritas, ut pro aliena utilitate illa non violetur adulterando, et violetur ista mentiendo? Profecisse quidem ad bonum plurimum homines qui non nisi pro salute hominis mentiuntur, non est negandum; sed in eorum tali profectu merito laudatur vel etiam temporaliter remuneratur benivolentia, non fallacia; que ut ignoscatur satis est, non ut etiam predicetur, maxime in heredibus novi testamenti, quibus dicitur: Sit in ore vestro est est, non non; quod autem amplius est a malo est. Propter quod malum, quia subrepere in hac mortalitate non desinit, et ipsi coheredes Christi dicunt: Dimitte nobis debita nostra. XXIII

Hec itaque pro huius brevitatis necessitate tractata cum sint, que cause cognoscende sunt rerum bonarum et malarum quantum vie satis est que nos perducat ad regnum ubi erit vita sine morte, sine errore veritas, sine perturbatione felicitas, nequaquam dubitare debemus rerum que ad nos pertinent bonarum causam non esse nisi bonitatem dei; malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, hominis postea. XXIIII

Hoc primum creature rationalis malum, id est prima privatio boni. Deinde iam etiam nolentibus subintravit ignorantia rerum agendarum et concupiscentia noxiarum, quibus comites subinferuntur error et dolor; que duo mala quando imminentia sentiuntur, ea fugientis animi motus vocatur metus. Porro animus cum adipiscitur concupita quamvis perniciosa vel inania, quando id errore non sentit vel delectatione morbida vincitur, vel vana etiam letitia ventilatur. Ex his morborum non ubertatis sed indigentie tamquam fontibus omnis miseria nature rationalis emanat. XXV

Que tamen natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum. Verum hec communia mala sunt et hominum et angelorum pro sua malitia domini iustitia dampnatorum. Sed homo habet et penam propriam, quia et corporis morte punitus est. Mortis ei quippe supplicium dominus comminatus fuerat si peccaret, sic eum munerans libero arbitrio ut tamen regeret imperio, terreret exitio, atque in paradisi felicitate tamquam in umbra vite unde iustitia custodita in meliora conscenderet collocavit. XXVI

Hinc post peccatum exul effectus stirpem quoque suam quam peccando in se tamquam in radice viciaverat pena mortis et dampnationis obstrinxit, ut quicquid prolis ex illo et simul dampnata per quam peccaverat coniuge per carnalem concupiscentiam in qua inobedientie pena similis retributa est nasceretur, traheret originale peccatum quo traheretur per errores doloresque

diuisos ab illis extremum cum desertoribus angelis uictoribus et possessoribus et consortibus suis sine fine supplicium. Sic per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Mundum quippe appellauit eo loco apostolus uniuersum genus humanum. Ita ergo se res habebat. XXVII.

Iacebat in malis uel etiam uoluebatur et de malis in mala precipitabatur totius humani generis massa dampnata et adiuncta parti eorum angelorum qui peccauerant luebat impie desertionis dignissimas penas. Ad iram quippe dei pertinet iustam quicquid ceca et indomita concupiscentia faciunt mali et quicquid manifestis apertisque penis patiuntur inuiti. Non sane creatoris deficiente bonitate et malis angelis subministrare uitam et uiuacem potentiam. Que subministratio si auferatur intercidit. Et hominum quamuis de propagine uitiata dampnataque nascentium formare semina et animare ordinare membra per temporum etates per locorum spacia uegetare sensus alimenta donare. Melius enim iudicauit de malis benefacere quam mala nulla esse permittere. Et siquidem in melius hominum reformationem nullam prorsus esse uoluisset sicut impiorum nulla est angelorum, nonne merito fieret ut natura que deum deseruit, que preceptum sui creatoris quod custodire facillime posset sua male utens potestate calcauit atque transgressa est, que in se sui creatoris imaginem ab eius lumine contumaciter auersa uiolauit, que salubrem seruitutem ab eius legibus male libero abrupit arbitrio, ut uniuersa in eternum desereretur ab eo et pro merito penam penderet sempiternam? Plane ita faceret si tantum iustus non etiam misericors esset suamque indebitam misericordiam multo euidentius in indignorum potius liberatione monstraret. XXVIII.

Angelis igitur aliquibus impia superbia deserentibus deum et in huius aeris imam caliginem de superna celesti habitatione deiectis residuus numerus angelorum in eterna cum deo beatitudine et sanctitate permansit. Neque enim ex uno angelo lapso atque dampnato ceteri propagati sunt ut eos sicut homines originale malum obnoxie successionis uinculis obligaret atque uniuersos traheret in meritos ad debitas penas. Sed eo qui diabolus factus est cum sociis impietatis elato et ea cum eis elatione prostrata ceteri uero pia obedientia domino coheserunt, accipientes etiam quod illi non habuerunt certam scientiam qua essent de sua sempiterna et numquam casura stabilitate securi. Placuit itaque uniuersitatis creatori atque moderatori deo ut quoniam non tota multitudo angelorum deum deserendo perierat ea que perierat in perpetua dampnatione remaneret. Que autem cum illa deserente perstitit de sua certissime cognita futura semper felicitate gauderet. XXIX.

Alia uero creatura rationalis que in hominibus erat quoniam peccatis atque suppliciis et originalibus et propriis tota perierat ex eius parte reparata quod angelice societati ruina illa diabolica minuerat suppleretur. Hoc enim promissum est resurgentibus sanctis quod erunt equales angelis dei. Ita superna Ierusalem mater nostra ciuitas dei nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum aut immundorum demonum nouimus in quorum locum succedentes filii sancte matris que sterilis apparebat in terris in ea pace qua illi exciderunt sine ullo temporis termino permanebunt. Sed illorum ciuium numerus siue qui est siue qui futurus est in contemplatione est eius artificis qui uocat ea que non sunt tamquam ea que sunt atque in mensura et numero et pondere cuncta disponit. XXX.

Verum hec pars humani generis cui liberationem deus regnumque promisit eternum numquid meritis operum suorum reparari poterit? Absit. Quid enim boni operatur perditus nisi quantum fuerit a perditione liberatus? Numquid libero uoluntatis arbitrio? Et hoc absit. Nam libero arbitrio male utens homo et se perdidit et ipsum. Sicut enim qui se occidit utique uiuendo se occidit sed se occidendo non uiuit nec se ipsum poterit resuscitare cum occiderit, ita cum libero peccaretur arbitrio uictore peccato amissum est liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus est huic et seruus addictus est. Petri certe apostoli est ista sententia. Que cum uera sit, qualis queso potest serui addicti esse libertas nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit qui sui domini uoluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est qui peccati seruus est. Unde ad iuste faciendum liber non erit nisi a peccato liberatus esse iusticie ceperit seruus. Ipsa est uera libertas propter recti facti leticiam simul et pia seruitus propter precepti obedientiam. Sed ad bene faciendum ista libertas unde erit homini addicto et uendito nisi redimat cuius illa uox est: Si uos filius liberauerit tunc uere liberi eritis? Quod antequam esse in homine fieri incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono glorietur opere qui nondum liber est ad bene operandum, nisi se uana superbia inflatus extollat? Quam cohibet apostolus dicens: Gratia dei salui facti estis per fidem. XXXI.

Et ne ipsam sibi saltem fidem sic arrogarent ut non intelligerent diuinitus esse donatam sicut idem apostolus alio loco se dicit ut fidelis esset misericordiam consecutum, hic quoque adiunxit atque ait: Et hoc non ex uobis sed dei donum est, non ex operibus ne forte quis extollatur. Et ne putarentur fidelibus bona defutura opera rursus adiecit: Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Ihesu in operibus bonis que preparauit deus ut in illis ambulemus. Tunc ergo efficimur uere liberi cum deus nos fingit id est format et creat non ut homines quod iam fecit sed ut boni homines simus quod nunc gratia sua facit ut simus in Christo noua creatura secundum quod dictum est: Cor mundum crea in me deus. Neque enim cor eius quantum pertinet ad naturam cordis humani non iam creauerat deus. XXXII.

Item ne quisquam etsi non de operibus de ipso glorietur libero uoluntatis arbitrio tamquam ab ipso incipiat meritum cui tamquam debitum reddatur premium bene operandi ipsa libertas, audiat eundem gratie preconem dicentem: Deus enim est qui operatur in uobis et uelle et operari pro bona uoluntate. Et alio loco: Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei. Cum procul dubio si homo eius etatis est ut ratione iam utatur non possit credere sperare diligere nisi uelit nec peruenire ad palmam superne uocationis dei nisi uoluntate cucurrerit. Quomodo ergo non uolentis neque currentis sed miserentis est dei nisi quia et ipsa uoluntas sicut scriptum est a domino preparatur? Alioquin si propterea dictum est non uolentis neque currentis sed miserentis est dei quia ex utroque fit et uoluntate hominis et misericordia dei, ut sic dictum accipiamus non uolentis neque currentis sed miserentis dei tamquam diceretur: Non sufficit sola uoluntas hominis si non sit etiam misericordia dei. Non ergo sufficit et sola misericordia dei si non sit etiam uoluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est non uolentis sed miserentis est dei quia id uoluntas hominis sola non implet, cur non e contrario recte dicitur non miserentis est dei sed uolentis est hominis quia id misericordia dei sola non implet? Porro si nullus dicere christianus audebit non miserentis est dei sed uolentis hominis est, ne apostolo apertissime contradicat, restat ut propterea recte dictum intelligatur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei ut totum detur deo qui hominis uoluntatem bonam et preparat adiuuandam et adiuuat preparatam. Precedit enim bona uoluntas hominis multa dei dona sed non omnia. Que autem non precedit ipsa in eis est et ipsa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis et misericordia eius preueniet

me et misericordia eius subsequetur me. Nolentem preuenit ut uelit; uolentem subsequitur ne frustra uelit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris utique nolentibus pie uiuere nisi ut deus operetur in illis et uelle? Itemque cur admonemur petere ut accipiamus nisi ut ab illo fiat quod uolumus, a quo factum est ut uellemus? Oramus ergo pro inimicis nostris ut misericordia dei preueniat eos sicut preuenit nos. Oramus autem pro nobis ut misericordia eius subsequatur nos. XXXIII

Tenebatur itaque iusta dampnatione genus humanum et omnes erant filii ire. De qua ira scriptum est: Quoniam omnes dies nostri defecerunt et in ira tua defecimus; anni nostri sicut aranea meditabuntur. De qua ira dicit beatus Iob: Homo natus ex muliere breuis uite et plenus ire. De qua ira dicit dominus Ihesus: Qui credit in filium habet uitam eternam; qui autem non credit in filio non habet uitam eternam, sed ira dei manet super eum. Non ait ueniet sed manet super eum. Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit apostolus: Fuimus et enim nos natura filii ire sicut et ceteri. In hac ira cum essent homines per originale peccatum tanto grauius et perniciosius quanto maiora uel plura insuper addiderunt, necessarius erat mediator, hoc est reconciliator, qui hanc iram sacrificii singularis cuius erant umbre omnia sacrificia legis et prophetarum oblatione placaret. Unde dicit apostolus: Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati nunc in sanguine eius salui erimus ab ira per ipsum. Cum autem deus irasci dicitur non eius significatur perturbatio qualis est in animo irascentis hominis, sed ex humanis motibus translato uocabulo uindicta eius que non nisi iusta est ire nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur deo et accipimus spiritum sanctum ut ex inimicis efficiamur filii (quotquot enim spiritu dei aguntur hii filii sunt dei) hec est gratia dei per dominum nostrum Ihesum Christum. XXXIIII

De quo mediatore longum est ut quanta digna sunt tantum dicantur. Quamuis ab homine dici digne non possint. Quis enim hoc solum congruentibus explicet uerbis quod uerbum caro factum est et habitauit in nobis, ut dei patris omnipotentis unicum filium natum de spiritu sancto ex Maria uirgine. Ita quippe uerbum caro factum est a diuinitate carne suscepta, non in carnem diuinitate mutata. Carnem quippe hominem debemus accipere a parte totum significante locutione sicut scriptum est: Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, id est omnis homo. Nam nichil humane in illa susceptione fas est dicere defuisse, sed nature ab omni peccati nexu omnimodo libere; non qualis de utroque sexu nascitur per concupiscentiam carnalem cum obligatione delicti cuius reatus per regenerationem diluitur, sed qualem de uirgine nasci oportebat quem fides matris non libido conceperat. Quod si uel nascente corrumperetur eius integritas, non iam ille de uirgine nasceretur, eumque falso (quod absit) natum de uirgine Maria tota confiteretur ecclesia, que imitans eius matrem cotidie parit eius membra et uirgo est. Lege si placet de uirginitate sancte Marie meas litteras ad illustrem uirum quem cum honore ac dilectione nomino Uolusianum. XXXV

Proinde Christus Ihesus dei filius est et deus et homo: deus ante omnia secula, homo in nostro seculo; deus quia dei uerbum (deus enim erat uerbum), homo autem quia in unitatem persone accessit uerbo anima rationalis et caro. Quo circa in quantum deus est, ipse et pater unum sunt; in quantum autem homo est, pater maior est illo. Cum autem esset unicus dei filius non gratia sed natura, ut esset plenus etiam gratia factus est et hominis filius; idemque ipse utrumque ex utroque unus est Christus. Quia cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est quod natura erat, id est esse equalis deo. Exinaniuit autem se accipiens formam serui non amittens uel minuens formam dei. Ac per hoc et minor est factus et mansit equalis, utrumque unus sicut dictum est. Sed aliud propter uerbum equalis patri, propter hominem minor. Unus dei filius idemque hominis filius; non duo filii dei, deus et homo, sed unus dei filius: deus sine initio, homo a certo initio, dominus noster Ihesus Christus. XXXVI

Hic omnino granditer et euidenter dei gratia commendatur. Quid enim natura humana in homine Christo meruit ut in unitatem persone unici filii dei singulariter esset assumpta? Que bona uoluntas, cuius boni propositi studium, que bona opera precesserunt quibus mereretur iste homo ut una fieret persona cum deo? Numquid antea fuit homo et hoc ei singulari prestitum est beneficium ut singulariter promereretur deum? Nempe ex quo homo esse cepit non aliud cepit esse homo quam dei filius et hoc unicus, et propter uerbum et propter uerbum dei quod illo suscepto caro et ita sit Christus factum est utique deus ut quemadmodum est una persona uerbum et homo. Unde nature humane tanta gloria nullis precedentibus meritis sine dubitatione gratuita? Nisi quia magna hic et sola dei gratia fideliter et sobrie considerantibus euidenter ostenditur ut intelligant homines per eandem gratiam se iustificari a peccatis per quam factum est ut homo Christus nullum haberet posse peccatum. Sic et eius matrem angelus salutauit: Aue inquit gratia plena. Et paulo post: Inuenisti, inquit, gratiam apud deum. Et hec quidem gratia plena et inuenisse gratiam apud deum dicitur ut domini sui immo omnium mater esset. De ipso autem Christo Iohannes euangelista cum diceret: Et uerbum caro factum est et habitauit in nobis, et uidimus inquit gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et ueritatis. Quod ait: Uerbum caro factum est, hoc est plenum gratie. Quod ait: gloriam unigeniti a patre, hoc est plenum ueritatis. Ueritas quippe ipsa unigenitus dei filius non gratia sed natura gratia suscepit hominem tanta unitate persone ut idem ipse esset et filius hominis. XXXVII

Idem namque Ihesus Christus filius dei unigenitus, id est unicus, dominus noster natus est de spiritu sancto et Maria uirgine. Et utique spiritus sanctus dei donum est, quod quidem et ipsum est equale donanti. Et ideo deus est etiam spiritus sanctus, patre filioque non minor. Et hoc ergo quod de spiritu sancto est secundum hominem natiuitas Christi, quid aliud quam ipsa gratia demonstratur? Cum enim uirgo quesisset ab angelo quomodo fieret quod ei nunciabatur, qui quidem illa uirum non cognouisset, respondit angelus: Spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi; ideoque quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Et Ioseph cum uellet eam dimittere suspicatus adulteram, quam non de se sciebat grauidam, responsum ab angelo: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod enim in ea natum est de spiritu sancto est, id est quod in ea est de alio uiro suspicaris de spiritu sancto est. XXXVIII

Numquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominis Christi esse spiritum sanctum ut deus pater uerbum genuerit, spiritus sanctus hominem, ex qua utraque substantia Christus unus esset, et dei patris filius secundum uerbum et spiritus sancti filius secundum hominem quod eum spiritus sanctus tamquam pater eius de matre uirgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est dum ostendere disputando quanta alia sequantur absurda cum hoc ipsum iam ita sit absurdum ut nulle fideles aures id ualeant sustinere. Proinde sicut confitemur quod noster dominus Ihesus Christus qui de deo deus, homo autem natus de spiritu sancto ex Maria uirgine, utraque substantia diuina scilicet et humana filius est unicus dei patris omnipotentis de quo procedit spiritus sanctus, quomodo dicimus Christum natum de spiritu sancto si non genuit eum spiritus sanctus? An quia fecit eum spiritus sanctus? Quia dominus noster Ihesus Christus in quantum deus est omnia facta sunt. In quantum

autem homo est, et ipse factus est, sicut dicit apostolus: factus est ei ex semine David secundum carnem. Sed cum illam creaturam quam virgo concepit et peperit, quamvis ad solam personam filii pertinentem, tota trinitas fecerit, neque enim separabilia sunt opera trinitatis, cur in ea facienda solus spiritus sanctus nominatus est? An et quando unus trium in aliquo opere nominatur, universa operari trinitas intellegitur? Ita vero est, et exemplis doceri potest. Sed non est in hoc diutius immorandum. Illud enim movet quomodo dictum sit natus de spiritu sancto, cum filius nullo modo sit spiritus sancti. Neque enim quia mundum istum fecit deus, dici eum fas est dei filium, aut eum natum de deo, sed factum vel creatum vel conditum ab eo vel institutum, vel si quid huiusmodi recte possumus dicere. Hic ergo cum fateamur natum de spiritu sancto et maria virgine, quomodo non sit filius spiritus sancti et sit filius virginis marie, cum et de illo et de illa sit natus, explicare difficile est. Procul dubio quippe non sic de illo ut de patre, sic autem de illa ut de matre natus est.

XXXIX

Non igitur concedendum est quicquid de aliqua re nascitur continuo eiusdem rei filium nuncupandum. Ut enim omittam aliter de homine nasci filium, aliter capillum, pediculum, lumbricum, quorum nihil est filius; ut ergo omittam ista, quoniam tante rei deformiter comparantur, certe qui nascuntur ex aqua et spiritu sancto non aque filios eos recte dixerit quispiam, sed plane dicuntur filii dei patris et matris ecclesie. Sic ergo de spiritu sancto natus est filius dei patris, non spiritus sancti. Nam et illud quod de capillo et de ceteris diximus ad hoc tantum valet, ut admoneamur non omne quod de aliquo nascitur etiam filium eius de quo nascitur posse dici, sicut non omnes qui dicuntur alicuius filii consequens est ut etiam de illo nati esse dicantur, sicut sunt qui adoptantur. Dicuntur etiam filii gehenne non ex illa nati, sed in illam preparati, sicut filii regni preparantur in regnum.

XL

Cum itaque de aliquo nascatur aliquid etiam non eo modo ut sit filius, nec rursus omnis qui dicitur de illo sit natus cuius dicitur filius, profecto modus iste quo natus est christus de spiritu sancto non sicut filius, et de maria virgine sicut filius, insinuat nobis gratiam dei, qua homo precedentibus nullis meritis in ipso exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularetur in tantam persone unitatem, ut idem ipse esset filius dei qui filius hominis, et filius hominis qui filius dei; ac sic in nature humane susceptione fieret quodam modo ipsa gratia illi homini naturalis, que nullum peccatum posset admittere. Que gratia propterea per spiritum sanctum fuerat significanda, quia ipse proprie sic est deus ut dicatur etiam dei donum. Unde sufficienter loqui, si tamen id fieri potest, valde prolixe disputationis est.

XLI

Nulla igitur voluptate carnalis concupiscentie seminatus sive conceptus, et ideo nullum peccatum originaliter trahens, dei quoque gratia verbo patri unigenito, non gratia filio sed natura, in unitate persone modo mirabili et ineffabili adiunctus atque concretus, et ideo nullum peccatum et ipse committens, tamen propter similitudinem carnis peccati in qua venerat dictus est et ipse peccatum, sacrificandus ad diluenda peccata. In vetere quippe lege peccata vocabantur sacrificia pro peccatis. Quod vere iste est factus cuius umbre erant illa. Unde apostolus, cum dixisset: Obsecramus pro christo reconciliari deo, continuo subiunxit atque ait: Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficiamur iusticia dei in ipso. Non ait, ut in quibusdam mendosis codicibus legitur: Is qui non noverat peccatum pro nobis fecit peccatum, tamquam pro nobis christus ipse peccaverit; sed ait: Eum qui non noverat peccatum, christum, pro nobis peccatum fecit deus, cui reconciliandi sumus, hoc est sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum, ut nos iusticia, nec nostra sed dei, nec in nobis sed in ipso, sicut ipse peccatum, non suum sed nostrum, nec in se sed in nobis constitutum, similitudine carnis peccati in qua crucifixus est demonstravit,

XLII

et quoniam peccatum ei non erat, ita quodam modo peccato moreretur dum moritur carni in qua erat similitudo peccati, et cum secundum vetustatem peccati numquam ipse vixisset, vitam suam novam resurrectione signaret, renascentem ex morte veteri qua in peccato mortui fueramus. Hoc est quod in nobis celebratur magnum baptismatis sacramentum, ut quicumque ad istam pertinent gratiam moriantur peccato, sicut ipse peccato mortuus dicitur, quia mortuus est carni, hoc est peccati similitudini, et vivant a lavacro renascendo, sicut ipse a sepulcro resurgendo, quamlibet corporis etatem gerant.

XLIII

A parvulo enim recens nato usque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo. Sed parvuli tantum originali, maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quecumque male vivendo addiderunt ad illud quod nascendo contraxerunt.

XLIV

Sed etiam ideo ipsi plerumque peccato mori dicuntur, cum procul dubio non uni sed multis omnibusque moriantur quecumque iam propria commiserunt vel cogitatione vel locutione vel opere, quia etiam per singularem numerum pluralis significari solet, sicut ille ait: Uterumque armato milite complent, quamvis hoc multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur: Ora ergo ad dominum ut auferat a nobis serpentem. Non ait serpentes quos patiebatur populus, ut hoc diceret; et innumerabilia talia. Cum vero et illud originale unum plurali numero significatur, cum dicimus in remissionem peccatorum baptizari parvulos, nec dicimus in remissionem peccati, illa est contraria locutio qua per pluralem significatur numerus singularis, sicut in evangelio herode mortuo dictum est: Mortui sunt enim qui querebant animam pueri; non dictum est mortuus est. Et in exodo: Fecerunt, inquit, sibi deos aureos, cum unum vitulum fecerint, de quo dixerunt: Hi sunt dii tui, israel, qui te eduxerunt de terra egypti, et hic pluralem ponentes pro singulari.

XLV

Quamvis et in illo peccato uno quod per unum hominem intravit in mundum et in omnes homines pertransiit, propter quod etiam parvuli baptizantur, possint intellegi plura peccata, si unum ipsum quasi in sua dividatur singula membra. Nam et superbia est illic, quia homo in sua potius esse quam in dei potestate dilexit; et sacrilegium, quia non credidit; et homicidium, quia se precipitavit in mortem; et fornicatio spiritualis, quia integritas mentis humane serpentina suasione corrupta est; et furtum, quia cibus prohibitus usurpatus est; et avaricia, quia plus quam illi sufficere debuit appetivit; et si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inveniri potest.

XLVI

Parentum quoque peccatis parvulos obligari, non solum primorum hominum sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe divina sententia: Reddam peccata patrum in filios, tenet eos utique antequam per regenerationem ad testamentum novum incipiant pertinere. Quod testamentum prophetabatur cum diceretur per ezechielem non accepturos filios peccata patrum suorum, nec ulterius futuram in israel parabolam istam: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt. Ideo enim quisque renascitur ut solvatur in eo

quicquid peccati est quo nascitur. Nam peccata que male agendo postea committuntur possunt et penitendo sanari sicut etiam post baptismum fieri. Ac per hoc non est institutum regeneratio nisi quia vitiosa est generatio usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis mater mea me in utero aluit. Neque hic dixit in iniquitate vel peccato cum et hoc recte dici possit, sed iniquitates et peccata dicere maluit, quia et in illo uno quod in omnes homines pertransiit tamque magnum est ut eo mutaretur et converteretur in necessitatem mortis humana natura, reperiuntur sicut supra disserui plura peccata, et alia parentum que et si non ita possunt mutare naturam reatu tamen obligant filios, si gratuita gratia et misericordia divina subveniat. XLVII

Sed de peccatis aliorum parentum quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum progenitoribus suis quisque succedit non immerito disceptari potest utrum omnium malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur ut tanto peius quanto posterius quisque nascatur; an propterea Deus in tertiam et quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminetur quia iram suam quantum pertinet ad progenitorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis sue, ne illi quibus regenerationis gratia non confertur nimia sarcina in ipsa sua damnatione premerentur si cogerentur ab initio generis humani omnium precedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere et penas pro eis debitas pendere; an aliud aliquid de re tanta in scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis valeat reperiri temere affirmare non audeo. XLVIII

Illud tamen unum peccatum quod tam magnum in loco et habitu tante felicitatis admissum est ut in uno homine originaliter atque ut ita dixerim radicaliter totum genus humanum damnaretur, non solvitur aut diluitur nisi per unum mediatorem Dei et hominum hominem Ihesum Christum, qui solus potuit ita nasci ut ei opus non esset renasci. XLIX

Non enim renascebantur qui baptismate Iohannis baptizabantur a quo et ipse baptizatus est, sed quodam precursorio illius ministerio qui dicebat: Parate viam Domino, huic uni in quo renasci poterant parabantur. Huius enim baptismus est non in aqua tantum sicut fuit Iohannis verum etiam in Spiritu Sancto, ut de illo Spiritu Sancto regeneretur quisquis in Christum credit, de quo Christus generatus regeneratione non eguit. Unde vox illa Patris que super baptizatum facta est: Ego hodie genui te, non unum illum temporis diem quo baptizatus est sed immutabilis eternitatis ostendit, ut illum hominem ad unigeniti personam pertinere monstraret. Ubi enim dies nec hesterni fine inchoatur nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est. In aqua ergo baptizari voluit a Iohanne non ut eius iniquitas ulla dilueretur, sed ut magna commendaretur humilitas. Ita quippe nichil in eo baptismus quod ablueret, sicut mors nichil quod puniret invenit, ut diabolus veritate iustitie non violentia potestatis oppressus et victus, quoniam ipsum sine ullo peccati merito iniquissime occiderat, per ipsum iustissime amitteret quos peccati merito detinebat. Utrumque ergo ab illo, id est et baptismum et mors, certe dispensationis causa non miseranda necessitate sed miserante potius voluntate susceptum est, ut unus peccatum tolleret mundi sicut unus peccatum misit in mundum, id est in universum genus humanum. L

Nisi quod ille unus unum peccatum misit in mundum, iste vero unus non solum unum illud sed cuncta simul abstulit que addita invenit. Unde dicit apostolus: Non sicut per unum peccantem ita et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condempnationem, gratia autem ex delictis multis in iustificationem. Quia utique illud unum quod originaliter trahitur etiam si solum sit obnoxium damnationi facit, gratia vero ex multis delictis iustificat hominem qui preter illud unum quod communiter cum omnibus originaliter traxit sua quoque propria multa commisit. LI

Verumptamen quod paulo post dicit: Sicut per unius delictum in omnes homines ad condempnationem, ita et per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vite, satis indicat ex Adam neminem natum nisi damnatione ¶ teneri. LII

De qua re per unum hominem pena et per unum hominem gratia cum locutus fuisset quantum illum epistole sue loco sufficere iudicavit, deinde sacri baptismatis in cruce Christi grande misterium commendavit eo modo ut intelligamus nichil aliud esse in Christo baptismum nisi mortis Christi similitudinem, nichil autem aliud mortem Christi crucifixi nisi remissionis peccati similitudinem, ut quemadmodum in illo vera mors facta est sic in nobis vera remissio peccatorum, et quemadmodum in illo vera resurrectio ita in nobis vera iustificatio. Ait enim: Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Dixerat enim superius: Ubi abundavit delictum superabundavit gratia. Et ideo questionem sibi ipse proposuit utrum propter abundantiam gratie consequendam in peccato sit permanendum. Sed respondit: Absit, atque subiecit: Si mortui sumus peccato quomodo vivemus in illo? Deinde ut ostenderet nos mortuos esse peccato: An ignoratis, inquit, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu in morte ipsius baptizati sumus? Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato quia in morte ipsius Christi baptizati sumus, profecto et parvuli qui baptizantur in Christo peccato moriuntur quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est: Quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo dictum est ut probaret nos mortuos esse peccato. Cui autem peccato parvuli renascendo moriuntur nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet quod sequitur: Consepulti ergo sumus illi per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris ita et nos in novitate vite ambulemus. Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus, hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est ut destrueretur corpus peccati ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul vivemus cum illo, scientes quia Christus resurgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel, quod autem vivit vivit Deo. Ita et vos existimate vosmet ipsos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Ihesu. Hinc enim probare voluit non esse nobis permanendum in peccato ut gratia abundaret, et dixerat: Si mortui sumus peccato quomodo vivemus in eo? Atque ut ostenderet mortuos nos esse peccato subiecerat: An ignoratis quia quicumque baptizati sumus. Sic itaque totum locum istum clausit ut cepit. Mortem quippe Christi sic insinuavit ut etiam ipsum mortuum diceret esse peccato. Cui peccato nisi carni in qua erat non peccatum sed similitudo peccati, et ideo nomine appellata est peccati? Baptizatis itaque in morte Christi in qua non solum maiores verum etiam parvuli baptizantur ait: Sic et vos, id est quemadmodum Christus, sic et vos existimate vos mortuos esse peccato, viventes autem Deo in Christo Ihesu. LIII

Quicquid igitur gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertia die, in ascensione in celum, in sede ad dexteram Patris, ita gestum est ut hiis rebus non mistice tantum dictis sed etiam gestis configuraretur

vita christiana que hic geritur. Nam propter eius crucem dictum est: Qui autem Ihesu Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. Propter sepulturam: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Propter resurrectionem: Ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in novitate vite ambulemus. Propter ascensionem in celum sessionemque ad dexteram patris: Si autem resurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedens; que sursum sunt sapite, non que super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. LIIII

Iam vero quod de Christo confitemur futurum, quoniam de celo venturus est iudicaturus vivos et mortuos, non pertinet ad vitam nostram que hic geritur, quia nec in rebus gestis eius est, sed in fine seculi gerendis. Ad hoc pertinet quod apostolus adiunxit secutus: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. LV

Duobus modis accipi potest quod vivos et mortuos iudicabit: sive vivos intelligamus quos hic nondum mortuos sed adhuc in ista carne viventes inventurus est eius adventus, mortuos qui de corpore priusquam veniat exierunt vel exituri sunt; sive vivos iustos, mortuos autem iniustos, quoniam iusti quoque iudicabuntur. Aliquando enim iudicium dei ponitur in malum, unde illud est: Qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicii; aliquando in bonum, secundum quod dictum est: Deus in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua iudica me. Per iudicium quippe dei fit ipsa bonorum malorumque discretio, ut liberandi a malo, non perdendi cum malis boni ad dexteram segregentur. Propter quod ille clamabat: Iudica me; et quid dixerit velut exponens: Et discerne, inquit, causam meam de gente non sancta.

Cum autem de Ihesu Christo filio dei unico domino nostro quod LVI ad brevitatem confessionis pertinet dixerimus, adiungimus sic nos credere et in spiritum sanctum, ut illa trinitas compleatur que deus est. Deinde sancta commemoratur ecclesia. Unde datur intelligi rationalem creaturam ad Ierusalem liberam pertinentem post commemorationem creatoris, id est summe illius trinitatis, fuisse subdendam; quoniam quicquid de homine Christo dictum est ad unitatem persone unigeniti pertinet. Rectus itaque confessionis ordo poscebat ut trinitati subiungeretur ecclesia, tamquam habitatori domus sua, et deo templum suum, et conditori civitas sua. Que tota hic accipienda est, non solum ex parte qua peregrinatur in terris, a solis ortu usque ad occasum laudans nomen domini, et post captivitatem vetustatis cantans canticum novum, verum etiam ex illa que in celis est semper ex quo condita est, cohesit deo, nec ullum malum sui casus experta est. Hec in sanctis angelis beata persistit, et sue parti peregrinanti sicut oportet opitulatur, quia utraque una erit consortio eternitatis, et nunc una est vinculo caritatis. Nec tota nec ulla pars eius vult se coli pro deo, nec cuiquam esse deus pertinenti ad templum dei quod edificatur ex diis quos facit deus non factus. Ac per hoc spiritus sanctus si creatura non creator esset, profecto creatura rationalis esset; ipsa est enim summa creatura. Et ideo in regula fidei non poneretur ante ecclesiam, quia et ipse ad ecclesiam pertineret in illa eius parte que in celis est; nec haberet templum, sed etiam ipse templum esset. Templum autem habet de quo dicit apostolus: Nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis a deo? De quibus alio loco dicit: Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt? Quo modo ergo deus non est qui templum habet, aut minor Christo est cuius membra templum habet? Neque enim aliud templum eius et aliud templum dei, cum idem dicat apostolus: Nescitis quia templum dei estis? Quod ut probaret adiecit: Et spiritus dei habitat in vobis. Deus ergo habitat in templo suo, non solum spiritus sanctus, sed etiam pater et filius, qui etiam de corpore suo, per quod factus est caput ecclesie que in hominibus est, ut sit ipse in omnibus primatum tenens, ait: Solvite templum hoc, et in triduo excitabo illud. Templum ergo dei, hoc est totius summe trinitatis, sancta est ecclesia, scilicet universa in celo et in terra. LVII

Sed de illa que in celo est affirmare quid possumus, nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps inde cecidit aut casurus est, ex quo deus angelis peccantibus non pepercit, sicut scribit apostolus Petrus, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicium puniendos reservari? LVIII

Quomodo autem se habeat beatissima illa et superna societas, que ibi sint differentie personarum, ut cum omnes tamquam generali nomine angeli nuncupentur, sicut in epistola ad Hebreos legimus: Cui enim angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis? hoc quippe modo significavit omnes universaliter angelos dici, sint tamen illic archangeli; et idem archangeli nominentur virtutes, atque ita dictum sit: Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, ac si diceretur: Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes archangeli eius; et quid inter se distent quattuor illa vocabula, quibus universam ipsam celestem societatem videtur apostolus esse complexus dicendo: sive sedes sive dominationes sive principatus sive potestates, dicant qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt; ego me ista ignorare confiteor. Sed nec illud quidem certum habeo, utrum ad eandem societatem pertineant sol et luna et cuncta sidera, quamvis nonnullis lucida esse corpora non cum sensu vel intelligentia videantur. LIX

Itemque angeli quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, ut non solum cernerentur, verum etiam tangerentur; et rursus non solida corpulentia sed spiritali quadam potentia visiones quasdam non oculis corporeis sed spiritalibus vel mentibus ingerant, vel dicant aliquid non ad aurem forinsecus sed intus in anima hominis, et ipsi ibidem constituti, sicut scriptum est in libro prophetarum: Et dixit michi angelus qui loquebatur in me — non enim ait: qui loquebatur ad me, sed in me — vel appareant et in somnis, et colloquantur more somniorum, sicut habemus in evangelio: Ecce angelus domini apparuit illi in somnis dicens. His enim modis velut indicant se angeli contrectabilia corpora non habere, faciuntque difficillimam questionem quomodo patres eis pedes laverint, quomodo Iacob cum angelo tam solida contrectatione luctatus sit. Cum ista queruntur et ea sicut potest quisque coniectat, non inutiliter exercentur ingenia, si adhibeatur disceptatio moderata, et absit error opinantium se scire quod nesciunt. Quid enim opus est ut hec atque huiusmodi affirmentur vel negentur vel diffiniantur cum discrimine, que sine crimine nesciuntur? LX

Magis opus est diiudicare atque dinoscere, cum se sathanas transfigurat velut angelum lucis, ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit, mentem vero non movet a vera rectaque sententia qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum; vel cum se bonum fingens ea facit sive dicit que bonis angelis congruunt, etiam si credatur bonus, non est error christiane fidei periculosus aut morbidus. Cum vero per hec aliena ad sua incipit ducere, tunc eum dinoscere nec ire post eum magna et necessaria vigilantia est. Sed quotusquisque hominum idoneus est omnes mortiferos dolos eius evadere, nisi regat atque tueatur deus? Et ipsa huius rei difficultas ad hoc est utilis, ne sit spes sibi quisque aut homo alteri, sed deus suis. Id enim nobis potius expedire prorsus piorum ambigit nemo. LXI

Hec ergo que in sanctis angelis et virtutibus dei est ecclesia tunc nobis sicuti est innotescet, cum ei coniuncti fuerimus in finem ad simul habendam beatitudinem sempiternam. Ista vero que ab illa peregrinatur in terris eo nobis notior est quo in illa su

nus, et quod hominum est, quod et nos sumus. Hoc enim sanguine mediatoris, qui nullum habuit peccatum, ab omni redempta peccato; cuiusque vox est: Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim pro angelis mortuus est Christus. Sed ideo etiam pro angelis fit quicquid hominum per eius mortem redimitur et liberatur a malo, quia cum eis quodam modo redit in gratiam post inimicitias quas inter homines et angelos sancta peccata fecerunt, et ex ipsa hominum redemptione ruine illius angelice detrimenta reparantur.

LXII. Et utique noverunt sancti angeli docti de deo, cuius veritatis eterne contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano integritas illius civitatis expectet. Propter hoc ait apostolus instaurari omnia in Christo que in celis sunt et que in terris in ipso. Instaurantur quippe que in celis sunt cum id quod inde in angelis lapsum est ex hominibus redditur; instaurantur autem que in terris sunt cum ipsi homines qui predestinati sunt ad eternam vitam a corruptionis vetustate renovantur. Ac sic per illud singulare sacrificium in quo mediator est immolatus, quod unum multe in lege victime figurabant, pacificantur celestia cum terrestribus et terrestria cum celestibus. Quoniam sicut idem apostolus dicit, in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare et per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius sive que in terris sunt sive que in celis.

LXIII. Pax ista precellit, sicut scriptum est, omnem intellectum; nec sciri potest a nobis nisi cum ad eam venerimus. Quomodo enim pacificantur celestia nisi nobis, id est concordando nobiscum? Nam ibi semper est pax, et inter se universis intellectualibus creaturis et cum suo creatore. Que pax precellit, ut dictum est, omnem intellectum, sed utique nostrum, non eorum qui semper vident faciem patris. Nos autem quantuscumque sit in nobis intellectus humanus, ex parte scimus et videmus nunc per speculum in enigmate. Cum vero equales angelis dei fuerimus, tunc quemadmodum et ipsi videbimus facie ad faciem; tantamque pacem habebimus erga eos quantam et ipsi erga nos, quia tantum eos dilecturi sumus quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit, quia et nostra talis et tanta erit; nec precellet tunc intellectum nostrum. Dei vero pax que illic est erga eos et nostrum et illorum intellectum sine dubitatione precellit. De ipso quippe beata est rationalis creatura quecumque beata est, non ipse de illa. Unde secundum hoc melius accipitur quod scriptum est, pax dei que precellit omnem sensum et intellectum, ut in eo quod dixit omnem, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esset exceptus, sed solius dei. Neque enim et ipsius intellectum pax eius excedit.

LXIIII. Concordant autem nobiscum angeli etiam nunc cum remittuntur nobis peccata nostra. Ideo post commemorationem sancte ecclesie in ordine confessionis ponitur remissio peccatorum. Per hanc enim stat ecclesia que in terris est; per hanc non perit quod perierat et inventum est. Excepto quippe baptismi munere, quod contra peccatum originale donatum est, ut quod generatione attractum est regeneratione detrahatur, et tamen activa quoque peccata quecumque corde ore opere commissa invenerit tollit, hac ergo excepta magna indulgentia unde incipit hominis renovatio, in qua solvitur omnis reatus et ingeneratus et additus, ipsa etiam vita cetera iam ratione utentis etatis quantalibet prepolleat fecunditate iustitie sine peccatorum remissione non agitur, quoniam filii dei quamdiu mortaliter vivunt cum morte confligunt. Et quamvis de illis veraciter dictum sit, quotquot spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei, sed ita spiritu dei excitantur et tamquam filii dei ad deum proficiunt ut etiam spiritu suo maxime aggravante corruptibili corpore tamquam filii hominum in quibusdam humanis motibus deficiant ad se ipsos et ideo peccent. Interest quidem quantum. Neque enim quod peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quamdiu in hac morte vivitur inveniri posse dicimus sine crimine. Peccatum autem si dixerimus quia non habemus, ut ait tantus apostolus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est.

LXV. Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta ecclesia dei misericordia desperanda est agentibus penitentiam secundum modum sui cuiusque peccati. In actione autem penitentie, ubi tale commissum est ut is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum deus non spernit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quecumque alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur, gemitus meus non est a te absconditus, recte constituuntur ab his qui ecclesiis presunt tempora penitentie, ut fiat satis etiam ecclesie in qua remittuntur ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim proprie spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur ulla peccata, ita ut quibus dimittuntur consequantur vitam eternam.

LXVI. Magis enim propter futurum iudicium fit remissio peccatorum. In hac autem vita valet usque adeo quod scriptum est, grave iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium, ut etiam parvulos videamus post lavacrum regenerationis diversorum malorum afflictione cruciari, ut intelligamus totum quod salutaribus agitur sacramentis magis ad spem futurorum bonorum quam ad retentionem vel adeptionem pertinere presentium. Multa etiam hic videntur ignosci et nullis suppliciis vindicari, sed eorum pene reservantur in posterum. Neque enim frustra ille proprie dicitur dies iudicii, quando venturus est iudex vivorum et mortuorum. Sicut e contrario vindicantur hic aliqua, et tamen si remittuntur profecto in futuro seculo non nocebunt. Propter quod de quibusdam temporalibus penis que in hac vita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur ne reserventur in finem, ait apostolus: Si enim nosmet ipsos iudicaremus, non iudicaremur a domino; cum iudicamur autem a domino corripimur, ne cum hoc mundo dampnemur.

LXVII. Creduntur autem a quibusdam etiam hi qui nomen Christi non relinquunt et eius lavacro in ecclesia baptizantur, nec ab illo scismate vel heresi preciduntur, in quantislibet sceleribus vivant que nec diluant penitendo nec elemosinis redimant, sed in eis usque ad huius vite ultimum diem pertinacissime perseverent, salvi futuri per ignem, licet pro magnitudine facinorum flagitiorumque diuturno, non tamen eterno igne puniendi. Sed qui hoc credunt et tamen catholici sunt, humana quadam benivolentia falli videntur. Nam scriptura divina aliud consulta respondet. Librum autem de hac questione conscripsi, cuius titulus est De fide et operibus, ubi secundum scripturas sanctas, quantum deo adiuvante potui, demonstravi eam fidem salvos facere quam satis evidenter expressit Paulus apostolus dicens: In Christo enim Iesu neque circumcisio quicquam valet neque preputium, sed fides que per dilectionem operatur. Si autem male et non bene operatur, procul dubio secundum Iacobum apostolum mortua est in semetipsa, qui item dicit: Si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides salvare eum? Porro autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignem salvabitur, et sic est accipiendum quod ait apostolus Paulus: ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem, poterit ergo salvare sine operibus fides, et falsum erit quod dixit eius coapostolus Iacobus.

sanum erit. Et illud quod idem ipse Paulus apostolus dicit: Nolite inquit errare; neque fornicatores, neque ydolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque maledici, neque ebriosi, neque rapaces regnum dei possidebunt. Si enim in istis perseveraverint criminibus, cum per fidem Christi salvi erunt, quomodo in regno dei non erunt?

LXVIII. Sed quia haec apertissima et manifestissima testimonia falsa esse non possunt, illud obscure dictum est de his qui superedificant super fundamentum quod Christus est non aurum, argentum, lapides preciosos, sed ligna, fenum, stipulam. De his enim dictum est quod per ignem salvi erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt. Sic est intelligendum ut his manifestis non repugnare. Et contrarium ligna quippe et fenum et stipula non absurde accipi possunt rerum secularium quamvis licite concessarum tales cupiditates ut amitti sine dolore non possint. Cum autem iste dolor urit, si Christus in corde fundamenti habet locum, id est, ut ei nichil ante ponatur, et malit homo qui isto dolore uritur rebus quas ita diligit carere quam Christo, per ignem fit salvus. Si autem res huiusmodi temporales atque seculares tempore temptationis maluit tenere quam Christum, eum in fundamento non habuit, quoniam haec priore loco habuit, cum in edificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis enim de quo eo loco est locutus apostolus Paulus, talis debet intelligi ut ambo per eum transeant, id est, et qui edificat super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, et qui edificat ligna, fenum, stipulam. Cum enim hoc dixisset, adiunxit: Uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificavit, mercedem accipiet. Si cuius autem opus exustum fuerit, dampnum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Non ergo unius eorum sed utriusque ignis probabit opus. Est quidem ignis temptatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est: Vasa figuli probat fornax, et homines iustos temptatio tribulationis. Iste ignis in hac interim vita facit quod apostolus dixit. Si accidat duobus fidelibus, uni scilicet cogitanti quae sunt dei quomodo placeat deo, hoc est edificanti super fundamentum Christum aurum, argentum, lapides preciosos; alteri autem cogitanti ea quae sunt mundi quomodo placeat uxori, id est edificanti super fundamentum ligna, fenum, stipulam; illius opus non exuritur, quia non ea dilexit quorum amissione crucietur; exuritur autem huius, quoniam sine dolore non pereunt quae cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita eis potius carere mallet quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quamvis doleat dum amittit, salvus est quidem, sic tamen quasi per ignem, quia urit eum dolor rerum quas dilexerat amissarum, sed non subvertit nec consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum.

LXIX. Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri incredibile non est, et utrum ita sit quaeri potest, et aut inveniri aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari; non tamen tales de quibus dictum est quod regnum dei non possidebunt, nisi convenienter penitentibus eadem crimina remittantur. Convenienter autem dixi, ut steriles in elemosinis non sint, quibus tantum tribuit scriptura divina, ut earum se fructum tantummodo imputaturum praenuntiet dominus dextris et earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum; illis autem: Ite in ignem eternum.

LXX. Sane cavendum est ne quis existimet infanda illa crimina quae qui agunt regnum dei non possidebunt cotidie perpetranda et elemosinis cotidie redimenda. In melius quippe est vita mutanda, et per elemosinas de peccatis praeteritis est propitiandus deus, non ad hoc emendus quodammodo, ut ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi, quamvis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

LXXI. De cotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, cotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere: Pater noster qui es in celis, qui iam patri regenerati sunt ex aqua et spiritu sancto. Delet omnino haec oratio minima et cotidiana peccata. Delet et illa a quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed penitendo in melius mutata discedit, si quemadmodum veraciter dicitur: Dimitte nobis debita nostra, quoniam non desunt quae dimittantur, ita veraciter dicatur: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, id est fiat quod dicitur; quia et ipsa elemosina est veniam petenti homini ignoscere.

LXXII. Ac per hoc ad omnia quae utili misericordia fiunt valet quod dominus ait: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Non solum ergo qui dat esurienti cibum, sicienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, egro vel incluso visitationem, captivo redemptionem, debili subvectionem, ceco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti viam, deliberanti consilium, et quod cuique necessarium est indigenti; verum etiam qui dat veniam peccanti elemosinam dat; et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, et tamen peccatum eius quo ab illo lesus aut offensus est dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit et aliqua emendatoria pena plectit, elemosinam dat, quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, quia ipsi sibi inveniuntur esse inimici, amici vero eorum potius illi quos inimicos putant, et reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala christianus non debeat nec pro malis. Multa itaque sunt genera elemosinarum, quae cum facimus adiuvamur ut dimittantur nobis nostra peccata.

LXXIII. Sed eo nichil est maius quo ex corde dimittimus quod in nos quisque peccavit. Minus enim magnum est erga eum esse benivolum sive etiam beneficum qui tibi nichil mali fecit. Illud multo grandius et magnificentissime bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, et ei qui tibi malum vult et si potest facit, tu semper bonum velis faciasque quod possis, audiens dicentem deum: Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui vos oderunt, et orate pro eis qui vos persequuntur. Sed quoniam perfectorum sunt ista filiorum dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, et humanum animum ad hunc affectum orando deum secumque agendo luctandoque perducere;

Tamen quia hoc tam magnum bonum tante multitudinis non est quantam credimus exaudiri cum in oratione dicitur: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, procul dubio verba sponsionis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit ut etiam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccavit in eum ut ei dimittat, dimittit ex corde, qui etiam roganti vult utique dimitti cum orat

-xerit. Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, id est sic dimitte debita nostra rogantibus nobis sicut nos dimittimus rogantibus debitoribus nostris. LXXV.

Iam vero qui eum in quem peccavit hominem rogat, si peccato suo movetur ut roget, non est adhuc deputandus inimicus ut eum diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicitias exercebat. LXXVI.

Quisquis autem roganti et peccati sui penitenti non ex corde dimittit, nullo modo existimet a domino sua peccata dimitti, quoniam mentiri veritas non potest. Quem vero evangelii lateat auditorem sive lectorem qui dixit: Ego sum veritas, qui cum doceret orationem hanc in ea positam sententiam vehementer commendavit dicens: Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ad tam magnum tonitruum qui non expergiscitur non dormit sed mortuus est, et tamen potens est ille etiam mortuos suscitare. LXXVII.

Sane qui sceleratissime vivunt nec curant talem vitam moresque corrigere, et inter ipsa facinora et flagitia sua elemosinas frequentare non cessant, frustra sibi ideo blandiuntur quoniam dominus ait: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat non intelligunt. Sed ut intelligant attendant quibus dixit. Nempe in evangelio ita scriptum est: Cum loqueretur, rogavit illum quidam phariseus ut pranderet apud se, et ingressus recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc vos pharisei quod deforis est calicis et catini mundatis, quod autem intus est vestrum plenum est rapina et iniquitate. Stulti, nonne qui fecit id quod foris est etiam quod intus est fecit? Verumptamen quod superest date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Ita ne intellecturi sumus hoc, ut phariseis non habentibus fidem Christi, etsi in eum non crediderint nec renati fuerint ex aqua et spiritu, munda sint omnia tamen si elemosinas dederint sicut isti eas dandas putant, cum sint inmundi omnes quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est: Mundans fide corda eorum. Et apostolus: Inmundis autem et infidelibus nichil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. Quomodo ergo pharisei omnia munda sunt si elemosinas darent et fideles non essent? Aut quomodo essent fideles si in Christum credere atque in eius gratia renasci noluissent? Et tamen verum est quod audierunt: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. LXXVIII.

Qui enim vult ordinate dare elemosinam a se ipso debet incipere et eam sibi primum dare. Est enim elemosina opus misericordie, verissimeque dictum est: Miserere anime tue placens deo. Propter hoc renascimur ut deo placeamus, cui merito displicet quod nascendo contraximus. Hec est prima elemosina quam nobis dedimus, quando nos ipsos miseros per misericordiam miserantis dei requisivimus, iustum eius confitentes iudicium quo miseri effecti sumus, de quo dicit apostolus: Iudicium quidem ex uno in condempnationem; et magne caritati eius gratias agentes, de qua idem dicit ipse gratie predicator: Commendat autem suam dilectionem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est; ut et nos veraciter de nostra miseria iudicantes et deum caritate quam donavit ipse diligentes pie recteque vivamus. Quod iudicium et caritatem dei cum pharisei preterirent, decimabant tamen propter elemosinas suas faciebant etiam quecumque minutissima fructuum suorum, et ideo non dabant elemosinam a se ipsi incipientes secumque prius misericordiam facientes, sicut isti eas dandas putant. Propter quem dilectionis ordinem dictum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Cum ergo increpasset eos quod forinsecus se lavabant, intus autem rapina et iniquitate pleni erant, admonens quandam elemosinam quam sibi homo debet prius dare et interiora mundare: Verumptamen inquit ex eo quod superest date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Deinde ut ostenderet quid admonuisset et quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent elemosinas eorum ignorare: Ve vobis inquit phariseis, tamquam diceret: Ego quidem commonui vos ad dandam elemosinam per quam vobis munda sint omnia; sed ve vobis qui decimatis mentam et rutam et omne olus. Has enim novi elemosinas vestras, ne de illis me vos ammonuisse arbitremini, et preteritis iudicium dei et caritatem, qua elemosina possetis ab omni inquinamento interiori mundari, ut vobis munda essent et corpora que lavatis. Hoc est enim omnia, et interiora scilicet et exteriora, sicut alibi legitur: Mundate que intus sunt, et que foris sunt munda erunt. Sed ne istas elemosinas que fiunt de fructibus terre respuisse videretur: Hec inquit oportuit facere, id est iudicium et caritatem dei, et illa non omittere, id est elemosinas fructuum terrenorum. LXXIX.

Non ergo se fallant qui per elemosinas fructuum terrenorum quaslibet largissimas fructuum vel cuiuscumque pecunie inpunitatem se emere existimant vel facinorum suorum in immanitate ac flagitiorum nequitia permanendi. Non solum enim hec faciunt sed ita diligunt ut in eis semper optent, si possint, inpune versari. Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam, et qui odit animam suam non est in eam misericors sed crudelis. Diligendo eam quippe secundum seculum odit eam secundum deum. Si ergo vellet ei dare elemosinam per quam munda ei essent omnia, odisset eam secundum seculum et diligeret secundum deum. Nemo autem dat elemosinam qualemlibet nisi unde det ab illo accipiat qui non eget. Ideo dictum est: Misericordia eius preveniet me. LXXX.

Que sint autem levia, que gravia peccata, non humano sed divino sunt pensanda iudicio. Videmus enim quedam ab ipsis quoque apostolis ignoscendo fuisse concessa, quale est illud quod ait venerabilis Paulus coniugibus: Nolite fraudare invicem nisi ex consensu ad tempus ut vacetis orationi, et iterum ad id ipsum revertimini ne vos temptet satanas propter incontinentiam vestram. Quod putari posset non esse peccatum, misceri scilicet coniugi non filiorum procreandorum causa, quod bonum est nuptiale, sed carnalis etiam voluptatis, ut fornicationis sive adulterii sive cuiuslibet alterius inmunditie mortiferum malum, quod turpe est etiam dicere, quo potest temptante sathana libido pertrahere, incontinentiam devitet infirmitas. Posset ergo ut dixi hoc putari non esse peccatum nisi addidisset: Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. Quis autem iam esse peccatum neget, cum dare veniam facientibus apostolica auctoritate fateatur? Tale quiddam est ubi dicit: Audet quisquam vestrum adversus alterum negotium habens iudicari apud iniquos et non apud sanctos? Et paulo post: Secularia ergo iudicia si habueritis inquit, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia hos collocate. Ad reverentiam vobis dico. Sic non est inter vos quisquam sapiens qui possit fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicatur, et hoc apud infideles. Nam et hic posset putari iudicium habere adversus alterum non esse peccatum, sed tantummodo extra ecclesiam velle iudicari, nisi secutus adiungeret: Iam quidem omnino delictum est in vobis quia iudicia habetis vobiscum. Et ne quisquam ita hoc excusaret ut diceret iustum se habere nego-

cium: sed iniquitatem se pati cum uellet a se inditum sententia remoueri, contritio talibus cogitationibus uel excusationibus occurrit atque ait. Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Ut ad illud redeatur quod dominus ait. Si quis uoluerit tunicam tuam tollere et iudicio tecum contendere, dimitte ei et pallium. Et alio loco. Qui abstulerit tua, noli repetere. Prohibuit itaque suos de secularibus rebus cum aliis habere iudicium. Ex qua doctrina apostolus dicit esse delictum. Tamen cum sinit in ecclesia talia iudicia fieri inter fratres, fratribus iudicantibus; extra ecclesiam uero terribiliter uetat. Manifestum est etiam hic quid secundum ueniam concedatur infirmis. Propter hec atque huiusmodi peccata, et alia licet his minora que fiunt uerborum et cogitationum offensionibus, apostolo Iacobo confitente ac dicente: In multis enim offendimus omnes, oportet ut cotidie crebroque oremus dominum atque dicamus: Dimitte nobis debita nostra, et in eo quod sequitur non mentiamur: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

LXXXI. Sunt autem quedam que leuissima putarentur nisi in scripturis demonstrarentur opinione grauiora. Quis enim dicentem fratri suo fatue reum gehenne putaret nisi ueritas diceret? Cui tamen uulneri subiecit continuo medicinam, preceptum fraterne reconciliationis adiungens. Mox quippe ait. Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te et cetera. Aut quis existimaret quam magnum peccatum sit dies obseruare et menses et annos et tempora, sicut obseruant qui certis diebus obseruant qui certis diebus siue annis siue mensibus uolunt aliquid inchoare eo quod secundum uanas doctrinas hominum fausta uel infausta existiment tempora, nisi huius mali magnitudinem ex timore apostoli pensaremus qui de talibus ait. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis.

LXXXII. Nunc accedit quod peccata quamuis magna et horrenda cum in consuetudinem uenerint aut parua aut nulla esse uidentur, cum sicut scriptum est laudatur peccator in desideriis anime sue et qui iniqua gerit benedicitur. Talis in diuinis libris iniquitas clamor uocatur, sicut habes apud prophetam Ysaiam de uinea mala. Expectaui inquit ut faceret iudicium, fecit autem iniquitatem et non iustitiam sed clamorem. Unde est illud in Genesi. Clamor Sodomorum et Gomorreorum multiplicatus est, quia non solum iam apud eos non puniebantur illa flagitia, uerum etiam publice uelud lege frequentabantur. Sic nostris temporibus iam multa mala et si non talia in apertam consuetudinem iam uenerunt, ut pro his non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus, sed nec clericum degradare. Unde cum exponerem ante aliquos annos epistolam ad Galathas in eo ipso loco ubi ait apostolus. Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis, et clamare compulsus sum. Ue peccatis hominum que sola inusitata exhorrescimus. Usitata uero pro quibus diluendis filii dei sanguis effusus est, quamuis tam magna sint ut omnino claudi contra se faciant regnum dei, sepe uidendo omnia tolerare, sepe tolerando non nulla et facere cogimur. Atque utinam o domine non omnia que non potuerimus prohibere faciamus. Sed uide utrum me immoderatus dolor incaute aliquid compulerit dicere.

LXXXIII. Hoc uno dictum quod quidem in aliis opusculorum meorum locis iam sepe dixi. Duabus ex causis peccamus, aut nondum uidendo quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri iam uidemus. Quorum duorum illud ignorantie malum est, hoc infirmitatis. Contra que quidem pugnare nos conuenit, sed profecto uincimur nisi diuinitus adiuuemur, ut non solum uideamus quid faciendum sit, sed etiam accedente sanitate delectatio iustitie uincat in nobis earum rerum delectationes, quas uel habere cupiendo uel amittere metuendo scientes uidentesque peccamus. Iam non solum peccatores quod eramus et cum per ignorantiam peccabamus, uerum etiam legis preuaricatores cum id non facimus quod faciendum esse iam nouimus, uel facimus quod faciendum esse iam sciuimus. Quapropter non solum si peccauimus ut ignoscat, propter quod dicimus: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, uerum etiam ne peccemus ut regat, propter quod dicimus: Ne nos inferas in temptationem, ille rogandus est cui dicitur in psalmo: Dominus illuminatio mea et salus mea, ut illuminatio detrahat ignorantiam, salus infirmitatem.

LXXXIIII. Nisi et ipsa penitentia cum digna causa est secundum morem ecclesie ut agatur, plerumque in infirmitate non agitur, quia et pudor timor est displicendi, dum plus delectat hominum estimatio quam iustitia qua se quisque humiliat penitendo. Unde non solum cum agitur penitentia, uerum etiam ut agatur dei misericordia est necessaria. Alioquin non diceret apostolus de quibusdam: ne forte det illis deus penitentiam. Et ut Petrus amare fleret, premisit euangelista et ait. Respexit eum dominus.

LXXXV. Qui uero in ecclesia remitti peccata non credens contempnit tantam diuini muneris largitatem et in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum in quo Christus peccata dimittit. De qua quidem questione difficili in quodam propter hoc solum conscripto libello enucleatissime quantum potui disputaui.

LXXXVI. Iam uero de resurrectione carnis non sicut quidam reuixerunt iterumque sunt mortui, sed in eternam uitam sicut Christi ipsius est resurrectio, quemadmodum possim breuiter disputare et omnibus questionibus que de hac re moueri assolent satis facere non inuenio. Resurrecturam tamen carnem omnium qui cumque nati sunt hominum atque nascentur et qui mortui sunt atque morientur nullo modo potest dubitare christianus.

LXXXVII. Unde primum occurrit de abortiuis questio qui iam quidem nati sunt in uteris matrum sed nondum ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt tolerari potest utcumque quod dicitur. Informes uero abortus quis non pronius perire arbitretur sicut semina que concepta non fuerint? Sed quis negare audeat et si affirmare non audeat id acturam resurrectionem ut quicquid forme defuit impleatur, atque ita non desit perfectio que accessura erat tempore, quemadmodum non erunt uitia que accesserant tempore, ut neque in eo quod aptum et congruum dies allaturi erant natura fraudetur, neque in eo quod aduersum atque contrarium dies attulerint natura turbetur, sed integretur quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur quod fuerat uitiatum.

LXXXVIII. Ac per hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos queri ac disputari potest, quod utrum ab homine inueniri possit ignoro, quando incipiat homo in utero uiuere, utrum sit quedam uita et occulta que nondum motibus uiuentis appareat. Nam negare uixisse puerperia que propterea membratim exsecantur et eiciuntur ex uteris pregnantium ne matres quoque si mortua ibi relinquantur occidant, impudentia nimia uidetur. Ex quo autem incipit homo uiuere, ex illo utique iam mori potest. Mortuus uero ubicumque illi mors potuit euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum reperire non possum.

LXXXIX. Nec enim et monstra que nascuntur et uiuunt quamlibet cito moriantur aut resurrectura negabuntur aut ita resurrec-

tura credenda sunt ad potius non correcta cum natura emendata. Absit enim ut illum bicorporeum qui nuper natus est in oriente de quo et fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt et sancte memorie Ieronimus presbyter scriptum reliquit. Absit inquam ut unum hominem duplicem ac non potius duos quod futurum fuerat si gemini nascerentur resurrecturos existimemus. Ita cetera que singuli quique partus vel amplius vel minus aliquid habendo vel quadam nimia deformitate monstra dicuntur ad humane nature figuram in resurrectione revocabuntur ut singule anime singula sua corpora optineant nullis coherentibus et quecumque coherentia nata fuerant sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus quibus humani corporis impletur integritas. XC

Non autem perit deo terrena materies de qua mortalium creatur caro. Sed in quemlibet pulverem cineremve solvatur in quoslibet halitus aurasque diffugiat in quamcumque aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur in quorumcumque animalium et hominum cibum cedat carnemque mutetur illi anime humane puncto temporis redit que illam primitus ut homo fieret cresceret viveret animavit. XCI

Ipsa itaque terrena materies que discedente anima fit cadaver non ita resurrectione reparabitur ut ea que dilabuntur et in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur quamvis ad corpus redeant unde lapse sunt ad easdem corporis partes ubi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit si unguibus quod totiens dempsit exsectio immoderata et indecens cogitantibus et ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquesceret aut contereretur in pulverem aut confunderetur in massam et eam vellet artifex rursus ex illius materie quantitate reparare nichil interesset ad eius integritatem reparandam que particula materie cui membro statue redderetur dum tamen totum ex quo constituta fuerat restituta resumeret ita deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra constiterat eam mirabili et ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues an quicquid eorum perierat mutetur in carnem et in partes alias corporis revocetur curante artificis providentia ne quid indecens fiat. XCII

Nec illud est consequens ut ideo diversa statura reviviscentium singulorum fuerat diversa viventium aut macri cum eadem macie aut pingues cum eadem pinguedine reviviscant. Sed si hoc est in consilio creatoris ut in effigie sua cuiusque proprietas et discernibilis similitudo servetur in ceteris autem corporis bonis equalia cuncta reddantur ita modificabitur illa in unoquoque materies ut nec aliquid ex ea pereat et quod alicui defuerit ille suppleat qui etiam de nichilo potuit quod voluit operari. Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inequalitas erit sicut est vocum quibus cantus impletur hoc fiet cuique de materia corporis sui quod et hominem reddat angelicis cetibus et nichil inconveniens eorum ingerat sensibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit sed quicquid futurum est hoc decebit quia nec futurum est si non decebit. XCIII

Resurgent igitur sanctorum corpora sine ullo vitio sine ulla deformitate sicut sine ulla corruptione sine honore difficultate in quibus tanta facilitas resurgendi quanta felicitas erit. Propter quod et spiritualia dicta sunt cum procul dubio corpora sint futura non spiritus. Sed sicut corpus nunc animale dicitur quod tamen corpus non anima est ita tunc spirituale corpus erit corpus tamen non spiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptionem que nunc aggravat animam et vitia quibus caro adversus spiritum concupiscit tunc non erit caro sed corpus quia et celestia corpora perhibentur. Propter quod dictum est caro et sanguis regnum dei non possidebunt et tamquam exponens quid dixerit neque corruptio inquit incorruptionem possidebit. Quod prius dixit caro et sanguis hoc postea dixit corruptio et quod prius regnum dei hoc posterius incorruptionem. Quantum autem attinet ad substantiam et tunc caro erit. Propter quod et post resurrectionem corpus Christi caro appellata est. Sed ideo ait apostolus seminatur corpus animale ut resurgat corpus spirituale quia tanta erit tunc concordia carnis et spiritus vivificante spiritu sine sustentaculi alicuius indigentia subditam carnem ut nichil in nobis repugnet nobis sed sicut foris neminem ita nec intus nos ipsos patiamur inimicos. XCIIII

Quicumque vero ab illa perditionis massa que facta est per hominem primum non liberantur per unum mediatorem dei et hominum resurgent quidem et ipsi unusquisque cum sua carne sed ut cum diabolo et angelis eius puniantur. Utrum sane ipsi cum vitiis et deformitatibus suorum corporum resurgant quecumque in eis vitiosa et deformia membra gestarunt in requirendo laborare quid opus est. Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo quorum erit certa et sempiterna damnatio. Nec moveat quomodo in eis erit corpus incorruptibile si dolere poterit aut quomodo corruptibile si mori non poterit. Non est enim vera vita nisi ubi feliciter vivitur nec vera incorruptio nisi ubi salus nullo dolore corrumpitur. Ubi autem infelix mori non sinitur ut ita dicam mors ipsa non moritur et ubi dolor perpetuus non interimit sed affligit ipsa corruptio non finitur. Hec in sanctis scripturis secunda mors dicitur. XCV

Nec prima tamen qua suum corpus anima relinquere cogitur nec secunda qua penale corpus anima relinquere non permittitur homini accidisset si nemo peccasset. Mitissima sane omnium pena erit eorum qui preter peccatum quod originale traxerunt nullum insuper addiderunt. Tanto quisque ibi tolerabiliorem habebit iniquitatem. XCVI

Permanentibus itaque angelis et hominibus reprobis in eterna pena tunc sancti scient plenius quid boni eis contulerit gratia. Tunc rebus ipsis evidentius apparebit quod in psalmo scriptum est misericordiam et iudicium cantabo tibi domine quia nisi per indebitam misericordiam nemo liberatur et nisi per debitum iudicium nemo damnatur. XCVII

Tunc non latebit quod nunc latet cum de duobus parvulis unus esset assumendus per misericordiam alius per iudicium relinquendus in quo is qui assumeretur agnosceret quid sibi per iudicium deberetur nisi misericordia subveniret cur ille potius quam iste fuerit assumptus cum causa una esset ambobus cur apud quosdam non facte sunt virtutes que si facte fuissent egissent illi homines penitentiam et facte sunt apud eos qui non fuerant credituri. Apertissime namque dominus dicit ve tibi Corozaym et ve tibi Bethsaida quia si in Tyro et Sydone facte fuissent virtutes que facte sunt in vobis olim in cynere et cilicio penitentiam egissent. Nec utique deus iniuste noluit salvos fieri cum possent salvi esse si vellent. Tunc in clarissima sapientie luce videbitur quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur quam certa et immutabilis et efficacissima sit voluntas dei quam multa possit

et non velit. nichil autem velit quod non possit. Quemadmodum sic verum est quod in psalmo canitur: Deus autem noster in celo sursum et in terra omnia quecumque voluit fecit. quod utique non est verum si aliqua voluit et non fecit. et quod est indignius ideo non fecit quoniam ne fieret quod volebat omnipotentis voluntatem hominis impedivit voluntas. Non ergo fit aliquid nisi omnipotens fieri velit vel sinendo ut fiat vel ipse faciendo.

XCVIII

Nec dubitandum est deum facere bene etiam sinendo fieri quecumque fiunt male. Non enim hoc nisi iusto iudicio sinit. et profecto bonum est omne quod iustum est. Quamvis ergo ea que mala sunt in quantum mala sunt non sint bona. tamen ut non solum bona sed etiam sint et mala bonum est. Nam nisi esset hoc bonum ut essent et mala nullo modo esse sinerentur ab omni bono. cui procul dubio quam facile est quod vult facere tam facile est quod non vult esse non sinere. Hoc nisi credamus periclitatur ipsum nostre fidei confessionis initium qua nos in deum patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud veraciter vocatur omnipotens nisi quoniam quicquid vult potest. nec voluntate cuiuspiam creature voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

XCIX

Quam ob rem videndum est quemadmodum sit de deo dictum quod hoc apostolus verissime dixit: Qui omnes homines vult salvos fieri. Cum enim non omnes sed multo plures non fiant salvi videtur utique non fieri quod deus vult fieri humana scilicet voluntate impediente voluntatem dei. Cum enim queritur causa cur non omnes salvi fiant. responderi solet quia hoc ipsi nolunt. quod quidem de parvulis non potest quorum nondum est velle seu nolle. Nam quod in fantali motu faciunt. si eorum voluntati iudicaretur esse tribuendum. cum baptizantur cum resistunt quantum possunt et ipsos nolentes eos salvos fieri diceremus. Sed apertius dominus in evangelio compellans impiam civitatem: Quotiens inquit volui colligere filios tuos sicut gallina pullos suos et noluisti. tanquam voluntas dei superata sit hominum voluntate et infirmissimis nolendo impedientibus non potuerit facere potentissimus quod volebat. Et ubi est illa omnipotentia qua in celo et in terra omnia quecumque voluit fecit. si colligere filios Ierusalem voluit et non fecit? An potius et illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit. sed ea quoque nolente filios eius collegit ipse quos voluit. quia in celo et in terra non quedam voluit et fecit. quedam vero voluit et non fecit. sed omnia quecumque voluit fecit.

C

Quis porro tam impie desipiat ut dicat deum malas hominum voluntates quas voluerit quando voluerit ubi voluerit in bonum non posse convertere? Sed cum facit per misericordiam facit. cum autem non facit per iudicium non facit. quia cuius vult miseretur et quem vult obdurat.

CI

Quod ut diceret apostolus gratiam commendabat. ad cuius commendationem de illis rebecce in utero geminis fuerat iam locutus. Quibus nondum natis nec aliquid agentibus boni seu mali ut secundum electionem propositum dei maneret non ex operibus sed ex vocante. dictum est ei quia maior serviet minori. Propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium ubi scriptum est: Iacob dilexi. esau autem odio habui. Sentiens autem quemadmodum posset hoc quod dictum est permovere eos qui penetrare intelligendo non possunt huius altitudinem gratie. Quid ergo dicemus ait. Numquid iniquitas est apud deum? Absit. Iniquum quippe videtur ut sine ullis bonorum malorumve operum meritis unum deus diligat oderit alterum. Qua in re si futura opera vel bona huius vel mala illius que deus utique presciebat vellet intelligi nequaquam diceret non ex operibus. sed diceret ex futuris operibus. eoque modo istam solveret questionem. immo nullam quam solvi oporteret faceret questionem. Nunc vero cum respondisset absit. id est absit ut sit iniquitas apud deum. mox ut probaret nulla hoc iniquitate dei fieri: Moysi enim dicit: Miserebor inquit cui misertus ero. et misericordiam prestabo cui misertus fuero. Quis enim nisi desipiens deum iniquum putet sive indebitam penam ingerat digno sive misericordiam prestet indigno? Deinde intulit et dixit: Igitur non volentis neque currentis sed miserentis est dei. Ambo itaque gemini natura filii ire nascebantur nullis quidem operibus propriis sed originaliter ex adam vinculo damnationis obstricti. Sed qui dixit: Miserebor cui misertus ero. Iacob dilectione dilexit per misericordiam gratuitam. esau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus in altero alter agnovit non de suis differentiis meritis sibi esse gloriandum. quod in eadem causa supplicii non meritis sed divine gratie largitate quia non volentis neque currentis sed miserentis est dei. Altissimo itaque ac saluberrimo sacramento universa facies atque ut ita dixerim vultus scripturarum bene intuentis id ammonere invenitur ut qui gloriatur in domino glorietur.

CII

Cum autem dei misericordiam commendasset in eo quod ait: Ergo non volentis neque currentis sed miserentis est dei. deinde ut etiam iudicium commendaret quoniam in quo non fit misericordia non iniquitas fit sed iudicium. non est quippe iniquitas apud deum. continuo subiecit atque ait: Dicit enim scriptura pharaoni: quia ad hoc te excitavi ut ostendam in te potentiam meam et annuncietur nomen meum in universa terra. Quibus dictis ad utrumque concludens id est ad misericordiam et ad iudicium: ergo inquit cuius vult miseretur deus. et quem vult indurat. Miseretur scilicet magna bonitate. et obdurat nulla iniquitate ut nec liberatus de suis meritis glorietur nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemptos discernit a perditis quos in unam perditionis concreverat massam ab origine ducta causa communis. Hoc autem qui eo modo audit ut dicat: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? quasi propterea malus non videatur esse culpandus quia deus cuius vult miseretur et quem vult indurat. absit ut pudeat nos hoc respondere quod respondisse videmus apostolum. O homo tu quis es qui respondeas deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit quid me fecisti sic? An non habet figulus potestatem luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam? Hoc loco enim quidam stulti putant apostolum in responsione defecisse et inopia reddende rationis repressisse contradicentis audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est: O homo tu quis es. et in talibus questionibus ad sue capacitatis considerationem revocat hominem verbo quidem brevi sed revera magna ipsa est redditio rationis. Si enim hec non capit quis est qui respondeat deo? Si autem capit magis non invenit quid respondeat. Videt enim si capit universum genus humanum tam iusto iudicio divino in apostatica radice damnatum ut etiam si nullus inde liberaretur nemo recte posset dei vituperare iustitiam. et qui liberantur sic oportuisse liberari ut ex pluribus non liberatis atque in damnatione iustissima derelictis ostenderetur quid meruisset universa conspersio et quo etiam istos debitum iudicium dei duceret nisi eius indebita misericordia subveniret. ut volentium de suis meritis gloriari omne os obstruatur. et qui gloriatur in domino glorietur.

CIII

Hec sunt magna opera domini exquisita in omnes voluntates

ostendit sapientie exquisita, ut cum angelica et humana creatura peccasset, id est non quod ille sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creature voluntatem qua factum est quod creator noluit impleret ipse quod voluit, bene utens et malis tamquam summe bonus, ad eorum dampnationem quos iuste predestinavit ad penam, et ad eorum salutem quos benigne predestinavit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod deus noluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra voluntatem dei fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Propterea namque magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius, ut miro et ineffabili modo non fiat preter eius voluntatem quod etiam contra eius fit voluntatem, quia non fieret si non sineret; nec utique nolens sinit sed volens; nec sineret bonus fieri male nisi omnipotens et de malo facere posset bene. C.IIII.

Aliquando autem bona voluntate homo vult aliquid quod deus non vult, etiam ipse bona multo amplius multoque certius bona voluntate. Nam illius mala voluntas esse nunquam potest. Tamquam si bonus filius patrem velit vivere, quem deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest ut hoc velit homo voluntate mala quod deus vult bona, velut si malus filius velit mori patrem, velit hoc et deus. Nempe ille quod non vult deus, iste vero id vult quod vult et deus. Et tamen bone voluntati dei pietas illius potius consonat, quamvis aliud nolentis, quam impietas idem volentis. Tantum interest quid velle homini, quid deo congruat, et ad quem finem suam quisque referat voluntatem, ut aut approbetur aut improbetur. Nam deus quasdam voluntates suas utique bonas implet per malorum hominum voluntates malas, sicut per iudeos malivolos bona voluntate patris christus pro nobis occisus est; quod tantum bonum factum est, ut apostolus petrus quando id fieri nolebat sathanas ab ipso qui occidi venerat diceretur. Quam bone apparebant voluntates piorum fidelium qui nolebant apostolum paulum ierusalem pergere, ne ibi pateretur mala que agabus propheta predixerat. Et tamen deus hoc illum pati volebat pro annuntianda fide christi, exercens martirem christi. Neque istam bonam voluntatem suam implevit per christianorum voluntates bonas, sed per iudeorum malas; et eius potius erant qui nolebant quod volebat, quam per quos volebat quod ille volebat: quia ipsum quidem sed ipse per illos bona, illi autem mala voluntate fecerunt. C.V.

Sed quantelibet sint voluntates vel angelorum vel hominum vel bonorum vel malorum, vel illud quod deus vel aliud volentes quam deus, dei omnipotentis voluntas semper invicta est; que mala esse nunquam potest, quia etiam cum mala irrogat iusta est, et profecto que iusta est mala non est. Deus igitur omnipotens, sive per misericordiam cuius vult miseretur, sive per iudicium quem vult obdurat, nec inique aliquid facit nec nisi volens quicquam facit, et omnia quecumque vult facit. C.VI.

Ac per hoc cum audimus et in sacris litteris legimus quod velit omnes homines salvos fieri, quamvis certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissime dei voluntati aliquid derogare, sed ita intelligere quod scriptum est qui omnes homines vult salvos fieri, tamquam diceretur nullum hominem fieri salvum nisi quem fieri ipse voluerit: non quod nullus sit hominum nisi quem salvum fieri velit, sed quod nullus fiat nisi quem velit, et ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. De orando quippe deo agebat apostolus ut hoc diceret. Sic enim intelligimus et quod in evangelio scriptum est: qui illuminat omnem hominem; non quia nullus hominum est qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dictum est qui omnes homines vult salvos fieri, non quia nullus hominum esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse penitentiam si fecisset; sed ut omnes homines omne genus humanum intelligamus per quascumque differentias distributum: reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres, mares, feminas, infantes, pueros, adolescentes, iuvenes, seniores, senes; in linguis omnibus, in moribus omnibus, in professionibus omnibus, in artibus omnibus, in voluntatum et conscientiarum varietate innumerabili constitutos, et si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim eorum unde non deus per unigenitum filium dominum nostrum per omnes gentes salvos homines fieri velit et ideo faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcumque voluerit? Preceperat enim apostolus ut oraretur pro omnibus hominibus, et specialiter addiderat pro regibus et hiis qui in sublimitate sunt constituti, qui putari poterant fastu et superbia seculari fidei christiane humilitatem abhorrere. Proinde dicens: hoc enim bonum est coram salvatore nostro deo, id est ut etiam pro talibus oretur, statim ut desperationem tolleret addidit: qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Hoc quippe deus bonum iudicavit, ut orationibus humilium dignaretur salutem prestare sublimium; quod utique iam videmus impletum. Isto locutionis modo et dominus usus est in evangelio ubi ait phariseis: decimatis mentam et rutam et omne olus. Neque enim pharisei et quecumque aliena et omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant. Sicut ergo hic omne olus omne olerum genus, ita et illic omnes homines omne hominum genus intelligere possumus. Et quocumque alio modo intelligi potest, dum tamen non cogamur aliquid omnipotentem voluisse fieri factumque non esse; qui sine ambiguitatibus ullis in celo et in terra sicut eum veritas cantat omnia quecumque voluit fecit, profecto facere noluit quodcumque non fecit. C.VII.

Quapropter etiam primum hominem deus in ea salute in qua conditus erat voluisset, eumque opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perduceret, ubi iam non solum peccatum non committere, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccando sicut factus est perpetuam voluntatem habiturum esse prescisset. Quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est peccaturum esse presciebat, ad hoc potius paravit voluntatem suam, ut ipse benefaceret de male facientem, ac sic hominis voluntas mala non evacuaretur, sed nichilominus impleretur omnipotentis bona. C.VIII.

Sic enim oportebat hominem primum fieri ut et bene velle posset et male, nec gratis si bene, nec impune si male. Postea vero sic erit ut male velle non possit; nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium quod omnino non poterit servire peccato. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volumus ut esse miseri non solum nolimus sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra etiam nunc nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo pretermittendus non fuit in quo deus voluit ostendere quam bonum sit animal rationale quod et non peccare potest, quamvis sit melius quod peccare non potest. C.IX.

Sicut minor fuit immortalitas, sed tamen fuit, in qua posset

etiam non mori, quamvis maior futura sit in qua non pos-
sit mori. Illa vero natura humana perdidit per liberum arbi-
trium. Hanc est acceptura per gratiam quam fuerat, si non pec-
casset, accepturam per meritum; quamvis sine gratia nec tunc u-
llum meritum esse potuisset, quia etsi peccatum in solo arbi-
trio libero constitutum, non tamen iusticie retinende suffici-
ebat liberum arbitrium nisi participatione inmutabi-
lis boni divinum adiutorium preberetur. Sicut enim mo-
ri est in hominis potestate cum velit. Nemo est enim
qui non se ipsum, ut nichil aliud dicam, vel non vescen-
do possit occidere. Ad tenendam vero vitam voluntas non
satis est, si adiutoria sive alimentorum sive quorumcumque tuta-
minum desint. Sic homo in paradiso ad se occidendum
relinquendo iusticiam idoneus erat per voluntatem. Ut
autem vero ab eo teneretur vita iustitie parum erat vel-
le nisi ille qui eum fecerat adiuvaret. Sed post illam rui-
nam maior est misericordia dei, quando ipsum arbitrium liberandum est
a servitute cui dominatur cum morte peccatum. Nec omnino per
se ipsum, sed per solam dei gratiam que in fide christi posita est
liberatur, ut voluntas ipsa, sicut scriptum est, a domino prepare-
tur qua cetera dei munera capiantur, per que venitur ad munus eternum.

C.X. Unde et ipsam vitam etiam que certe merces
est operum bonorum gratiam dei appellat apostolus. Stipendium
inquit peccati mors, gratia autem dei vita eterna in christo ihesu domino
nostro. Stipendium pro opere milicie debitum redditur, non do-
natur. Ideo dixit stipendium peccati mors, ut mortem
peccato non inmerito illatam sed debitam demonstraret.
Gratia vero nisi gratis est gratia non est. Intelligendum est igitur et
ipsa hominis bona merita dei esse munera. Quibus cum
vita eterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur? Sic
ergo factus est homo rectus ut manere in ea rectitudine
posset non sine divino adiutorio, et suo fieri perversus arbi-
trio. Utrumlibet horum elegisset, dei voluntas aut etiam ab
ipso aut certe de illo fieret. Proinde quia suam maluit facere quam
dei, de illo facta est voluntas dei, qui ex eadem massa perdi-
tionis que de illius stirpe profluxit facit aliud vas in ho-
norem, aliud in contumeliam: in honorem per misericordiam, in
contumeliam per iudicium, ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in se.

C.XI. Nam neque per ipsum liberaretur unum mediatorem
dei et hominum hominem christum ihesum, nisi esset et deus. Sed cum
esset factus adam homo scilicet rectus, mediatore opus non
erat. Cum vero genus humanum peccata longe separarent
a deo, per mediatorem qui solus sine peccato natus est, vixit,
occisus est, reconciliari nos oportebat deo usque ad carnis re-
surrectionem in vitam eternam, et ut humana superbia per
humilitatem dei argueretur ac sanaretur, et demonstra-
retur homini quam longe a deo recesserat, cum per hominem
deum exemplum obedientie contumaci homini preberetur,
et unigenito suscipiente formam servi que nichil ante
meruerat fons gratie panderetur, et carnis etiam resur-
rectio redemptis promissa in ipso redemptore premonstrare-
tur, et per eandem naturam quam se decepisse letabatur dya-
bolus vinceretur, nec tamen homo gloriaretur ne iterum superbi-
a nasceretur, et si quid aliud de tanto mediatoris sacramen-
to a proficientibus videri et dici potest, aut videri tantum et si dici non potest.

C.XII. Tempus autem quod inter hominis mortem et ultimam
resurrectionem interpositum est animas abditis receptaculis
continet, sicut unaqueque digna est vel requie vel erum-
pna pro eo quod sortita est in carne cum viveret.

C.XIII. Neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viven-
tium relevari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur
vel elemosine in ecclesia fiunt. Sed eis hec prosunt qui cum vive-
rent ut hec sibi postea possent prodesse meruerunt. Est
enim quidam vivendi modus nec tam bonus ut non re-
quirat ista post mortem, nec tam malus ut non ei pro-
sint ista post mortem. Est vero talis in bono ut hec non
requirat, et est rursus talis in malo ut nec his valeat,
cum hec vita transierit, adiuvari. Quocirca hic omne me-
ritum comparatur quo possit post hanc vitam relevari quis
vel gravari. Nemo autem se speret quod hic neglexe-
rit cum obierit apud deum promereri. Non igitur ista que pro defunctis
commendandis frequentat ecclesia illi apostolice sunt adversa sen-
tentie qua dictum est: Omnes enim astabimus ante tri-
bunal christi, ut referat unusquisque secundum ea que per cor-
pus gessit, sive bonum sive malum. Quia etiam hoc
meritum sibi quisque cum in corpore viveret comparavit ut
ei possint ista prodesse. Non enim omnibus prosunt. Et quare
non omnibus prosunt nisi propter differentiam vite quam quis-
que in corpore gessit? Cum ergo sacrificia sive altaris sive qua-
rumcumque elemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus
offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt; pro non
valde malis propitiationes sunt; pro valde malis, etsi nulla
sunt adiumenta mortuorum, qualescumque vivorum con-
solationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt ut
sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa dampnatio.

C.XIIII. Post resurrectionem vero facto universo completoque
iudicio, suos fines habebunt civitates due, una christi, alia
dyaboli, una bonorum, altera malorum, utraque tamen et angelorum et
hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit
ulla esse peccandi vel ulla conditio moriendi; istis in eter-
na vita vere feliciterque viventibus, illis infeliciter in eterna
morte sine moriendi potestate durantibus, quoniam utrique
sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio prestabilius, in
miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt.

C.XV. Frustra itaque nonnulli, immo quam plurimi, eternam
dampnatorum penam et cruciatus sine intermissione perpe-
tuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse
non credunt. Non quidem scripturis divinis adversando,
sed pro suo motu dura queque molliendo et in leniorem flecten-
do sententiam que putant magis terribiliter esse dicta quam ve-
re. Non enim obliviscetur, inquiunt, misereri deus, aut
continebit in ira sua miserationes suas. Hoc quidem in psalmo
legitur sancto. Sed de eis sine ullo scrupulo intelligitur qui
vasa misericordie nuncupantur, quia et ipsi non pro suis meritis sed deo
miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes
existimant pertinere, non ideo necesse est ut dampnationem
opinentur posse finiri eorum de quibus dictum est: Et ibunt
hii in supplicium eternum, ne isto modo putetur habitu-
ra finem quandoque felicitas etiam illorum de quibus e contrario
dictum est: Iusti autem in vitam eternam. Sed penas dampn-
atorum certis temporum intervallis existiment, si hoc eis
placet, aliquatenus mitigari. Etiam sic quippe intelli-
gi potest manere in illis ira dei, hoc est ipsa dampna-
tio. Hec enim vocatur ira dei, non divini animi perturbatio,
ut in ira sua, hoc est manente ira sua, non tamen contineat miserationes suas, non eterno
supplicio finem dando, sed levamen adhibendo vel interpo-
nendo cruciatibus, quia nec psalmus ait ad finiendam vel
iram vel post iram suam, sed in ira sua. Que si sola esset quan-
ta ibi minima cogitari potest, perire a regno dei, exulare
a civitate dei, alienari a vita dei, carere tam magna mul-
titudine dulcedinis dei quam abscondit timentibus se, perfecit
autem sperantibus in se, tam grandis est pena ut ei nulla

possunt tormenta que noverunt comparari; sic illa sit eterna, ista sit autem quamlibet multis seculis longa. CXVI

Manebit ergo sine fine mors illa perpetua dampnatorum, id est alienatio a vita Dei, et omnibus erit ista communis, quaslibet homines de varietate penarum, de dolorum relevatione vel intermissione pro suis humanis motibus suspicentur; sicut manebit communiter omnium vita eterna sanctorum, quamlibet honorum distantia concorditer fulgeant. CXVII

Ex ista fidei confessione que breviter symbolo continetur, et carnaliter cogitata lac parvulorum est, spiritualiter autem considerata atque tractata cibus est fortium, nascitur spes bona fidelium, cui caritas sancta comitatur. Sed de his omnibus que fideliter sunt credenda, ea tantum ad spem pertinent que in oratione dominica continentur. Maledictus est enim, sicut divina testantur eloquia, omnis qui spem ponit in homine; ac per hoc et iste qui spem ponit in se ipso huius maledictionis vinculo innectitur. Ideo non nisi a Domino Deo petere debemus quicquid speramus vel nos bene operaturos vel pro bonis operibus adepturos. CXVIII

Proinde apud evangelistam Matheum septem petitiones continere dominica videtur oratio, in quarum tribus eterna poscuntur, in reliquis quattuor temporalia, que tamen propter eterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus: Sanctificetur nomen tuum; Adveniat regnum tuum; Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra, quod non absurde intellexerunt quidam in spiritu et corpore, omnino sine fine retinenda sunt, et hic inchoata, quantumcumque proficimus, augentur in nobis; perfecta vero, quod in alia vita sperandum est, semper possidebuntur. Quod vero dicimus: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo, quis non videat ad presentis vite indigentiam pertinere? In illa itaque vita eterna, ubi nos speramus futuros, et nominis Dei sanctificatio et regnum eius et voluntas eius in nostro spiritu et corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis vero cotidianus ideo dictus est quia hic est necessarius quantus anime carnique tribuendus est, sive spiritualiter sive carnaliter, sive utroque intelligatur modo. Hic est etiam quam poscimus remissio, ubi est commissio peccatorum; hic temptationes que nos ad peccandum vel alliciunt vel impellunt; hic denique malum unde cupimus liberari; illic autem nichil istorum est. CXIX

Evangelista vero Lucas in oratione dominica petitiones non septem sed quinque complexus est, nec ab isto utique discrepavit, sed quomodo ista septem sint intelligenda ipsa sua brevitate commonuit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spiritu; Dei autem regnum in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionem duarum superiorum esse quodammodo repetitionem, magis eam pretermittendo facit intelligi. Deinde tres alias adiungit, de pane cotidiano, de remissione peccatorum, de temptatione vitanda. At vero quod ille in ultimo posuit: sed libera nos a malo, iste non posuit, ut intelligeremus ad illud superius quod de temptatione dictum est pertinere. Ideo quippe ait: sed libera, non ait: et libera, tamquam unam petitionem esse demonstrans: noli hoc, sed hoc; ut sciat unusquisque in eo se liberari a malo quod non infertur in temptationem. CXX

Iam porro caritas, quam duabus istis, id est fide ac spe, maiorem dixit apostolus, quanto in quocumque maior est, tanto melior est in quo est. Cum enim queritur utrum quisque sit homo bonus, non queritur quid credat aut speret, sed quid amet. Nam qui recte amat, procul dubio recte credit et sperat; qui vero non amat, inaniter credit, etsi sint vera que credit; inaniter sperat, etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere que sperat, nisi et hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit ut amet. Quamvis enim sperare sine amore non possit, fieri tamen potest ut id non amet sine quo ad id quod sperat non potest pervenire, tamquam si speret vitam eternam (quis autem est qui non amet?) et non amet iustitiam sine qua nemo pervenit ad illam. Ipsa est autem fides Christi quam commendat apostolus que per dilectionem operatur; et quod nondum in dilectione habet, petit ut accipiat, querit ut inveniat, pulsat ut aperiatur ei. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam sine Dei dono, id est sine Spiritu Sancto, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, iubere lex poterit, non iuvare; et prevaricatorem insuper facere, qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat enim carnalis cupiditas ubi non est Dei caritas. CXXI

Sed cum in ignorantie tenebris nulla resistente ratione secundum carnem vivitur, hec sunt prima hominis. Deinde cum per legem cognitio fuerit facta peccati, si nondum divinus adiuvat Spiritus, secundum legem volens vivere vincitur, et sciens peccat, peccatoque subditus servit: a quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est, id agente scientia mandati ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam cumulo prevaricationis adiecto, atque ita quod scriptum est impleatur: Lex subintravit ut abundaret delictum. Hec sunt secunda hominis. Si autem respexerit Deus ut ad implenda que mandat ipse adiuvare credatur, et agi homo ceperit Dei Spiritu, concupiscitur adversus carnem fortiore robore caritatis, ut, quamvis adhuc sit hominis quod repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen iustus vivat iusteque vivat in quantum non cedit male concupiscentie vincente delectatione iustitie. Hec sunt tertia bona spei hominis, in quibus si pia perseverantia quisque proficiat, postrema pax restat que post hanc vitam in requie spiritus, deinde in resurrectione etiam carnis implebitur. Harum quattuor differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena atque perfecta. Sic et populus Dei per temporum intervalla ordinatus est, sicut Deo placuit, qui omnia in mensura et numero et pondere disposuit. Nam fuit primitus ante legem; secundo sub lege, que per Moysen data est; deinde sub gratia, que revelata est per primum mediatoris adventum. Que quidem gratia nec antea defuit eis quibus oportuit eam impertiri, quamvis pro temporis dispensatione velata et occulta. Neque enim quisquam iustorum antiquorum preter fidem Christi salutem potuit invenire, aut vero nisi et ille cognitus fuisset, non potuisset nobis per eorum ministerium aliis apertius, aliis occultius prophetari. CXXII

In quocumque autem istorum quattuor velut etatum singularum quemquam hominum gratia regenerationis invenerit, ibi ei remittuntur preterita universa peccata, et reatus ille nascendo contractus renascendo dissolvitur; tantumque valet quod Spiritus ubi vult spirat, ut quidam secundam illam servitutem sub lege non noverint, sed cum mandato incipiant divinum habere adiutorium. CXXIII

Antequam autem possit homo capax esse mandati, secundum carnem vivat necesse est. Sed si iam sacramento regenerationis imbutus est, nichil ei oberit si tunc ex hac vita emigraverit; quia propterea Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur. Nec tenebit regnum mortis eum pro quo mortuus est ille qui liber inter mortuos fuit. CXXIIII

Omnia igitur precepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit apostolus: Finis autem precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Omnis itaque

precepti finis caritas id est ad caritatem refertur omne preceptum. Quod vero ita fit vel timore pene vel aliqua intentione carnali ut non referatur ad illam caritatem quam diffundit Spiritus sanctus in cordibus nostris, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Caritas quippe ista dei et proximi est et utique in his duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Adde evangelium, adde apostolos. Non enim aliunde vox ista est: Finis precepti est caritas, et: Deus caritas est. Quecumque igitur mandat deus, ex quibus unum est: Non mechaberis, et quecumque non iubentur sed spirituali consilio monentur, ex quibus unum est: Bonum est homini mulierem non tangere, tunc recte fiunt cum referuntur ad diligendum deum et proximum propter deum, et in hoc seculo et in futuro, nunc deum per fidem tunc per speciem, et ipsum proximum nunc per fidem. Non enim sentimus mortales corda mortalium. Tunc autem illuminabit deus abscondita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a deo, quia id laudabitur et diligetur a proximo in proximo, quod ne lateat ab ipso illuminabitur deo. Minuitur autem cupiditas caritate crescente donec veniat hic ad tantam magnitudinem qua maior esse iam non possit. Maiorem autem caritatem nemo habet quam ut animam p. q. p. a. s. Ibi autem quis explicet quanta erit caritas, ubi cupiditas quam vel cohibendo superet nulla erit? Quoniam summa sanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

cxxv. Sed sit aliquando huius voluminis finis, quod ipse videris utrum enchiridion vel appellare debeas vel habere. Ego tamen contemnenda tua in Christo Ihesu studia non putarem, bona de te credens in adiutorio salvatoris ac sperans, teque in eius membris plurimum diligens, librum ad te sicut valui utinam tam commodum quam prolixum de fide et spe et caritate conscripseram.

Laurentio scribens, cuius eruditione delectatur, cupiens illum esse sapientem sed secundum Iob.
Quod hominis sapientia pietas id est dei cultus sit, et hoc ibi breviter dicatur.
Quomodo colendus sit deus.
Item quem librum sibi voluerit vel que ut scriberet poposcerit.
De initio fidei et perfectione spei et quod Christus sit principium fidei catholice fundamentum, quod apud hereticos nomine tenus invenitur.
Quid sit enchiridion quod sibi fieri voluit, et quam laboriosum sit contra fidem spei et caritatis sentientibus respondere.
Quod symbolum et dominica oratio fidem in se et spem et caritatem contineant.
Qualiter fides et spes et caritas sine invicem esse non possint, quamvis a se in quibusdam differant.
Quod credulitas fidei christiane non in naturis rerum sed in creatoris bonitate consistat.
Quanta bona sint que a summa trinitate creata sunt.
Cur deus malum ordinet, vel que sit diffinitio mali.
Bonas esse naturas omnes a summo bono factas, quibus que causa et qualiter corruptio noceat intimatur.
Quod nullum posse esse malum si nullum sit bonum, et quod hec assertio sententie prophetice non sit contraria.
Quod in malis ac bonis sibimet contrariis dialecticorum regula deficiat, et quid sit corruptio, et quod ex bonis mala orta sint.
Cur non sit contrarium dominice sententie quod dictum est: Non potest arbor bona fructus malos facere, cum dicuntur mala ex bonis esse orta.
Non pertinere ad beatitudinem consequendam scire causas in mundo corporalium motionum.
Disputatio qualiter caveri possit.
Questio difficillima utrum ad officium hominis iusti pertineat mentiri aliquando vel non.
Quibus in rebus fallamur.
Cum quis de malo homine bene sentit, vel cum in visibilibus fallitur.
In quibus rebus errantes non peccemus, quamvis ad huius vite miserias error ipse pertineat.
Quomodo sit peccatum omne mendacium, vel quare etiam quamvis velatur peccare qui non nisi pro salute hominis mentitur.
Que sint cause bonarum rerum atque malarum.
Quod sit gratia creature rationalis, creatum malum vel que hoc mala secuta sint.
Quod in suis malis rationalis creatura beatitudinis appetitum non amiserit, et quod homo habeat penam peccati sui corporis mortem.
Quod peccatum Ade originaliter in posteros transierit.
Qualiter humani generis massa ex ira dei iacebat in malis, luens cum desertoribus angelis iustissimas penas, manente tamen in eis bonitate creatoris.
Quod quibusdam angelis cadentibus per superbiam reliqui in eterna stabilitate perenne beatitudinis acceperunt.
Quod numerus angelorum bonorum qui diminutus est primo ruina malorum ex hominibus suppleatur, et quod hic numerus deo sit notus.
Quod non per meritis operibus nec per liberum arbitrium suum sed per filium dei liberari posse genus humanum.
Quod et fides a qua bona opera incipiunt gratia tribuatur.
Quod deus sit qui operatur in nobis et velle et perficere, sicut apostolus multipliciter predicat et omnis scriptura divina testatur.
Quod iusta dampnatione tenebatur sub ira dei genus humanum donec veniret mediator qui nos ab hac ira liberaret.
De admirabili sacramento mediatoris.
De duabus naturis in una filii dei persona consistentibus.
Quam sit evidens indicium humanitatis gratie dei quod in homine Christo humana natura pervenerit.
Quod gratia demonstretur in hoc quod de spiritu sancto natus dicitur.
Quod quamvis non sit consequens patrem hominis Christi dici spiritum sanctum, modus tamen ipse quod de spiritu sancto et Maria virgine natus est inexplicabilis est.
Exempla quibus ostenditur non semper dici filium cuiusque de re aliqua nascitur, et dici filium de quo non nascitur.
Modus significationis Christum Ihesum de spiritu sancto esse natum, ut insinuet gratiam qua eius divinitati nullis precedentibus meritis ipsa conceptione deo sibi copularetur.
Quod in Christo nec originale nec proprium fuit peccatum, factus sit tamen pro nobis ipse peccatum.
Quod mors et vita Christi sacramentum baptismi significet.
Quod generaliter omnibus etatibus necessarium sit baptisma Christi.
Quomodo plerumque maiores singulari peccato moriantur in baptismo cum habeant multa propria plura peccata, et quo parvuli in renovatione peccatorum baptizari dicantur.
Qualiter in illo uno peccato quod per illum hominem intravit in mundum intelligantur plura peccata.
Quod non inaniter dicitur peccatis parentum filios obligari nisi gratia et misericordia divina succurrat.
Non esse temere affirmandum utrum peccatis parentum usque ad patrem unicuique an in etatem alicuius generationum an alio alicuius imputentur.
Ab originali peccato nullum posse salvari nisi per mediatorem dei et hominum hominem Christum Ihesum.
Nominatim renascendi baptismate Iohannis quod Christus ba[ptizatus]

necessitatis causa. sicut mortem dispensatione suscipere voluit.

Quod gratia Christi non solum originale peccatum sed cuncta abstulit que addita inveniuntur.

Omnem ex Adam natum in damnatione detineri. et omnem in Christo renatum a damnatione liberari.

Qualiter misterium baptismatis in cruce Christi apostolus commendavit in quo non solum maiores sed et parvuli salvantur.

Quemadmodum ea que in cruce Christi ac sepultura necnon et resurrectione atque ascensione in celum et sessione ad dexteram patris gesta sunt vite christiane que hic geritur figurantur.

Non pertinere ad hanc vitam quod Christus ad vivos et mortuos iudicandos de celo venturus esse creditur.

Duobus significationis modis quod vivos ac mortuos iudicabit.

De ordinatione simboli ut trinitati adiceretur ordinatissime sancta ecclesia subiuncta sit tanquam deus templum suum.

De ecclesia supernorum que in celis est. nullius sit notum.

Quid sentiendum sit de differentiis angelorum bonorum et utrum ad eandem societatem pertineant sol et luna et cetera sidera.

Questio difficillima utrum vel qualia corpora angeli habeant.

Quod maxime pro dei gratia dinoscendum sit cum se sathanas transfigurat in angelum lucis.

Quando habebimus plenam notitiam celestis ecclesie vel qualiter mors Christi etiam pro angelis fieri dicatur.

Quod angeli scilicet docti de deo noverint numerum qui ex hominibus accessurus est ad supplementum superne civitatis.

Quomodo accipitur pax dei precellere omnem intellectum vel qualem pacem habebimus cum angelis.

Quod etiam nunc angeli nobiscum concordent et ex remissione peccatorum etiam baptizatis penitentia necessaria sit.

Quod intra ecclesiam catholicam criminibus eorum non denegetur penitentie locus et qualiter agi debeat ipsa penitentia.

Quod remissio peccatorum ad futurum iudicium pertineat cum in hac vita etiam parvuli baptizandi isto modo crucientur. quorum [illegible] pene impositum retinent.

De hiis qui intra ecclesiam catholicam sceleratissime vivunt et nullo modo penitentiam gerunt ac sibi salvationem per ignem promittunt.

Quid sentiendum sit de hiis qui super fundamentum edificant et quid sit eum per ignem salvari vel qualis iste sit ignis.

Posse esse et post hanc vitam ignem purgatorium per quem salventur qui hic terrena in opere vel penam cogitationem gesserunt.

Cavendum esse ne putemus infanda crimina elemosinis redimi posse ab eis non abstinendo.

Quod per orationem dominicam non tantum cotidiana peccata sed et preterita crimina deleantur.

De multis elemosinarum generibus.

Qualis sit elemosina perfectorum.

Posse etiam hiis qui peccant non sunt dimitti peccata si ipsi quoque dimittunt ex corde petentibus se debitoribus suis.

Non esse dubitandum inimicum qui peccato suo moneat et roget.

Nullatenus a deo peccata dimitti eis qui petentibus se non dimittunt ex corde.

De hiis qui sceleratissime vivunt et testimonio domini abutuntur quod ait date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis.

Quod a se debeat ipso debeat incipere qui vult elemosinam ordinate facere. sicut phariseos increpando dominus admonet.

Quod multum se seducant qui per largissimas elemosinas fructuum suorum vel pecunie indulgentiam sibi comparare existimant in flagitiis ac facinoribus permanentes.

Que levia vel gravia peccata divino pensanda sunt iudicio pro quibus etiam omnibus tamen que sunt levissima sit orare.

De quibusdam peccatis que levissima putantur debent tamen vel graviora in scripturis sanctis demonstrantur.

Quod etiam magna peccata cum in usum venerint aut nulla aut parva esse credantur.

De duabus causis ignorantie et infirmitatis quibus peccatur.

Quod in misericordia dei pellatur pudor ut penitentia agatur.

Quod in spiritum sanctum irremediabiliter peccat qui in ecclesia catholica non remitti sibi peccata usque in finem vite sue non credit.

Questio de corporibus abortivis fetibus.

Disputatio questionis quando incipiat homo in utero matris vivere que ad resurrectionem etiam in genere pertinet.

De monstris que nascuntur et cito moriuntur cum commemoratione cuiusdam bimembris.

Quod cetera hominis mortui in quibuslibet elementis dilapsa corporis substantie tamen que reliquit in resurrectione revocentur.

Non esse consequens membra ad easdem corporis partes unde dilapsa sunt in resurrectione revocari cum similitudine statue solubilis metalli.

Utrum equales an diverse future sint stature vel figure resurgentium corporum.

Qualiter resurgant corpora sanctorum.

Qualiter illi resurgant qui a massa perditionis non sunt discreti.

Quod nec prima nec secunda mors hominum accidisset si nemo peccasset et quod etiam impii diverso modo crucientur. mitissima tamen sit pena parvulorum.

Quod tormentis impiorum in damnatione eterna tribuat plenissime scire quod boni eis contulerit gratia.

Quod omnia que nunc nos latent tunc non latebunt.

Quod recta confessione credamus omnipotentem deum bene facere etiam cum sinit fieri mala.

Questio de hoc quod apostolus de deo dicit qui vult omnes homines salvos fieri.

Quod omnipotentia dei malas hominum voluntates in bonum convertat.

Commendatio gratie per apostolum quod Iacob ab Esau discernitur.

Commendatio iudicii dei secundum eundem apostolum in obduratione pharaonis.

Admiratio operum dei qua fit ut de malis hominum voluntatibus bonam ipse voluntatem impleat suam.

De bonis voluntatibus hominum que plerumque benignus sine voluntate dei non conveniunt et malis volunt quod conveniunt.

Quod contrariis sunt voluntates quod conveniunt aut non conveniunt voluntati dei iustissima sit semper voluntas dei.

Qualiter intelligatur deus velle omnes homines salvos facere.

Quod prescivit deus primum hominem peccaturum predestinavit benefacere de malo eius.

Qualem creavit prius hominem et vel qualis post eum futurus sit.

De immortalitate quam perdidit homo per liberum arbitrium et quam est accepturus per gratiam.

Quod gratia dei sit vita eterna secundum apostolum stipendium vero peccati mors et quod primus homo sua potestate dei faciens voluntatem de ipso facta sit voluntas dei.

Per Christum mediatorem reconciliari oportuit deo genus humanum.

Qualiter se habeant anime defunctorum ante ultimam resurrectionem.

De sacrificiis vel elemosinis que pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur.

Quod fuerunt futuri sunt bonorum malorumque due civitates post resurrectionem.

De hiis qui humana miseratione commoveri non credunt eternas esse penas impiorum.

Quod eterna sit pena damnatorum quamvis diversa pro culparum diversitate sicut eterna sanctorum beatitudo licet inter se multas differat.

Qualis in confessione fidei nascatur spes fideli-
um et ne quis in se ipso spem habeat.
Quomodo dominica oratio vii. petitiones apud
euangelistam matheum contineat.
De quinque petitionibus apud lucam euangelistam
a matheo non discrepantibus.
De excellentia caritatis sine qua etiam spes et
qui recte credit ad nullum potest ad beatitudinem peruenire.
De quatuor differentiis hominum quos deus gratia
sua de tenebris ignorantie ad se uocare digna-
tur in quibus et quoque iustus ordinatus dicitur.
Alii in quibus istarum quatuor uelut etatum gratia rege-
nerationis inuenit homines ubi ei remittantur cuncta peccata et
quibus gratia donatur ne omnino sub lege sint seruantur.
Non obesse his qui baptismo iam regenerati sunt
et mundati necdum capaces teste carnem ui-
uunt si mox ex hac uita discedant.
De caritate dei et proximi ad quam omnia precepta
referuntur et de qualitate eius in hoc seculo uel in futuro.
De fine libri.

Incipit prefatio in libro sancti Gregorii Nisseni episcopi

Domino sanctissimo et a me plurimum venerando Eugipio presbytero
Dionisius exiguus. Sancte venerationis tue studio pro viribus meis
obsecutus: beati Gregorii Nisseni episcopi librum de conditione hominis ex greco
locutione conversi triginta et uno ab eodem capitulis explicatum. In quo
opere quantam sim difficultatem expertus ex ipsa tamen probabis. Quippe
plurimis enim inserta philosophorum sententiis immoratus ostentationem
tantum sue eruditionis expressit: ut pene nichil omiserit eorum que ab
illis doctis et ociosis ingeniis in hac parte per innumerabiles digesta
sunt conditiones. Cum tamen illas ineptias ita destruxit: ut illud quodam-
modo nobis insinuaret apostoli quo fideles instruit dicens: Vide-
te ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam
secundum traditionem hominum secundum elementa mundi et non secundum Christum. Sta-
tuit quedam recta que deus illis revelavit sapienter approbat:
ita prava eorum ut ipse dirigit vel convincit inventa ostendit
exceptis videlicet paucis in quibus diu valde prolixus vitia preter-
ita fieri solet et ipse vitiosa. Igitur eloquentiam tanti doctoris emu-
latus enisus sum quidem eius altitudinem sequi licet assequi
minime imperiti facultate nequiverim. Tamen fidem servavi eius pro
mea mediocritate sciens veritate nichil esse prestantius.
Et quamvis sint ut dixi aliqua que possint merito reprehendi: nullius tamen
in hiis meum puto obligatum esse consensum quod officio translatoris expli-
cui non censoris studio comprobavi. Quod ipsum huiusmodi devotionis obsequio
precor ut sanctitas tua promissionis mee solutionem gratanter ex-
cipiat. Et in quibus minus elegans videor eloquium veniam de-
menter tribuat. Accommodet quoque necessitate temporis a doctissimorum
virorum collatione districtus non quo debui librum splendore digessi
qui ut plurimis probatur habundare virtutibus: ita quibusdam ut sepe
retuli maculis videtur aspersus. Orate ergo pro me tua dignatio ve-
nerandis tantis presulis angustiis saltem spiritualium studiorum latitudine gaudeam
nec adeo presentibus unquam meroribus liceat ut nos a proposito
future delectationis abducant. Exigimus namque solacium in hac miseria
captivitatis: si de venienti gloria continuata meditatione tractemus. Gravis
enim quis amore celestium egrediatur huius peregrinationis incommoda. Et cum
propheta dolenter exclamet: Heu me quia incolatus meus prolongatus est:
habitavi cum habitantibus cedar. Multum incola fuit anima mea. Et cum beato
apostolo confidenter asserat: cupio dissolvi et esse cum Christo. Tamen a patria
non procul exulare credendus si spe patriam desiderio consequatur.

Explicit prefatio. Incipit liber sancti Gregorii Nisseni episcopi ad
fratrem suum Petrum presbiterum de imagine id est de hominis conditione
que a fratre eorum sancto Basilio episcopo in exameron est omissa.

Si pecuniarum pretiis eos oportet honorare qui virtutibus
eminent: parvus utique sicut Salomon ait totus mundus di-
vitiarum videtur qui tuis posset adequari virtutibus. Sed quia
non gratia melior est divitiarum opulentia que tue venerationi debetur
existit: exigit autem et sancta pascha caritatis munificentiam consuetam
offerimus excellentissime prudentie munus o homo dei parvum quidem quam digne
videatur tibi deferri. Sed nostris quantum viribus non habetur. Hoc autem
munus sermo est veluti vestimentum pauperrimum ex tenui nostra
intelligentia non sine labore contextum. Sermonis vero materia forte
audaciorem plurimis videbitur esse. Verum tamen haud absurda vel idonea
estimabitur. Solus quidem digne creationem dei consideravit qui
secundum deum creatus est et vere ad imaginem dei conditus frater noster
Basilius communis pater noster atque preceptor qui sublimissimam creature totius
ornatum intelligibilem multis sua contemplatione perfecit et intueri dei sapientia
formatum mundum hiis qui per eum sapientiam huic aptantur ipsorum notis
similem esse constituit. Nos autem qui minus admirari de eo ut dignum est
minime valeamus: tamen ea que desunt hiis que ab hoc magistro perfecta
sunt adiacenda credidimus. Stillare occasione preteritis laboris et atte-
nuates industriam. Non enim fas est sublime eloquium nostris obumbrari
sermonibus. Sed ne ea que videntur magistro deesse gloria discipuli imputent
sicut cum examero et de conditione hominis expositio defuit. Si illius au-
ditor ille ad afferret remedium quod minus esse desiderabatur impleret
adiutus magnam gloriam eius vituperator forsitan putaret occasio
veluti qui neglexerit adhibitu quendam perspicacis intelligentie sui
eorum discipulorum mentes imbuere. Nos igitur iuxta vires nostras id quod minus
deest exponere aggressi: si quid tale reperiatur in nostris quod et doctrine
non sit indignum id ad magistrum iure referatur. Si non magnificentia
complexionis eius nostra non assequitur oratio: ille quidem preter accusationem
manebit qui putaretur defectum doctoris effectus noluisse suis
insinuare discipulis notam criminis effugiens. Nos autem apud eos qui
vituperationibus student consequenter erimus obnoxii. Veluti qui pruritu
cordis nostri tanti magistri sapientiam capere nequeamus. Est autem non parva
ad complexionem composita nobis intentio: sed aliquid eorum miraculorum que
in modo sint postponenda. Fortassis autem et preferenda est omnibus que
nostre noticie subiecta sint. Nichil enim eorum que videntur simile deo
sicut et humana conditio: ita ut a benignis auditoribus de hiis que
dicturi sumus venia nobis in promptu sit si minor noster sermo quam
rei dignitas exposcat appareat. Oportet autem gesta nichil eorum que
esse homine prius effecta creduntur et que completa creduntur in posterum.
Quecumque nunc in presenti cernuntur indiscussum prorsus omittere. Sic minor
promissione nostra hec expositio nostra forsitan arguatur. Si hominem
contemplatione composito permittit ad eorum que ad causam pertinere monstrantur.
Sed que et videntur erga eum accidisse contraria. Et est non illa que ab initio
facta sint in eo natura reparatur per quandam consecutionem necessariam
que tam scripture auctoritate quam rationis excogitatione collecta
decentius explicetur ita ut sibi conveniat universa materia cum
ordo et series que putatur adversa ad unum terminum eundem quoque
conveniat. Sic divina ope atque virtute spem quia spem et facultatem
nobis ex difficultate prestare. Manifestioris autem gratia operum fore
credidi presentem sermonem in capitulis explicare: quo possit in brevi
totius operis effectum per singula ceterorum nostrorum argumenta cognoscere.

Explicit prologus sancti Gregorii. Incipiunt capitula libri ipsius.

Capitulum primum. Particularis quedam ratiocinatio de mundo naturalis quoque disputatio
et clarior expositio de hiis que preter in hominis conformatione precessisse monstrantur.
Secundum cur novissimus post creaturam factus est homo.
Tercium quod preciosior omni creatura que videtur existit humana conditio.
Quartum quod per omnia ipsorum quedam preparatione ipsa creatio humana significetur.
Quintum quod homo similitudo quedam divini perficitur imperii.
Sextum inquisitio qualem cognationem mens habeat ad naturam
in quo etiam per transitum eunomianorum dogma refellitur.
Septimum quare nudus homo naturalibus armis et velaminibus [illegible].
Octavum quare hominis rectus habitus et quod propter rationem manus date
sunt. In quo quidam et de differentiis animarum disputatio naturalis inducitur.
Nonum quod aptissima hominis habitudo ad opus rationis extructa sit.
Decimum quod per sensus mens operetur.
Undecimum quod invisibilis natura mentis existat. [illegible]
XII. Inquisitio ubi principale hominis esse videatur in quo de lacrimis et risu naturalis
XIII. Contemplatio quedam naturalis de materia et natura et mentis inspectione.
XIIII. De somno et oscitatione et de somniis ratiocinatio.
Quartumdecimum quod non in parte corporis mens humana consistat
in quo et de discretione motionum corporis anime quoque tractatio.
Quintumdecimum quod proprie anima rationalis hominis sit et dicatur. Alia vero anime
equivoce nominentur. In quo et de virtute mentis quod per omne
corpus extensa singulis partibus proportionaliter competenter congrua sit.
Sextumdecimum inspectio divini sermonis quod dixit: Faciamus hominem ad

imaginem et similitudinem nostram. In quo et perquiritur quae sit imaginis ratio, et in quo simile sit beatae et impassibili naturae hoc passibile nostrum atque mortale, et quemadmodum in imagine masculus applicetur et femina, cum in principali forma minime exstare videantur.

Septimum decimum quid oporteat respondere eis qui ambigentes inquirunt si post peccatum procreatio filiorum est, quomodo nascerentur si primi homines sine peccato mansissent.

Decimum nonum quod passiones in nobis irrationabiles ex cognatione naturae irrationabilis occasiones habere probentur.

Vicesimum contra eos qui dicunt iterum in cibo et potu retributionem bonorum quae sperantur existere, quia scriptum est ab initio in paradiso per haec hominem substitisse.

XXI. Quae fuit in paradiso vita, et quale sit illud lignum quod vetitum est.

XXII. Quod resurrectio non tam scripturarum praedicatione quam ex ipsa rerum necessitate consequenter debeat spe firmissima sustineri.

XXIII. Adversus eos qui dicunt si bona et optima est resurrectio mortuorum, cur non olim facta sit, sed quibusdam temporum circuitionibus sustinetur.

XXIIII. Quod qui exordium constitutionis mundi fatetur necesse est et de eius fine concedat.

XXV. Traditio adversus eos qui audent asserere coaeternam deo esse materiam.

XXVI. Quemadmodum quis ab his quae foris sunt adigatur ut scripturae doctrinae de resurrectione consentiat.

XXVII. Quod non sit extra id quod deceat resurrectio mortuorum.

Vicesimum octavum. Quod possibile sit in omnia elementa humanis corporibus resolutis iterum ex communi proprium singulis integrari.

XXIX. Contra eos qui dicunt exstare animas ante corpora sua, vel e contrario ante animas formari corpora, in quo quaedam etiam fabulosae illius opinionis de animarum transformatione destructio.

XXX. Assertio quod una eademque animae et corporis causa substituendi esse videatur.

XXXI. Contemplatio quaedam medicinalis potius quam de corporum constructione paucas absolvit.

Incipit liber Gregorii de hominis conditione. Capitulum primum.

Hic liber ait generationis caeli et terrae, cum perfecta sunt omnia quae videntur, et ad proprium situm singula discreta cesserunt, quando volubile hoc corpus caeli circumiit cuncta, medium locum non totius creaturae. Gravia corpora et deorsum vergentia, terra scilicet atque aqua, mutuo sese continentia vinculum quoddam atque firmamentum eorum quae facta sunt divina ars atque potentia est exstantium naturalis inserta, quae geminis effectibus universa moderatur. In statu namque et motu non solum non exstantibus generationem scilicet et permansionem subsistentibus machinata est. Circa gravissimam et immutabilem naturam immobilitatis veluti quendam axem stabilem atque firmissimum velocissimam caeli circulationem ad instar rotae jugiter perveheret et indissolubilem sibi invicem per alterutrum utraque continuationem; stabilitas et volubilitas manifesta per celerrimum motum soliditatem terrae circumacta constringeret, et terrae stabilitas per immobilem firmitatem volubilium circuitum incessanter ostendit. Aequa vero juxta unumquodque eorum quorum comparatio dicitur magnitudo conspicua est. Tanta enim quae stabilis natura est quantum illius quae incessabili rotatione rapitur. Siquidem neque terra potest a propria soliditate transferri, sed caelum umquam velocissimi motus sui circuitione laxari. Haec ergo prima secundum conditoris sui sapientiam veluti quaedam principium totius machinae fabricantur et constructa declarante illo magno Moyse per haec quod in principio caelum et terram a deo facta commemorat, eo quod ex motu et statu quae videntur in hac creatura juxta divinum consilium in generatione cuncta producta sunt. Cum ergo caelum et terra aequis mensuris juxta contrariam efficaciam ab invicem contraria sint, ea creatura quae in medio contrariorum est ex parte quadam cohaerentium sibi participans summitates diversas propria medietate connectit, ita ut manifesta sit contrariorum ad alterutrum haec repositione coniunctio. Siquidem

mobilis ignis et subtilissimi ignis substantiam imitatur aliquoties aer tam levitate naturae quam motus opportunitate. Non tamen hic est ut a solidissimorum cognatione videatur alienus, neque semper immobilis permanens, neque jugiter effluens atque deficiens; sed ad utriusque proprietatem velut quidem contrariorum effectibus confinis efficaciter unitur, uniscens simul et dividens in semet ipso quae natura discreta sunt. Secundum hanc rationem aqua liquida quoque substantia gemina qualitate semper utrisque contrarietatibus copulatur. Quod enim gravis et in deorsum pronius est, multa ad terrenam naturam cognatione federatur. Quod vero fluxae et decurrentis est efficaciae non omnimodo naturae mobilis expers esse cognoscitur. Quaedam namque per hoc ipsum fit oppositorum mixtura atque connexio, dum gravitudo in motum transeat, nec motionem gravitate tardetur; sed ad sese conveniant quae juxta summa sui naturalia sunt divisa, dum sibi mutuo quadam mediatione copulantur. Immo potius diligentissima ratione nec ipsa contrariorum natura sine permixtione alterius proprietatis existit, ita ut arbitror universa in hoc mundo cernuntur mutua sibi societate consentiunt, et in unum omnis creaturae conspirare cognoscantur, dum in oppositorum proprietatibus naturalis stat. Cum motus non juxta localem solum transpositionem, verum juxta vertibile modum atque mutabilem fiat, item quoque natura stabilis motum qui fit per commutationem nulla ratione recipiat. Sapientia dei proprietates vicissim permutans immobile quidem mutabile fecit, mobile vero immutabile, providentia quadam hoc dispensans, ne quod divinae naturae singulare vel proprium, id est immobilitas vel immutabilitas, in aliqua creatura conspecta deum faceret aestimari creaturam. Non enim potest aestimari animae videri opinionem habere divinitatis quod mobile vel mutabile fuerit. Ideo terra quidem stabilis est sed mutabilis. Caelum vero e contrario cum non sit mutabile simul nec stabile est, ut stabilitatem quidem cum mutabilitate, immutabilitati non mobilitatem divina virtus adnecteret, et alterutrum per contrarietatem utrisque suis proprietatibus copulans a divinitatis opinione removeret. Quia neutrum eorum sicut dictum est divinae naturae putabitur, id quod instabile et mutabile complectitur. Universa igitur ad finem suum congruenter aptata sunt. Perfecta sunt enim, sicut Moyses ait, caelum et terra et quae in medio haec media sunt omnia, mira pulchritudine singula quoque competenter ornata. Caelum quidem stellarum luminibus micans, mare vero atque aer animalibus tam natatilibus quam volatilibus innumeris tripudians. Terra quoque multis modis herbarum naturis singularibus quoque distinctionibus quaedam in germinis quae concordiae cuncta divino nutu vegetata progenuit. Et repleta quidem erat terra universis similiter cum floribus fructus quoque producens. Plena et pratis hiis quae ex solita sunt oriri cuncta quoque dorsa montium atque cacumina, id est quicquid convexum atque supinum vel in quibuslibet planis atque substratum est, herbarum nova specie et varia arborum plenitudine coronabantur. Modo quidem de terris eminentia, sed ad perfectum sui crescentia mox decorem levabantur. Haec universa juxta modum suum praecepto vivificata divino jumenta quidem gregatim juxta genus proprium in silvis discreta morabantur. Avium vero modulatis cantibus omnium silvarum condensa resonabant. Campis et fauces ut aestimare licet maxima tunc erat placiditate et tranquillitate in suis congregationibus perfundi, constituta juxta quod stationes et portus divina voluntate veluti quidam sinus effecta per litora terris maria copulabant. Quietissimi et moderati undarum vibrabantur velut prata virentia tenuissimis atque innoxiis flatibus summitatis superficiem contra stabilitatem crispantes. Et universus orbis secundum creationem suam terra marique parens affluebat. Sed quibus hiis uteretur iterum non erat.

Capitulum II.

Nondum namque magna hec et preciosa res homo mundi dominus aderat. nec enim decuerat prius existere principem quam illa quorum gereret principatum. sed ubi ei cuncta subiacenda parata sunt: iam consequens erat apparere rectorem. Cum igitur velut quoddam regni domicilium futuro regi creator universitatis effecit. id autem erat terra immobile cum maria et super huius celum in modum camere curvatum. dicas vero repleverat regum multiplices divitias. divitias autem dico totam creaturam. Que quidem est in herbis et plantis et arboribus et que quidem in spiritualibus et sensibilibus et animatis. quod sunt metalla que conveniunt huius animalia re dicitur quia ipse colores pulcritudine preciosa humanis oculis visa sunt ut auri et argenti et lapidum eorum quos homines amant horum omnium copiam velut quibusdam regalibus thesauris terre sinibus occultatis in hunc mundum hominem prius introduxit ut quorundam miraculorum spectator existeret. quorundam vero dominatum principaliter obtineret. quatinus per ea quibus utitur vel largiter largitorem. per ea vero que pulcra et magnifica conspiceret placeret ineffabilem sui factoris posset investigare potentiam. Propterea in hunc mundum post creaturam novissimus introducitur homo sic ut videlicet in extrema parte picturis. Sed quia decebat generum mox esse factorem. Nam sicut quidam optimus invitator non prius in domum pastorem introducit quam preparaverit epulas. sed omnis apparatus instruitur domumque convenienter exornans discubitum quam et mensam et cetera ad preparatas iam delicias convocat invitatum. Iuxta hunc modum dives et copiosus noster conditor eductor quia sibi bonis omnibus replens hinc actum mundi huius et magnas has epulas varias que disponens sic introduxit hominem dans ei opus eximium quo non appetitu rerum non existentium sed presentium possessione gaudens. Idcirco autem duplicis compositionis ei causas ingerunt terreno spirituale commiscens ut per utrumque cogitationem utrorumque proprietate potiretur. Deo quidem spiritualiter fruens terrena vero bona corporali usu percipiens. ·iij·

Dignum vero est ut nec ista res incontemplata pretereat quod cum tota huius orbis constructio et partium eius quibus in elementis continetur universitas a divina potentia perficiatur exemplo pariter cum iussione subsistens. hominis autem formationem artificialis precedat tantum consilium et descriptio ubi quod futurum est ante significetur quale quod esse oporteat et cuius preminentie forme similitudinem referat. ob quam et causam fiat. quod definitius efficiat et quorum dominatum gerat omnia prius creature perfecta sint. Ut ante generationem suam non antiquiore quodam sortitus sit dignitatem prius quam subsisteret universorum possideret principatum. Dixit enim deus. faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram et dominetur piscibus maris et bestiis terre et volatilibus celi et pecoribus universeque terre. O quale miraculum sol fit et nullum precedit omnino consilium. celum quoque cui nichil in creatis simile reperitur visibilibus verbo perficitur solo. et opus tam mirabile nec unde fiat nec qualiter intimatur. Sic et singula quoque creaturarum ether stelle et aer qui medium locum continet mare terra alia et nascentia omnia verbo tantummodo producuntur ut sint. ad hominis autem conditionem solus cum consilio quodammodo conditor universitatis accedit. et materia que constructioni eius sit necessaria preparatur. et ad formam preminentie ac principalis pulcritudinis eius coaptatur similitudine et imitatione. cuius rei gratia fiat insinuatur. congruam illi naturam effectibus suis instituens que ad propositum aptissima esse placeret. ·iiij·

Sicut in hac vita ad quoslibet usus ab artificibus instrumenta composite aptantur: ita veluti res quedam ad opus imperii congruens ab optimo artifice natura nostra construitur que sive iuxta anime prerogativam. seu iuxta corporis habitum talis existit que ad imperandum oportunior appareret. Denique anima id quod regale atque sublimissimum sui ostendit et a privata parvitatis humilitate secretum clarius quod nullius subiacet imperio hinc demonstrat habens arbitrii libertatem suo que se nutu atque moderatione dispensans cuius hec nisi imperatoris est proprium. Super hec autem totius creature deus ad ymaginem sui creatoris effectus nichil aliud indicat nisi quia mox in eo regia natura formata sit. Sicut enim iuxta humanam consuetudinem qui principum ymagines fingunt non solum impressione forme eius imitantur. verum etiam amictu purpureo describunt regiam dignitatem. et ymago ipsa iam per consuetudinem dicitur imperator: Sic et humana substantia quam ad aliorum regimen condebatur ipsius regis universorum similitudine velut quedam ymago animata componitur. preminentie vero forme et nomine et honore participans non tegmine clamidis purpureo nec sceptro vel diademate gloriam sue dignitatis insinuans. Neque enim principalis forma in hiis esse consistit sed pro purpureo velamine vestita est virtute que omnium ornamentorum regalium preciosior approbatur. pro sceptro vero beatitudine et immortalitate sustollitur et pro regali serto iustitie corona decoratur. ita ut per hec omnia monstraretur ad dignitatem regiam genita pulcritudine in se prime forme diligenter exprimere. ·v·

Divina vero pulcritudo non habitu quodam vel specie vel aliqua claritate coloris ornatur sed ineffabili felicitatis honore percipitur. Sicut enim facies hominum per colores quosdam pictores in tabulis transferunt. tincturas proprias congruas que miscentes ita ut preminentie forme decorem in similitudine diligentissima imitatione distinguant. Sic intellige in nostre substantie formatore velut quibusdam virtutum coloribus miram pulcritudinem sue ymagini contulisse in nobis exprimens proprium principatum. Sunt autem multiplices et multiformes colores huius ymaginis quibus vere forme similitudo depingitur. non cerusa et purpurisso nec horum mixtura cum alio contractus nec alicuius nigredinis superductio cilia oculosque sublinunt. et per aliquod temperamentum depressa et concava caracteris assimulat vel quecumque similia pictorum manus artifica composuere solercia. sed pro istis adest puritas impassibilitas beatitudo mali que totius abdicatio et quecumque generis huius existunt per que in hominibus imprimitur similitudo divina. talibus floribus mirabilis conditor ymaginem propriam id est naturam nostre conditionis ornavit. Si vero discutias et alia per que divinum decus elucet hec quoque in ymagine ad illius similitudinem salva profecto reperies. mens est enim et verbum et summa divinitas. In principio namque erat verbum. et quia secundum paulum perfectum mentem Christi qui in eis loquitur se habere profitetur. non longe pauli hoc a natura humana consistat. In te namque verbum et intelligentia est que imitantur verbum mentemque veram. Item caritas deus est fons que caritatis. hoc ait magnus ille iohannes quoniam caritas ex deo est et deus caritas est. hanc autem nobis veluti propriam Christus formator sibi nostre contribuit ait. In hoc cognoscent omnes quoniam mei discipuli estis si dilectionem adinvicem habueritis. Cum ergo dilectio nobis ista defuerit: tota ymaginis species figuraque solvetur. Cuncta conspicit exaudit que divinitas et omnia perscrutatur. habes et tu per odos

et aures rei huius efficaciam vitalem quoque et scrutatricem eorum que sunt intelligentiam te possidere cognoscas.

vi.

Nec me quispiam suspicetur ad similitudinem operationis humane diversis effectibus divinam dicere potentiam cuncta complecti. Non enim fas est in illa divina simplicitate variam atque multiplicem creature operationis advertere. Nec in nobis enim multe quedam sunt efficaces rerum causarum quamvis potentie, licet illa que ad unam pertineant multiplici videantur operatione congruere. Una namque vis quedam nobis mentis inserta est que per sensus singulos currens ea que sibi offeruntur complectitur. Hec per oculos que videnda sunt conspicit, hec per aures que dicuntur exaudit, hec in his que sunt nociva letatur, et ab his que a sua via plurimum auferuntur manibus et perficit quecumque voluit. Retinet his et ceteris abutitur horum quasi instrumentorum utens effectibus ut expedire placuerit. Si ergo in homine cum diversa membrorum officia ab actione sortita sint una eademque res est que per omnes sensus operatur utens singulis congruenter ut causa poposcerit, nec operationum differentiis nature sue vim potentiamque commutat, quanto magis in deo qui sunt effectus virtutum variarum nullus debet multiplicem eius essentiam suspicari. Qui enim plantavit aurem non audit, aut qui finxit oculum non considerat, sicut propheta testatur. Per hec exempla operationes hic veluti quasdam humane nature notissimas impressiones insinuans: Faciamus enim ait deus ad imaginem et similitudinem nostram. Sed ubi nunc heresis eunomiana nostrorum subsistet nefandi? Quid adversus hanc dicturi sunt vocem? Quomodo per hec verba novitatem sui defensuri sunt dogmatis? Putas ne possibile esse dicere ut imago una dissimilium formarum similitudinem referat? Si enim iuxta eorum sententiam nature patris impar est filius, quomodo diversarum naturarum unam deus condidit imaginem? Qui enim dixit faciamus hominem ad imaginem nostram per pluralem significantiam sanctam nobis trinitatis unitatem neque enim singulariter suam declaravit imaginem. Si prime forme sibi dissimiles extitissent, non enim possibile est ut eorum qui sibi invicem non congruunt una similitudo monstretur. Sed si diverse essent nature, profecto diversas eorum et singulis convenientes imagines condidisset. Verum quia una quedam imago, sed non una ymaginis forma est, quis ita privatur intelligentia ut ignorare queat quod ea que uni plurimum sunt similia et ad se invicem similitudinem propriam sine dubitatione conservent. Et propterea fortasse sermo divinus hanc maliciam in conditione humane vite perspiciens eunomianorum quoque pravitatem resecans ait: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.

Sed cur nudus homo naturalibus armis et velaminibus apparet? Sed quid sibi vult et ipsius habitudinis turpitudo? Quod enim non ad vitam cum generantur corpori esset virtutis? Vere nudus quidem naturalibus tegumentis, inermis et inops omnium quoque necessariarum rerum egentissimus homo in hanc producitur vitam, qui iuxta id quod creditur miseratione potius quam felicitate dignus esse videatur. Non armatur productione cornuum, non ungulum vel dentium tutatur munimentis, nec aliquos aculeos leserunt vulneribus infundit, quibus rebus plerumque ferarum atque serpentium in ultione sui nature instruuntur, nec pilis corpus obtegitur, cum oporteret eum qui ad aliorum preponeretur imperium propriis armis naturalibus provisum vallari, ne ad custodiam sui aliorum adminiculis indigeret. Nunc autem leo quidem et aper et tygris et pardus vel si quod his simile est sufficientem pro salute sua virtutem naturalem possidet. Et tauro cornua et pernicitas leporis, cervoque saltus et certus intuitus, et aliis alitibus magnitudo et ceteris preminentes omnis officium quod proboscidem vulgus appellat, volatilibus et pennarum officium, et apibus aculeumque cunctis quibus prestitit unum quoddam naturale presidium constat esse glarium. Solus autem homo pre omnibus creditur esse destitutus, et his quidem qui currendi velocitate preminent pigrior, his autem qui eminent mole tenuior, his et qui naturalibus armis excellunt debilior esse cognoscitur. Et quomodo dicet quis huiusmodi talis sortitus est principatum? Sed ad hoc non arbitror esse difficile demonstrare quod per id quod nature nostre deesse creditur certa datur occasio quibus subditorum omnium dominium conquireret. Nam si huius esset homo potentie ut equum velocitate superaret nec pes eius atteretur, sed ungularum munimentis firmitate pollenda, cornua quoque id est aculeos aliquos ungues quibus perferret ultionem, primum quidem bestiis crudeliter illis et occisione ipsi difficilis appareret huiusmodi corpori eius adminiculis naturalibus …, deinde spernerer in alios exercere dominatum, quorum nullius prorsus adiutoriis indigeret. Sic autem in singulis que nobis ad necessitatem usus vite nostre distribuimus ut necessarium in eis principatum … habere videamur. Nam corporis nostri tarditas et ad motum celerem difficultas equum nobis adhibere atque domare provocavit. Nuditas autem carnis necessariam ovium providentiam habere fecit, annuis lanarum redditibus ea que nature deerant supplementa prebuit. Ex aliis quoque causis que ad vitam necessaria deerant … iumenta nobis ad honera gravia ferenda subiecta sunt. Et quod ad instar aliarum herbas depascere nequeamus, boves nobis ad usum vite mancipare curavimus, quorum labore victum facilius paremus. Quia vero et morsu indigebamus et dentibus ad coercendas tales bestias ultionem, id quod nobis deerat canum natura supplevit, qui et cum velocitate congenita veluti quidam animatus gladius nostris … attribuitur. Pro cornibus et vel unguibus fortius ac penetrabilius ferrum ab hominibus est inventum, quod non semper nobis naturaliter inheret sicut illa munimenta in ceteris bestiis, sed in tempore belli conferens presidium gladius deinceps manet otiosus. Sed et eiusdem ferri usus pro corcodrilli squamis assumitur. Est autem quoniam integumentum ipsius belue in prelio munimentum reperitur. Alioquin ut … ad eius similitudinem ferrum ab artifice fingitur, quod necessitati deserviens quem armavit in tempore belli relinquit in pace. Nec non et volatilia nostris accommodata sunt usibus, quorum etiam velocitatem … non preterit. Nam quedam ex eis mansueta videntur …, quedam vero … sui capiendis cum sunt aliis que nostris utilitatibus applicantur. Sed et pennata tela nobis ars exquisita perficit, que per archum tensa cursum volucrum rebus humanis exhibuit. Quod autem pedum nostrorum vestigia ad conficiendum iter facilius atteruntur, necessaria subiecta iumenta nobis indicantur, ex quibus calciamenta confecta aptantur.

vij.

Quod vero rectus sit homo habitus et ad celum sese sustollens sursum quoque respiciens principem et huius dona esse creatam manifestum est approbantia regiam potestatem. Denique quod solus ita formatus est, ceterorum quoque omnium prona sunt corpora et in deorsum proclivius inclinata, manifesta differentia honoris eius ostenditur, dum constet illa esse que huius subiecta potentie, hunc autem supereminentes excellere dignitatis. Nam aliis quidem omnibus anteriora membra corporis pedes sunt, quia quod adhuc est egebat profecto animali. In homine autem conditione hec membra manus effecta

quam firmitudine. Statura eius unius gressus videbatur esse
sufficiens, quia geminis pedibus standi constantiam cautam pro-
visione firmaret. Alias quoque ad usum rationis officia manus apta-
ta sunt. Et si quis rationalis nature ministerium manuum proprium
quid esse dixerit: minime delinquit. Non solum enim ad hoc quod ge-
nerale et proprium est intelligentie nostre respectu quod scilicet nobis litteris
manus administratione signamus. Et quidem nec ista gratia
rationalis impar est dignitatis quod litteris loqui possimus, et
modo quodam manibus disputamus in elementorum figuris
nostrum reponentes eloquium. Sed ex ipso ad alia prius inten-
dens studio quodam cooperationis obsequi manus asserimus
mentis imperio. Verum antequam hoc idem discutiamus esse
sui rationem magis quam pretermisimus inquiramus. Pene namque
quia fortassis nos ordo et causa latuit cuius rei gratia precedunt germina
terre virentia. Deinde irrationabilia subsequuntur animalia. Et ita post
horum conditionem loco tertio homo formatur. Fortassis enim per hoc non
tantum ea que sunt manifesta sentimus quod propter iumenta vel magis
conditor utilitatis instituit herbarum naturam. Propter homines
autem iumenta creavit. Unde et ante greges pabula. Ante
hominem vero que humane vite possent adminicula prebere
produxit. Sicut mihi videtur consequentia huius eloquii ad dogma
de absconditis terminari. Sicut enim Moyses de statu anime divino
misterio philosophie reseravit archanum. De qua re quidem
et eruditio exterior subintret imaginata est ad se non clare
que erant videnda perspexit. Per hec enim ut arbitror ipsa ra-
tio docet quod in tribus differentiis vitalis hec atque animalis
potentia declaratur. Herbarum siquidem natura incrementalis est
tantum et nutrimentalis accommoda congruum prebens his que ex
ea prebentur augmentum que et germinalis dicitur. Eadem quoque
in virgultis et arboribus substantia providetur. Est autem in his ipsis
que germinantur vitalis quedam potentia sensus animatione
privata. Preter hanc vero est et alia species vite cum creata
et crescenti congruit et dispensandam sensibus imperavit
quam in natura irrationabilium facile convenimus. Et que non solum
ut herba crescens nutritur et nutrit: sed et sensibile vim
possidens cognoscitur. Perfecta vero tertia vita corporis in homine est cum ra-
tionalis constituta est que et nutritur et sentit et rationis participa-
tione vegetatur. Debemus autem scire quod talis quedam eorum
que sunt ratio divisionis existat ut aliud intellectuale sit
aliud corporale. Sed intellectualis essentie ut convenit in sua
separare divisio. Corporalis autem substantie alia est omnino sine vita. Alia
vite participat. Rursum vitalis corporis alia sunt sensibilia,
alia sensu carentia ut sunt et capilli nostri et ungues. Item
sensibilia in naturis rationabilium et irrationabilium dividuntur. Propterea
post exactam materiam primum velut crepidinem quandam hanc ger-
minalem substantiam legis lator exposuit. Deinceps eorum generatione
que sensibus tantummodo continentur adiunxit. Et quia secundum istam consequentiam
ea que vitam in carne sortita sunt sensibilia quidem sine intelligi-
bilibus per se subsistere videntur. Rationalis autem substantia non potest in
alio nisi sensibili corpore conveniri: ideo post germina atque
iumenta factus est homo via quadam consequenter ad perfectionem nature
proficiens. Omnium namque specierum id est et elementis gerentis
et germinalis et sensualis animantis hoc rationale animal homo parti-
par. Sortitur enim iuxta germinalem substantiam anime cibum incre-
menti, vero vim sensualem subministratione sortitur. Que iuxta

quendam modum suum inter intellectualem et materialem substantiam
in medio collocata. Contrarium illius compositio crassior tamen huius
platonis videtur esse sincerior. Deinde sensibilis rei que et substa-
tiam et lucidissimum intellectuali beatitudini sit. Quod per ipsum con-
venientes ita ut in tribus istis videatur homo consistere quod et apostolum
tale ad cognoscendum intimare. Ubi pro Thessalonicensibus orans
ait: Ipse deus pacis sanctificet vos per omnia ut integer spiritus vester et
anima et corpus sine querela in adventu domini nostri Ihesu Christi servetur.
Pro nutribili parte corpus, pro sensibili animam, pro intellectuali spiritum
ponens. Similiter et scriba in evangelio dominus instruens omni mandato
dilectionem in deum preponit: que ex toto corde et ex tota anima et
ex toto intellectu perficitur. Nam et in presenti eandem in sermone diffe-
rentiam videtur interpretationem offerre. Corpulentiorem quidem constitu-
tionem cor appellans. Animam vero mediam sedem tenere signi-
ficans. Intellectum autem sublimiorem substantiam rationalis insinuans perspica-
cis virtutis. Unde et tres differentias voluntatum novit apostolus car-
nalem quidem circa ventrem et inferiores partes voluptatibus tantum vi-
tiosis obsequentem. Animalem vero que media inter virtutem maliciamque
volvitur hanc quidem supergrediens. Illius autem nescia preceps
sinceritatis existens. Et spiritualem que viam deo placitam conversa-
tionis consequitur. Sic enim scribens ad Corinthios exprobrat eis studium
voluptatis vite atque passibilis dicens: Non carnales estis
et secundum hominem ambulatis, id est doctrinis perfectioribus incapaces esse
probavi. Et alibi comparationem quandam medie huius ad istam ex-
celsiorem perfectioremque faciens dixit: Animalis autem homo non percipit ea que
sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi et non potest intelligere quia
spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia. Ipse autem
a nemine iudicatur. Denique sicut carnalem animalis supereminet
iuxta eandem mensuram. Animalem quoque spiritualis excellit.
Quod igitur novissime post omnia factum hominem scriptura commemorat:
nihil aliud quam de statu anime philosophari nos debere latenter
informat: necessaria quadam rerum consequentia id quod est perfectum in extre-
mis insinuans. Siquidem namque rationalis cetera quoque continet. Et incre-
mentalis germinis et sensus animantis. Siquidem et sensibilis germinale
speciem sine dubitatione complectitur. Hec autem propter quod materialis
est in se sola conspicitur. Consequenter igitur natura veluti per gradus
quosdam vite dico proprietatum ab inferioribus ad perfectiora conscendit.

Quia igitur rationale animal homo est: oportebat usui rationis Con-
gruentem in situ corporis instrumentum. Sicut enim videmus mu-
sice peritissimos iuxta organum speciem studium modulaminis
exercere. Et nec tibicinare barbiton nervis nec citharizare
tibicinis: iuxta hunc modum instrumentorum constitutionem opor-
tebat esse rationi convenientem ita ut aptissime posset ad usum
resonare sermonis qui vocalium membrorum formaretur officiis.
Ideo igitur manus coaptate sunt corpori. Et quamvis utilitates istius
vite huius enumerare facillimum est. Quas hec opportuna et du-
rabilia manuum instrumenta gratiter adinvenerunt omnem artem
omnemque operationem bello et paci competentem explentia. Tamen pre
aliis omnibus rationis causa manus apposite natura congruenter apposuit.
Nam si homo sine manibus extitisset: pro dio percipiendorum ciborum
necessitate membra vultus eius ad instar quadrupedum formarentur
ita ut oblonga facies tenuaretur simul et emineret in naribus
oris et labia collosa et grossiora essent atque firmissima et ad
carpendas herbas competeret aptata. Simul et lingua grossiori
corpore durior esset atque asperior que compararetur dentibus

ad ea que mendenda praebet hispidior existens et iuxta utraque
latus effusior qualis est canum et ceterorum que uescuntur carnibus
per asperam dentium interualla discernens. Si igitur manus non adesset cor-
pori, quomodo ei uox articulata figuraretur? Est talis oris eius formatio
ad usum sermonis minime conueniret, ita ut necesse esset hominem uel
balatus emittere uel latratus, aut ut equus hinnire, aut uoce
dare bobus asinisque consimilem, aut aliquem rugitum proferre bes-
tialem. Sunt autem manus accommodate sunt corpori, ut os ad
ministerium sibi liberum permaneret. Igitur propter quandam nature rationali
in corpore manus habere ita per eas omnium conditore facultatem
concedente sermonis. Cum igitur diuinum quoddam genere principatum ymagini
sue contulit deus et bonorum suorum munera rationali figmento contribuit
ipsa reliqua quidem bona humane nature pia liberalitate lar-
gitus est. Mentem uero et intelligentiam non est proprie dicere quia
dedit, sed quod contulit proprium nature sue decus ymagini deferens. Igitur quia
mens intelligibilis quedam et incorporea res est, incommunicabilem quidem
possideret gratiam nisi motus cogitationis sue aliquibus excogitationibus in-
timaret. Huius rei gratia hac indiguit constructione membrorum ut ad
modum plectri uocalia instrumenta contingens per qualitatem sonituum
motus interpretaretur internos. Et quemadmodum si quis musica in
buius arte propriam uocem aliquo prouidente non habeat, uolens quoque suam
manifestam facere disciplinam alienis uocibus moduletur, publicans
artem lyra uel tybia: sic humana mens cum omnimodarum intelligentia-
rum plena inuentrix, sed non possit nuda anima hiis qui per sensus cor-
poris audiant impetus sue intelligentie declarare, quasi per mo-
dulationem quandam hec artificiosius animata instrumenta contingens
eorum sonis intelligentie sue occulta manifestat. Iuxta uero
uariam quoque hanc musicam instrumentis humanorum possumus considera-
re membrorum, que uelut lyra et tybia conuentu quodam in ipsum se
inuicem resonant. Siquidem uas illud quod recipit spiritum si quis perlate
loquentis inspiciat, et in uoce totum est eam partem que respicit inter-
nis accessibus rotunditatis ille que ad instar tybiarum facte sunt
muniuntur propterea illam uocem que profertur ex tybiis quasi in circuitu
membranulam excogitata permiscetur. Supra uero palatum cauum
de interioribus sonum recipiens et geminis fistulis ad nares usque per-
tingens uocem circa cartilaginea loca disrumpit maiores quoque sonitus
efficit. Maxillare quoque et lingue faucium quoque mira formatio ita
quod mentum leni flexu deductum per speciem rotunditatis acuitur.
hec autem motum quidem omnia uidentur simulare neruorum que
mens ut sepe dictum est plectri more contingens uarie atque multi-
pliciter in suo tempore prout opus exegerit uel nimia uelocitate con-
ponit. Labiorum uero adaptio atque conclusio id ipsum facit quod digi-
ti qui spiritum tybie iuxta consonantiam modulationis assumunt. Sic ita
mens per hec instrumenta membrorum ratione modulatur in nobis per quam
et rationabiles probamur esse. necessitatem ut arbitror haberemus rationis
gratiam si hoc escarum graue laboriosumque seruitium corporis usi-
bus tamen labiis acquirere cogerentur. nunc autem manus in se
hoc officium transferentes os liberum sermonis ministerio reliquerunt.

Duplex autem instrumenti huius consideratur effectus. x.
aliud enim eius operatur eloquium. aliud uero uacat ad sapiendas
intelligentias que extrinsecus ueniunt ne alterum misceatur alteri
sed implet operationem quam natura constituit nullam referens utroque mo-
lestiam. Siquidem nec auditus loquitur nec uox audit. hec enim semper aliquid
promit. Auditus autem iugiter suscipiens nec adimpletur
Sicut Salomon quodam loco testatus est. quod et michi uidetur uel maxime
pre omnibus que in nobis sunt admiratione dignissimum quae sit
latitudo illa capacitatis intrinsecus in quam cuncta confluunt que
funduntur auditu. qui sunt illi memoriales qui introeuntium sermonum
monumenta conscribunt. Quam ampla susceptoria intelligentiarum que
per aures reponuntur interius et quomodo cum multa et multiplicia sint que
supernatant alterutrum confusio tamen et error iuxta propriam positionem eorum
que inserta sunt ordo non gignitur. Similiter et efficaciam uisus quis poterit
estimare? eque enim per oculos mens ea que extra corpus sunt apprehendit
et in se similitudines apparentium pertrahit signans similium species que dec-
bens. et quemadmodum si qua ciuitas multitudinis capax que diuersis
aditibus ad se recipit confluentes, non tamen in unum ciuitatis locum
omnibus conueniunt, sed alii quidem ad forum, alii ad habitacula sua,
alii ad ecclesias et plateas iuxta suam quisque sententiam perueniunt:
talem quandam michi et mentis nostre considero ciuitatem intus constitutam
quam licet sensus nostri diuersis aditibus impleant, tamen singula intro-
euntium genera mens eadem diiudicans atque discernens locis illis
congerie congruis uniuersa disponit. et sicut ciuitatis exemplo uidemus
unius gentis atque cognationis homines non per easdem portas ingredi
sed alios per alium aditum ut fors se obtulit introire, nonnumquam
tamen intra muros effectos rursum simul esse qui familiaritate mutua
iungebantur, et econtrario fit posse contendi ut qui sibi sunt extranei
uel cogniti uno ciuitatis aditu sepius utantur. sed non copula
inuicem communionis introitu possint enim intus econtrario hic
cuius dirimi: tale quid et in mentis nostre latitudine fit posse conspi-
cio. frequenter enim ex diuersis sensibus scientia nobis una colligitur quia
eandem rem multiplici sensuum uarietate distribuit. ita et quoque
hunc sensum inuidet ex uno aliquo sensu multa uaria quoque nichil
sibi inuicem iuxta naturam concordantia consonantia quoque perdiscere utpote
proponatur. Melius enim est exemplis enucleare sententiam. Quod de mel-
le perquiri quod suaue sit sensibus quod ue gustatibus sit iucundum
experientia quippe ipsi respuit amaritudinem fellis mellis quoque gratis-
sima qualitatem. Cum hec igitur sint diuersa, una offert scientiam res ea-
dem intelligentie nostre multifariam conquisitam: siquidem per gustu
usum, auditum, odoratum et frequenter et tactum. Siquidem mel quis-
piam uidens et nomen eius audiens et gustu percipiens et odore
sentiens et tactu comprobans unam rem per omnes sensus agnoscit. Ite-
rum uaria quoque et multifaria per unum quempiam ex sensibus complectimur
et tenemus. Siquidem et auditus multimodas excipit uoces et oculorum
uisus indiscretam atque multiplicem habet efficaciam ad intuendum
ea que ex genere sunt diuersa. Similiter enim album contemplatur et nigrum
et omnia que sibi sunt colorum contrarietate distantia. Sic gustus sic
odoratus, et tactus omnimodarum scientiam rerum suis capax probatur effectibus.

Quid igitur est mens iuxta naturam propriam que sensualibus x.
potentiis sese distribuit et per singulos competenter eorum que sunt
scientiam sumit. Quid enim aliud quidem sit preter sensuum: quemlibet
prudentium dubitare non arbitror. Siquidem si ipsum mens quid
sensus esset: unum profecto iuxta sensus efficaciam specialis
generaliter ipsa quod simplex quidem ipsa sit et nichil in re simplici
uarium conspici queat. Sicut autem omnibus consentientibus aliud
est tactus aliud odoratus et alios quidem incommunicabiles et
impermixtos similiter esse sensus ad inuicem, et quod mens singulis
equaliter adest, aliud quid oportet eam preter sensualem diffi-
niri substantiam, ne quod rei intelligibili possit uarietas ascribi.
Quis cognouit sensum domini apostolus ait. Ego autem dico quis
mentem considerare preualuit. Dicat qui dei naturam se putat

comprehendere si se consideraret. si mentis sue substantiam novit. si multimodi quedam est varie compositionis quomodo in multiplices sensus inseritur. quomodo in singularitate quod varium quomodo in varietate quod singulare est invenitur. Si agnovi solutionem difficillime questionis ad ipsam vocem divinam recurrere faciam inquit hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. ymago namque quamdiu in nullo deficit ab his que in prima forma constant, perfecte ymago cognoscitur. Si vero a similitudine forme recedit iuxta eam partem ymago non erit. Quoniam igitur et hoc unum ex his est que in divina natura considerantur quod incomprehensibilis habetur essentie necesse est et ymaginem primeue forme imitari substantiam. quod si ymaginis natura comprehendi potest cum primeua forma in sua comprehensibilitate permaneat ex hac ipsa contrarietate qua comprehenditur esse dissimilis comprobatur. porro confugiat humanam secundum mentis nostre naturam que est effecta ad ymaginem conditoris diligentissima ad eius continetur substantiam similitudinem refert incomprehensibilitate sui omnipotentiam nature incomprehensibilis exprimens. .xi.

Pateat igitur omnis coniecturalis et vana locutio que in ille quibusdam rebus corporeis unum intellectualis operationis includit. ex quibus quidam id quod hominis principale est in corde constituunt. quidam vero in cerebro subsistere suspicantur. Talem superficialis opiniones huiusmodi roborantes. Is enim qui in corde principale hominis esse diffinit. ex loci situ argumenta nititur sue rationis apponere. propter quod medium locum videtur cor totius corporis continere. quoniam se spontaneus motus e medio ad extremitates facilius exhibens in quos voluerit effectus erumpat. Ad hanc autem rationem veluti testes videtur afferre tristiciam atque irascibilem hominis affectiones. quod scilicet hee passiones hanc partem ad compassionem commovere videantur. Alii vero cerebrum intelligentie domicilium credunt. quod quandam arcem universi corporis caput asserunt a natura constructum. in quo mentem quasi reginam quandam inhabitare pronuntiant. que veluti quibusdam nuntiis seu pretoribus ita sensibus circumque vallatur. Signa vero et alia huiusmodi sue suspicionis insinuant. quod mens sua a recto consilio et ab eo quod deceat abducitur. quando cerebri membrana vexatur. et quod ignorantia honestatis degeant quorum ebrietas gravat. Ad hec autem alii quasdam causas naturales adiciunt. quibus opiniones suas singuli quas de principali hominis parte definiunt confirmare videantur. et hic quidem ad igneam naturam cordis cognationem motum mentis affirmat. propter quod et mentis et ignis indomitabilis probetur esse substantia. et quia in cordis parte mentem fatetur influere. idcirco mobilitate ferventis motum quasi mentis attribuit receptaculum nature intelligibilis cor esse pronuntians in quo calor exundat. Alter autem auctor sensuum veluti principium atque radicem cerebri membranam esse testatur. suam quoque intentionem hac fide confirmat quod non alibi sit effectus intelligentie collocatus nisi in ea parte ubi et aures aptate irruentes voces excipiunt. et intuitus iuxta oculorum ipsa profunda concretus occurrentes pupillis ymaginum formas transmittit intrinsecus. et qualitates odorum variarum discernuntur attractu. sensus quoque et gustu perficitur iudicio membranule cerebri sicut supradictum est approbatur. que de proximo quosdam nervorum ramusculos ex se ipsa sensibiles per nodos colli usque ad ea loca que colatorii instar gerunt. et musculos circumiacentes inserit. Ego autem quod passionis accessu anime intelligentia sepe turbatur. et quia vis naturale vigorem cogitationis effectus obtunditur. quandam hec idem corporis egrotatione contingere verum esse pronuntio. et fontem quendam corporalis caloris cor esse non nego quod ad vitales impetus facile commovetur. Super hec nichilominus preesse sensibilibus rebus membranulam cerebri iuxta rationem eorum qui hec naturali disputatione pertractant. complectens sub se cerebrum cuius et foveri vaporationem pinguedinis audivi ab his qui se anatomicis occupaverunt inspectionibus. inventum quod dicitur omnino non facio. Sed non ex his probare contendam quod localibus quibusdam circumscriptionibus incorporea substantia concludatur. Iam nos excessus irrationabiles fieri non ex capitis aggravatione didicimus. Medicorum vero peritissimi verisque lateribus quibus eiusdem cerebri membranule continentur aliquam passionem contractis rationale nostrum egrotare definiunt appellantes freneticam passionem quia isdem membranulis frenes nomen existit. Sed etiam tristicia cor affici suspicantes profecto falluntur. Cum enim non cor set os ventris merore turbetur ad cor morbi huiusmodi incommodum imperite transmittunt. hec autem diserunt qui passionum causas investigare diligenter curarunt. quod in merore compressis universis corporis evaporationum transitibus atque conclusis in profundissimas interiorum sedes cogitur quicquid per hos respirationis aditus exire prohibetur. Unde coangustatis visceribus accedente tristicia sepe violentior spiritus ex imo trahitur ut dilatetur id quod constrictum est. et hec alium quem meror extrudit et gemitum vocamus id est nimii doloris indicium. Sed qui putant hanc eandem passionem afficere pericardium cordis ut dixi falluntur. cum non cordis sed oris ventris sit ista molestia. ex ea occasione qua diximus quod scilicet evaporationum compressis aditibus fellis coangustata vesicula humorem illum asperum atque mordicem in os ventris effundit. et hec est huius rei probatio quod merore depressis ipsa coloris superficies velut aurugine videtur infecta dum fellis humor in venis nimia constrictione diffunditur. Sed hec ratio ex illo quoque morbo qui huic videtur esse contrarius id est qui ex leticia risu contingit vel maxime confirmatur. Dilatantur enim quodammodo et dissolvuntur per aliquam voluptatem totius evaporationes corporis suavissima cognitione percepta. Sicut enim ibidem per merorem tenues et incerte respirationes itinerum comprimuntur. et intus viscerum constringentes aerem ad caput et ad membranam cerebri vaporem humidum supprimunt qui multum in concavis sibi relictus per aditus evaporationis exierit ad oculos et compressione eius per guttas egeritur. hec autem gutta lacrima nominatur. Ita intelligendum est ex affectione contraria cum plus solito distendunt respirationis itinera per ea spiritus in altis se recessibus inserit. et per oris aditum pronus a natura expellitur vocibus editis et maxime leticie sicut autem qui circa ista periti sunt per quandam agitationem motum quoque fervescentissimum hic concepit spiritum in exteriora pellentibus. Unde facilitatem quandam exituum eiusdem spiritus nostra machinatur. rictum oris ex transverso patefaciat genarum utraque distendens. et quod huic efficitur risus nomen accepit. Nec propter hoc igitur in iecore principale hominis putandum est. Nec propter fervorem sanguinis qui copiosius erga cordis loca versatur ad effectus rationabiles estimandum in corde esse mentis hospitium. Sed hec ad qualitates corporeas referenda sunt. Mentem vero credendum est equaliter membra singula iuxta ineffabile quoddam commercium rationis attingere. et si scripturam nobis ad hoc in multis opponit quoniam principale hominis in corde esse testetur non id debemus sine exemplo rata ratione perpere. Qui enim cordis meminit et renes asserunt dicens. Scrutans corda et renes deus. Ita autem vel

aut neutro hoc intellectuale hominis habet includi. obtundi vero easdem intellectuales efficientias. Velut et sine effectu penitus existere per qualitatem corporee affectionis edocet. Isto satis idoneum arbitror argumentum ut locis aliquibus virtute mentis assertam contineri. tamquam per tumores partibus occupatis a propria latitudine possit expelli. corporalis enim oppositio est ut vas plenum in multis aliquibus aliud quicquam negat omnino recipere. Intellectualis namque substantia neque in vacuis et congruis partibus corporis commoratur. nec magnitudine vel mole carnis excluditur. Sed quasi constat veluti organum quoddam musicum totum hominis corpus pertractatur. et plerumque contingit ut hii qui musice periti sunt suam negant ostendere disciplinam propter instrumenti inutilitatem artis indulsam venientis. Quod autem tempore viciatum est aut aliquo casu diruptum aut rubigine aut humore decretum est. et ideo sine sonore manet effectibus licet ab eo qui tibicine artis est penitus inspiretur. Sic et mens per omne corpus transiens instrumentum intellectualibus effectibus singulas partes sicut naturaliter aptum est operatur attingit. et in hiis quidem que iuxta statum permanent vim sue operationis exercet. In hiis autem que per vicium quoddam artis ciosum motum eius admittere nequeunt preter effectum operationis existit. Statuta enim quodammodo mens apta est in hiis membris proprie congruentibus quasi donari que sua sospitate vegetantur. ab hiis autem penitus alienari que quadam infirmitate vexata sunt.

Michi videtur et plus esse quam naturalis in hac parte XV contemplatio per quam possimus aliquid de melioribus theorie dogmatibus. Cum igitur optimum pre omnibus ac summum et precipuum bonum est ipsa divinitas ad quam universa recurrunt quoniam boni desiderio continentur. ideo et mentem fatemur utpote ad ymaginem factam pulcherrimi conditoris quamdiu permanet forme similitudine custodit et ipsam in optimis penitus consistere. Si vero excesserit eam similitudinem et ea in qua erat pulcritudine denudari. Si autem desinet similitudine pulcritudinis forme principalis ornari veluti quoddam speculum premonentis impressione resplendens iuxta eamdem rationem ipsam quasi naturam a mente que dispensatur et regitur credo contineri. eius quasi specie decoratam fieri veluti quoddam speculi specie secundum quasi sustineri hoc materiale nostre substantie compositum esse quia eadem natura conspicatur. Cum igitur alterum contineatur ex altero per hos omnes illius summi et veri participatio congruenter exercetur per superiorem id quod videtur excellentias. Si quando vero huiusmodi bone communionis fuerit facta divulsio et exitio superior inferiora secuntur tunc deformitas ipsa apparet materie cum a natura deseritur. Informis enim quedam res et incomposita per se est ipsa materies. et hac deformitate eius similis et pulcritudo nature corrumpitur que mentis vivacitate decoratur. ac sic ad ipsam quasi mentem per nature defectum derivatur materie deformitas ita ut ymago dei iam non possit inspici in hac expressione figmenti. Veluti quoddam namque speculum id est bonitatis forma atque veritas mentis post dorsum se ponens abicit quidem splendoris eximii claritatem. deformitatem vero materie in se prorsus assumit. et hoc modo sic mali nascitur boni privatione subserpens. Bonum est autem quicquid bono summo coniungitur. Quod si extra similitudinem huius effectionis fuerit. sine bono procul dubio permanebit. Cum igitur secundum inspectam rationem constet esse summum bonum quod vere bonum est. mens autem ad ymaginem summi boni facta et ipsa accepit ut ei bonum sit natura que mens continetur quidem quedam ymago esse plurimum ymaginis ostenditur per hoc quod corporale nostrum tunc bene consistit atque contineatur quando a natura dispensatur et regitur. Item vero solvitur atque destruitur quando ei privatur. Similiter quasi ab omni copulatione secluditur. hoc non sic aliquomodo nisi cum ad contrariam preter naturam facta fuerit commutatio. non ad bonum eius desiderium permovet. Sed in id declinat quod plenitudine egere videatur. Secundum enim est ad materiei deformitatem despectissima atque fedissima conformetur. id quod similitudine eius astringitur. Sed hec nobis quadam consequentia dicta sunt per inspectionem propositam subrogatam. hoc autem querebatur utrum in aliqua parte membrorum intellectualis virtus locata sit. que per omnes artus eque lancedilatatur. Hii enim qui mentem ut supra dictum est localibus partibus includunt et ad demonstrationem sue opinionis proferunt quod non possit intelligi eorum quibus contra naturam cerebri membrana vexatur. ostendit vero quod per omnes partes humane conformationis sicut aptum est unumquodque membrum naturaliter operetur. Sic et animi vis absque preter efficientiam subsistit. cum aliqua pars corporis in natura non permanet. et propterea hec oblata est Simoni nostro proposita in conferentia inspectio per quam nunc in hominis constructione a deo quidem gubernari mentem. a mente vero materialem vitam nostram gubernari in natura persistit. Si vero a natura desciverit. et cooperatione mentis eam privari necesse est. Si reiteramus item unde digressi sumus quod scilicet in ea que a natura constructione per aliquam non excedunt passionem. propria mens suo effectu. et in hiis que vigent incolumis manet. Impossibile vero fit in hiis que nequeunt vim eius operationis excipere. Fas est autem et ex aliis rebus huius dogmatis firmare sententiam. et nisi grave atque molestum presenti iam Simone fatigatis: etiam de hoc paucis ut possimus explicamus. XVI

Naturalis hec et fluxa corporis vita semper in motu procedens in hoc habet existendi vim atque potentiam. ut numquam penitus a motu desinat. Sed veluti fluvius quidam iuxta suum decurrens impetum plenum quidem demonstrat alveum per quem dilabitur. Non tamen et eadem aqua esse eundem locum esse videatur. Sed alia quidem eius transierit. alia vero superveniente. ita et hoc materiale vite presentis per quedam motum contrariorum frequenti sibi successione decurrit. et a commutatione sua stare penitus non potest. Sed quietis impatiens iugem confusione varium similium prebet. Quod si a motu aliquando destiterit. pariter et esse cessabit. Vacua plenitudinem relaxat inanitas. Item quasi inanitati succedit plenitudo. Sopitus continuum vigiliarum laborem sustentat. Item quasi vigilie quod resolutum videbatur esse consolidatur. et neutrum horum in eodem statu permanet. Sed mutua sibi presentia utraque succedit. Ita se ipsam natura mutationum vicibus innovante ut parcem videlicet utrisque recipiens ab altera migret ad alteram. Siquidem si semper alterum persistat in operatione. Interimo ipsa disruptionem divisionemque partium que tenduntur efficeret. continua quasi corporis quies ruinam quamdam solutionem quasi strati operibus. In utraque vero moderatius utrumque perpetuum fortitudine ad permansionem sibi commodabit. que per continuum ad contraria transitum vel alternatione sibi successione reparatur. Sic igitur optime intentum quietis natura naturaliter distentum vigiliis corpus excogitans et labori eius supponat per soporem. et sensibus ab operatione sue motus otium ad tempus impertiat veluti equos post certamina sudores quasi compescere. Necessaria vero est corporis quies ut sic ipso in tempore quasi cibus in omnia membra per occultos eius tramites diffundatur nulla interventionis obice meabilem perducente transgressum. Sicuti ex humida tubribus terra cum radius solis forti fuerit vapor quidam caliginosus de profundis eius finibus exhalatur. Similiter fit et in nostra terra cum cibus intrinsecus cum genito calore decoquitur vapor

quidem naturaliter vapore aereus ad superna contendit, et veluti fumus per rimas parietis penetrans ad capitis loca pervenit; inde per aditus annexos sensibus exalatur. Unde necesse est tunc sensus omnium gravare vaporum transgressione. Detectos oculi namque sopiti sunt palpebrarum obductione veluti quadam mechanice artis equo pondere contegitur. Ipsis quoque vaporibus et auditus obstruitur, et cum ostio quodam auribus imposito a sua naturali operatione feriatur. Hec autem talis passio sopiti scilicet vacantibus in corpore sensibus et interea naturalem motum nichil prius agentibus, et digestiones escarum extra faciliori pervenitur, et per suos meatus ipsa exalatione transcurrat. Quippe si coangustantur huius exalationibus ea loca que esse sensus sunt, et quadam sompnus occupatione tardetur, vapore complentur, et quoniam ex nervis constat esse composita ut sunt colli ac fauces nam se ex sese tenduntur, ita ut per hanc extensionem illa que flant vaporibus oppleta tenuentur, sicut fit solet ab his qui nervos infusos nimia compressione torquentes omnem humorem inde exprimere. Et quoniam partes que esse fauces sunt rotundiores videntur habundantia quoque nimis ut dictum est si quando diu ab his vaporum crassitudinem contineri quoque impossibile est rotunditatem per recta distendi nisi id suo sedamine purgatur. Idcirco relictus in sua obscuritate ipsius mentis quidem deorsum ad fauces quadam gravatione protrahitur, et circuitus inclusus in orbe patefactis viscera illa spissitudo que in ipsis locis insederat spiritu expellente digeritur. Frequenter autem et post sompnum nobis idipsum solet accidere cum ex illis vaporibus indigentiam quid fiat subvelatum. Ex his itaque causis humana mens evidenter ostenditur quod nature agens atque consentiens esse videatur. Dum vigilante illa et hec suos effectus exercent, resoluta vero in sompnis et mens persistat immobilis, non forsitan ymaginationes sompniorum mentis agitationes esse quis estimet eam que operantem per soporem suis nutibus arbitretur. Nos autem contrarie asserimus eam sola actionem ad mentem referendam que corporea consilio quoque perficitur. Ea vero que per sompnum fantasmatum delusione proveniunt ymaginationes quadam efficientie mentis opinamur. Quod si talis per se anime per accidentia queque contingit. Anima quippe a sensibus advocata per sompnum si certe est ut mentis ipsa quoque puer efficitur. Per sensus enim ad hominem quodammodo redditur mens efficitur. Quibus vacantibus et intelligentiam necesse est otiari. Cuius rei argumentum est quod frequenter sepissimus atque formis dormientes illudimur. Quod nequaquam fieret si consilio tunc anima et ratione regeretur. Sed in videtur esse presentior vis anime vel efficientia mentis et sensuum consistat, illa tamen potentie eius in sompnis operari que nutrimenta corporis quoque dispensat. Si autem hoc ita est, sompnia que fiunt et ymaginationes sensibus vel intelligentie congruentes hac nimirum causa contingunt. Quecumque nobis per anime partem in qua memoria viget impressa sunt, hec eadem ut sibi sors attulit veluti corporis picturis formantur configuratione quadam viget adherere in hac specie anime que memoria continetur. Huius itaque fantasma si homo deluditur non aliud ordinis trahitur ad eorum que apparet visionem collocutionem quoque ducetur sed invicem quibusdam et in consequentibus seducetur erroribus. Sicut enim in toto corpore corporali unicuique membro propria queque inest vis naturalis sibi inest

pagenda est quedam membri quidem consensus cooperationis accedit eadem viribus consequentia. De anima quoque sentiendum est, quia cum quidem eius quiescat quodam non movetur, totius per nexio consentit. Quia non possibile est unitatem naturalem esse per se dividi et si pars quedam potentiarum eius in operatione persistat. Sed quemadmodum vigilantibus et surgentibus obtinet quidem mens ei que sibi obsequitur. Non enim tamen adesse dispensatrix illa potentia corporis applicatur. Siquidem mens viribus eius providet. Sensus autem sumit quod premissum est. Ea non corporis vires que nutrimentis vigilat, ipse sibi quod dicitur accepit ita per sompnum permaneat huiusmodi potentiarum quodammodo continetur in nobis et obtinere id quod in rationabilius esse probatur. Aliarum quidem efficientia consistit, non tamen omnino restringitur. Tunc enim ea vis anime que nutrimentis insistit quamvis per soporem ad digestionis concedat officium omnem quoque naturam suum nature permittit, non tamen ab hac eius operatione potentia illa sensualis abstrahitur. Non enim fas quod semel naturaliter unitum est posse divelli. Sed eluceret non sic ei accedit sompni otio compedire. Hac itaque ratione cum se mens ad sensibilis anime speciem vertit, cum hec movetur vis et illa dicatur motu pariter et cum cedat similiter cedere. Quemadmodum ubi est ignem hoc sibi naturale est ut cum paleis undique regitur nullo quoque spiraculo suscitatur nec incendia depascat, sed penitus extinguatur. Sed sic flamma quidem fumus exurgat. Quod si paululum commotione fiat, illico fumus excitatur in flammam. Similiter et mens otio se suum corporis soporis obtecta sed duce per eos sic non penitus interrumpi. Sed instar fumi videtur operari talis quidem agens in aliquo non prevalens. Et sicut quidam musicus resolutus lire nervis sic plectrum cordis imitatur non ei modulatio competenter occurrit. Hoc enim quod extentum non est apte resonabit, sed plerumque manus artificiose movetur ducens plectrum ad locales positiones accentus, sonus autem non efficitur nisi confusus et inordinatus ex motu cordarum que lithum greci nominant. Ita per sompnum naturalia sensuum membra resoluta cum otio quiescit artifex animus, sed corpus nimia plenitudine gravatur aut certe languidus et obscurus operabitur. Cum sit organum sensuale diligentius artem neque exercere. Quippe in sompnis memoria quidem confusa presentia vero quibusdam velaminibus obruta preter voluntatem ad studium quasdam speculatur ymagines et quod eorum nunquam que sunt veraciter providebat. Sed sibi nature plus quod hec que corporis crassitudo ad contemplanda ea que videntur accedere. Sed non sic certo ordine singula revelare quoque in presentia et manifesta doctrina proponuntur eorum que in sompnis digesta continentur. Sed quod illud est ambigua fieri sic enuntiatio quod enigma vocatur qui videntur illa discernere quam scilicet ad ostendendum in verbis aliud intellectibus afferat. Sic presentia pharaonis boum premitur in preterito. Sic panes canistro ferre pistor ymaginatur. Utrique enim iuxta studium quod exercuit in se sompnus providit; solitarum namque artium simulacra in presentia mentis impressa. Per hec anime vaticinium predicit que ventura fuerant in que prestiterunt. Quod autem Daniel et Ioseph eorum consilia [illegible] nullis [illegible] sensibus ad futurorum pronunciant sciant, nichil hoc ad presentem pertinet questionem. Quia non hec quod sompniorum [illegible] sapiens sompniorum generibus imputare debebit. Alioquin et illas visiones que divinitus vigilantibus accidunt sic supra visitante

sed nature consequentia sponte sua id aptum putabit posse contingere. Sic ergo ceteris hominibus iuxta suum sese modamentis animum pravi sunt quidem qui dicta illustrari confabulatione nitantur. Ita contingit secundum naturam nobis ac multis somniorum fantasiis accedentibus in nullis per somnium divine cuiusdam precepti velationis existunt certe quia omnibus et si aliquid rei per somnia predicta contingunt iuxta predictum contingit modum. Sic ergo vel Egyptius ille vel Assyrius tyrannus ad scientiam futurorum per somnia divinitus instruuntur. Aliud quiddam et quod per eos mira dispensatione peragitur. Oportebat enim sanctorum scientiam declarari quod videbatur occulta, ne genus utraque sine utilitate ullo commodo preteriret. Quomodo namque Daniel talis esse nosceretur, si incantatorum atque magorum ad inventionem somnii defecisset intentio? Quomodo et salvaretur Egyptus, Ioseph in custodia constitutus, nisi eum decretio somniorum extulisset in medium? Et ideo aliud quid ista pretendunt, non secundum fantasias communes omnino pensanda sunt consueta. Ceterum somniorum facies eadem communior est quomodo plurimis fere quedam imaginationis occurrunt. Aut enim permanent ut dictum est in ea parte anime que memoriam continet studiorum similitudines diurnorum, aut sepe numero qualibet compositum affectionum somniorum quedam figurant expressio. Sic et enim qui sitit esse se miratur in fontibus et deliciis gaudet qui cibis indiget. Et iuvenis etate vigens ymaginum ludificatur illecebris per similitudinem passionis. Novi vero ego per somnium aliam enigmatum medelam. Cum sit quidam de necessariis captus frenesi cum nimium gravaretur quia illi alvus plusquam vires eius exegerat esset oblatus arbitratus est pelvim intestina stercore plena sibi supponi. Cum quo iam ipse esset infatigatum corpus eius sudoribus inrigaret, nimium se detineri quia perviderent iacentes eos qui aderant prohibebat obnixe non desinit hoc cum clamore deposcere donec concessum est circulatum talium cum absolveret, flammam simul et sudor plurimus ex eo erupit corpore et solutum intestinorum pondus interpretatus est. Quod quidem ob tantam validitatem naturalem tunc pertulit corporis teglitati conpulsa est ut molestiam quidem sentiret. Aliorum vero pressuram per egritudinem manifeste non posset. Id quod sic dictum est intelligi nisi ex intemperantia contingere. Si naturali sopore mens sopita tegeretur, somnium profecto ei qui sic erat affectus extiterat. Aquam quidem sudorem fluxum intestinorum vero gravedine esse nimietatem predictam movens continuavit, sed idem non videtur et plurimis medicine peritis qui scilicet passionum differentias. Somniorum quoque varie facies egrotantibus accidunt, alie quod defectu stomacho et alie cerebri passione vexatis. Et si qui febre laborant, alie et alie quod ex colera predicant et fleumate. Item dissimiles hiis qui plenitudine et inanitate decubuerunt. Ex quibus possibile est advertere quod illa vis anime per quam nutrimenta nobis incrementa quoque contingunt habeat aliquam intellectualis rei particulam quandam sibi societate consertam dum conticuit affectionis corporee similitudinem quandam perficit iuxta passionem que obtinet ymaginationibus congruentem. Item quoque multis et secundum moris diversitatem somniorum quoque unicuique formatur. Alia namque secundum viri fortis, alia meticulosi, luxoriosi alia et alia continentis. Aliis largus et alius avarus ymaginationibus luditur. Singula vero in hiis intelligentia mentis operatur, sed anime pars irrationabilior, ut sese per dicta has fantasias efficit et quibuscumque vigilans studiis

assuescat horum sibi similitudine preformat in somniis.

Sed multum a proposito sumus abducti. Demonstrare XIIII namque sermo pervisat quod mens non aliqua parte corporis est inclusa, sed equaliter per totum sparsa. Discrete iuxta nature similitudinem motum subiecte partis efficiens. Est autem ubi et ipsa mens nature subsequens impetus militum quendam servitutis impendit. Frequenter enim natura precedit corporis et aut occasiones letitie aut causas meroris insinuat, ita ut ipsa quidem preter initium et cibi appetendi vel qualibet aliam rem voluptatis implere. Exeunt autem tales motus carnis ex appetitus communibus sui initiis consideratur rerum parata esse. Hec vero non sic in omnibus, sed in hiis tantum qui brutiorem affectu dominatum rationis nature motibus subiugare, quod quoque suffragiis eiusdem mentis voluptatibus sensuum similiter obsecuntur a perfectioribus autem non ita. Tanta est apud quos mens precedit in omnibus et id quod precipue prius quam providerit id quod oportet exequitur. Non quoque vestigia pectus dicta sectatur. Quomodo vero tres differentias vitalis potentie ratio deprehendit: id est nutritivale que preter sensus alicuius augmenta recipit, et sensualem que sic nutritur ut sentiat, et rationale quod perfecta est et per has omnes extenditur. Ideoque notandum est quod una vis tantummodo vitalis alitrix et sensualis. Tertia vero preter ceteras est rationalis existat. Sed nemo per hec estimet tres animas in hominis conformatione ipsius esse separatis esse limitibus et velut ex pluribus eam credat esse constare cum vere et perfecta una sit anima naturaliter spiritualis atque intelligibilis que per sensus miscetur materialis substantie. Omne vero materiale atque corporeum quod in conversione atque mutatione est, sicut idem percipimus, capit animate potentie motum per incrementa sortitur. Si vero ab effectu vitali cecidit, motum suum corruptione retribuitur. Ergo nec sensus preter materialem substantiam nec intellectualis in nobis potentia preter sensus operetur. XV

Quod si quedam de creatis ea serie esse mundi inveniuntur qua nutriuntur et crescunt, alia vero sensuum potentia spiritualiter et necnon illa sensibilis participantia perhibentur esse substantie. Ideo quis animarum esse multitudinem suspicatur cum distinctionem earum non competenti ratione definiat, quia omne quod in rebus est sicut idem perfecte et integre vocatur, ipse constat esse quod dicitur. Si autem non per omnia quod appellatur existit, inane nomen ei probatur asscriptum. Verbi gratia si quis verum panem demonstret, dicimus eum ipse proprio nomine imponere. Quod si quis ex lapide fabrefactam similitudinem veri panis ostendat cui eo forma quidem ipsa sit et magnitudo quoque videatur equalis, similiter et eundem coloris similitudinem preferat ita ut multis iudicatus verus putetur, deest autem illi quod cibus possit existere. Ideo iam lapidem ipse vel naturalitatem non abusione panis appellationem dicimus accepisse. Item cetera iuxta eandem rationem que non sunt per omnia quod dicuntur habent ex abusione vocabulum. Sic ergo et anima cum perfectionem in ratione et intellectu peritiorum obtineat, esse quod id hoc non est. Equivoce quidem anima potest esse, non tamen vere dicitur anima, sed est quedam vitalis efficientia que per abusionem anima nuncupatur. Propter quod et irrationabilium naturas tanquam non procul existentes a silvulari vel seminali vita dedit abusus hominum deus qui de singulis quibuscumque iustitiam sue legis asseruit, ut hii qui carnium vescuntur carnibus pro olitis habeant. Omnes enim inquit carnes manducabitis sicut olera feni. Parum namque plus habere videntur per sensum vegetationem quam illa quibus aluntur et quibus crementa perceperunt. Que res instruat

amatores carminum non tantum sensibilibus animam suam necesse est, sed magis spiritualibus priuilegiis occupari, quia in his uere anime conspiciatur esse. Sicut in rebus sensibilibus irrationabiles nobis esse compares et equales, sed in aliquo nescio quomodo consequentia similitudinis inflexa est. Sicut enim hic erat in nostra conpositione appositum, ut quod sit excellentius in homine uocemus mentis operationem, an ibi animalis infirmetur, sed quia non aliquid preter eorum que in nobis sunt mentis esse uere integra, equaliter autem in omnibus et per omnia sese diffundat, et non extrinsecus contineat sed contineatur intrinsecus. Hoc enim fit in cadis aut in similibus aliis que solidis uasis atque corporibus que se sua capacitate continent extra prouidetur. Communio uero mentis ad corpus ineffabilis quedam et incomprehensibilis copulatio hec cognoscitur, nec intus existens, quia res incorporea nequaquam corpore continetur, nec extrinsecus uel ambiens, sed inuisibili quadam et inexplorata ratione mens coniuncta atque congregata in ipsa et circa ipsam perfectius inspicitur. Ideo ut dixi quod nec intelligi potest omnino nisi dicam, nisi quia iuxta proprium ordinem eadem ualente natura mentis ... suos esse exerceat. Si autem debilitas quedam naturam nutriuit, et motus titubare mentis necesse est.

Sed assumam iterum diuine uocis oraculum. xvi

Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Quam parua atque indigna in nullis extenior de magnificentia hominis suspicati sunt, qui eum collatione mundi huius extollere putauerunt. Dixerunt enim paruum mundum esse hominem de ipsis existentem uniuersis elementis. Sed cum hoc tanta iactantia nominis huiusmodi laudem humane substantie contulerunt, sunt prorsus obliti, dum ex proprietatibus muris et culicis preconia hominis inepta finxerunt. Sicut et illa ex iiii elementis natura conpacta est, et esse omnes animantes horum elementorum plus minusue quedam portio cernitur, sine quibus subsistere ea que uiuunt sensibus omnino non possunt. Quid ergo amplius si mundi figuram uel similitudinem putentur homo preferre? Celum scilicet quod transit, terra uero que mutatur, et omnia que huius continentur continentium transitu pariter conditione labentium. Sed in quo sit iuxta ecclesiasticam rationem hominis magnitudo? Non in eo quod ad similitudinem mundi est conditus, sed quod ad imaginem factus est conditoris. Fortassis ergo quid sit imaginis ratio queras, quomodo incorporeo corporale sit simile, quod temporale est sempiterno et incommutabili, id quod continuis motibus immutatur impassibili et incorruptibili, quod passioni et corruptioni subiectum est, et ei qui sine ulla malicia est id quod semper in malicia et defectione uersatur. Multum namque distat inter principalem formam et eam que ad similitudinem eius effecta est. Imago quippe si seruet principalis forme similitudinem, uere imago et proprie dicitur; si uero ab eius imitatione discedat, aliud quiddam esse monstratur. Quomodo ergo mortalis homo passibilis et inmortalis nature que subsistentis imago esse comprobabitur? De his itaque solam ueram rationem ipsa ueritas euidenter agnoscit. Nos autem quantum capere possumus quibusdam coniecturis atque suspicionibus ueritatem ipsam sedulo inuestigantes, hoc arbitramur esse quod queritur, de quo nos si diuina fallit oratio que ad imaginem dei factum hominem retulit, non hunc nature deflenda miseria est, que beate illius et inpassibilis uite similitudinem gerit. Necesse autem e duobus alterum confiteri, ut si quis comparet deo quod nostrum est, aut passibilem humanam putet esse substantiam uel illum essentialis istius similitudo nostri in utrisque censeatur. Si uero neque diuinitas in passione est, neque nostra passionibus perturbatur excepta, putas quid aliud relinquetur ... per quam diuinam uocem

ueritatem esse dicamus que imaginem dei hominem esse testata est. Igitur eandem scripturam sumamus uiaticum, si quomodo per eam nobis aliqua declaratio ad id quod queritur elucescat. Scriptura cum dixit Faciamus hominem, et ad quam rem factus est indicauit, infert: Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum, masculum et feminam fecit eos. Iam quidem et in superioribus demonstrauimus quod ad destructionem impietatis heretice omnia ista presserit, quod conpetenter insinuatur quod fecit hominem unigenitus deus ad imaginem dei, ut nulla relatione diuinitatem patris et filii moliamur, cum equaliter diuina scriptura deum utrumque fateatur, et eum qui fecit hominem et eum ad cuius imaginem factus est. Sed de his nunc omittamus asserere; ueniamus autem ad propositam questionem, quomodo diuina natura quidem beata sit, et eam que similis est ei miseriam scriptura commemoret. Igitur uerba ipsa diligentius exploremus, et inueniemus aliud quiddam esse quod ad imaginem dei factum est, aliud uero quod nunc in miseria prouidetur. Fecit inquit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum. Finita est eius qui factus est ad imaginem dei conditio. Deinde adiungitur uelut de eadem conditione sermo cum dicitur: Masculum et feminam fecit eos. Ceteris autem reor esse notissimum quod id ipsum ab illa principali forma intelligitur alienum. In Christo namque Ihesu sicut dicit apostolus nec masculus neque femina. Sed quia per hec diuisit sermo diuinus hominem, duplex quedam plures nature nostre formatio, et ea que diuinam recepit similitudinem, et ea que ab isto differre monstratur. Quod enim tale quiddam consistat relationis insinuat, primum quidem dicens quia fecit deus hominem ad imaginem dei fecit eum; sic quia subiciens quia masculum et feminam fecit eos, hoc autem in his que de deo sentiuntur plus extraneum. Sed arbitror ego per hec quod a scriptura sancta diuinum magnum atque sublime dogma declarari, quod tale esse putando duabus rebus per similitudines ab inuicem separatis mediam esse humanam substantiam inter diuinam incorpoream quidem et irrationabilem brutamque naturam. Sicut in utraque rei portio in hominis constructione conspicitur. Diuina quidem hec quia rationalis et intellectualis est, que et masculi et femine discretionem relinquit; irrationalis hec, quia corpoream constitutionem in masculum diuisam gestat et feminam. In hiis enim utrisque habitant uniuersa que continentur humana substantia. Sed placuit esse id quod in nobis intellectuale est ei rei qua humane propagationis seruire uidemus, ordine quidem ipso conditionis precedere didicimus. Ad alteram quippe generationis quedam est hominis cum irrationabilibus innata coniunctio. Primum ergo ait quia fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum, ostendit per hec id quod superius dixisse apostolum definisse quia in Christo Ihesu neque masculus est neque femina. Dehinc intulit que humane proprietates exprimuntur: Masculum et feminam fecit eos. Quid ergo instruimus ac docemus? Nec me quispiam culpet, quia preter rationis intelligentiam uideatur ex alto deducere. Deus naturaliter existens quecumque boni cogitatione complectimur, et uno potius omni bono quod aut intelligi potest aut comprehendi prestantior, non ob aliud creat hominem nisi quia bonus est. Talis ergo cum sit et propterea nature formator exstitit, nequaquam imperfectam uirtutem sue bonitatis ostendit, ut aliquid ex his que ei suppetunt daret, aliud uero inuidia cogente subtraheret. Sed perfecte bonitatis species in eo est, ut hominem qui non erat in generatione produceret, bonorum que participem faceret. Cum uero bonorum multa ipsorum

comprobatur esse congestio que non possit nisi facile comprehendi: dicere generali quadam uoce uniuersa simul scriptura complecti studere curauit: cum ad ymaginem dei factum retulit. consequens enim est hoc acsi diceret humanam naturam omnis boni factam esse participem. Si enim bonitatis est plenitudo diuinitas et hec eius ymago comprobatur ut in plenitudine sit omnis boni hec ymago iuxta primeuam formam similitudinem possidet. est ergo in nobis boni generatio tocius quoque uirtutis ac sapientie et quicquid illud est quod optimum possit intelligi. pre omnibus uero quod ab omni necessitate liberi sumus non subiugati cuidam naturali potentie sed arbitrio proprio consilium quod placuit
no. declinamus. uirtus enim spontanea quedam res est et nullius subiecta dominio. quod autem quadam necessitate coactum est: uirtus esse iam non potest. cum ergo per omnia in omnibus primeue forme plenitudine figuram hec ymago demonstret: si in aliquo discrepat iam non erit similitudo sed ipsum atque equale illi per omnia demonstrabitur quod in omnibus immutabile comprobatur. In quo ergo diuinitatis et similitudinis eius distantiam comprehendimus? in hoc procul dubio quod diuinitas increata est. hec autem creatione subsistit. que comparatis distantia rursus aliam comparatarum consequentiam protulit. accidit enim cunctis indubitata professione quod increata natura immutabilis sit et semper eadem manens permaneat. creatam uero non posse sine mutatione persistere. ipse denique ex nichilo ad existentiam transitus motus quidam erat atque conuersio cum non existens ad existentiam diuino consilio transmutatur. et sicut impressam in ere figuram sermo euangelium cesaris appellat ymaginem per quod addiscimus quod iuxta figuram quedam similitudo sit cesaris. in substantia autem distantia eius appareat. ita et in presenti sermone pro figuris ea que sunt in contemplatione diuine nature humaneque discernentes eorum quibus eadem similitudo est in ipso protinus distantiam reperimus. quam intuitu mentis in increata creataque conspicimus. Cum ergo diuinitas eadem semper sit homo uero per creationem factus ex mutatione cepit existere. cognationem quoque quandam uidetur habere cum natura uertibili: ideoque qui nouit omnia antequam fiant sicut propheta pronuntiat prudens atque prospiciens uirtute prescientie sue in quam declararet iuxta spontaneam uoluntatem humani motus arbitrium quoque id quod futurum erat inspexit. tribuit ymagini distantiam maris et femine. que iam non ad diuinam formam principalem quoque respiciat: sed uti dictum est irrationali nature appropinquare uidetur. causam uero tantum huius artificii soli quidem intelligunt qui ueritatem propriis oculis intuentur et ubi ministri sunt sermonis. nos autem sicuti est possibile coniecturis quibusdam atque indiciis uerarum uestigia persequentes: quod incidit animo non enuntiandi modo proferimus sed exercitii loco deuotis auditoribus intimamus. Quid est ergo quod de his excogitare potuimus? dicens scriptura diuina quia fecit hominem deus indiffinita significantia esse hominum genus ostendit. Non enim nunc adam in conditione nominatus est sicut in consequentibus declarat historia sed nomen hominis creati cuius homo generale est. Hinc ergo ex hac generali nature appellatione tale quid excogitare compellimur. quod diuina uirtute atque prescientia omnem humanam naturam in prima conditione complexa esse uideatur. oportet enim deo nichil indefinitum in hiis que ab eo creata sunt estimari. sed singulorum eorum quod sit esse modum certissimum creatoris sapientia terminatum. Sicut enim quilibet hic homo quantitate corporis clauditur. modus quoque substantie eius est qui quantitas eius que simul cum superficie corporis explicatur. sic arbitror uelud in uno quodam corpore tota plenitudine humanitatis ab auctore

uniuersitatis prescientie uirtute complexam: et hoc scripturam insinuare cum dicit fecit deus hominem. ad ymaginem dei fecit illum. Non enim ymago hec in parte nature est. nec in uno aliquo quod in singularitate comparatum creatur: ista gratia terminatur. sed in omne genus equaliter hec talis actualis potentia uirtutis extendit. huius autem rei signum est quod mens equaliter omnibus inserta est. uniuersis et cogitandi et recogitandi constat inesse rationem. cetera quoque omnia quibus diuine nature similitudo declaratur in eo qui est ad ymaginem dei factus agnoscitur. Siue enim ille qui in prima mundi conditione factus siue hic qui post consummationem tocius mundi futurus est equaliter in se diuinam preferre comprobatur ymaginem: ideo unus homo uniuersitas appellata est. quia diuine potentie nichil preteritum est aut nichil futurum. omnis itaque natura a primis usque ad nouissimos eque discernens una quedam ymago siue est. distantia uero generis in masculino et feminino discretionis ob hanc ut arbitror causam in conditione peracta est. XVII.

Magis autem prius quod nostro proposito uidetur? melius opinor absoluere questionis que ab emulis nostris proferri intendere. Dicunt enim ante peccatum non partum se uidisse nec genitum quod propagatione plus oblectarentur. pulsus autem de paradiso post delictum et muliere partus dampnata supplicio: tunc adam conuenisse ut suam coniugem iure cognosceret. et sic effectum esse procreationis exordium. Si ergo nuptie in paradiso non erant. neque generatio ibidem. neque partus est. esse autem ex consequentibus estimare quod necessario multiplicati homines non ad mortalitatem hanc immortalitas redisset. et naturam nuptiarum conuentione seruaret per defectus eos qui nascerentur ex eis continua successione restituens. ita ut uideatur specialem modum quondam uite hominum utiliter introductum. constitisset enim in illis duobus primitus formatis genus humanum: cum ad successionem nullo mortis metu natura moueretur. Sed in hiis rem uero quere quequis illa est solus est nouit qui iuxta paulum felicis paradisi uerbis ineffabilibus comprobatur instructus. Scriptura uero talis esse monstratur assertio resistentibus quondam saduceis dictam resurrectionis et illam multarum nubentem mulierem que septem fratrum huius in confirmationem sui prauitatis dogmatis proferentibus ac deceptis cuius eorum post resurrectionem foret uxor sciscitantibus: dominus respondit. non solum saduceos informans sed omnibus quoque futuri post resurrectionem uite sacramenta patefaciens. In resurrectione inquit neque nubent neque nubentur sed ducent uxores. Neque enim ultra mori poterunt. equales enim angelis sunt. filii enim sunt dei: cum sint filii resurrectionis. gratia uero resurrectionis nichil nobis aliud pollicetur quam ut in antiquum statum ex nostris lapsibus reuocemur. Adam namque regressus ad pristinam uitam gratia quam prestolamur existit. que pulsum de paradiso hominem illuc iterum feliciter introducat. Si ergo reparatorum conuersatio familiaris et nimio societas angelorum: clarum est quod homo ante ruinam quidam angelus habebatur. ideo et cum priorem statum uite iterum receperit: angelis indubitanter equabitur. Sed quemadmodum ut dictum est cum inter eos nuptie nulle sint tamen in infinitas multitudines exercitus angelorum sunt: ita daniele propheta in suis uisionibus intimante. Ergo iuxta eundem modum si peccati nullus excessus ab illa nos angelica dignitate distraheret: nec nobis utique ad multiplicationem generis nuptie necessarie plurimum. Sed quisque ille nature modus est quo angeli multiplicantur. prestantissimus quidem licet coniecturis humanis excogitari nequeat. uerumptamen quod prius exstat hic prefato modo et in hiis quos paulo minus quam angeli minorati sunt

effectum sue operationis ostenderet usque ad predestinatum numerum
generis humani creatoris uoluntate multiplicaretur. Sed quoniam conspira-
tionis forte coartet ingrediens modum ipsum quo potuisset, ante
si homo nuptiarum opus non quesisset. Interrogemus et nos quo mo-
dus sit institutionis angelice quoniam in tantis milibus et in
una plenitudine substitit essentia in multo numero constituta.
hoc quippe querenti respondemus ei qui proponit quoniam posset sine
nuptiis homo plurificari, dicemus eo modo quo angeli sine nuptiis esse
plurificati sunt. Siquidem similis eis ante transgressionem fuit homo: unius
eiusdem similitudinis relatio manifestatur. huius quidem perfectionis hoc
modo ad comparationem questionis recitat ordo quoniam scilicet post conditionem huma-
nis diuisionem maris et femine deus suo dignatus sit excogi-
tare figmento. Ad hoc enim fateor utile esse superiorem hanc disputa-
tionem que a nobis exposita est. Siquidem qui cuncta ut essent pro-
duxit totum quidem hominem sua dispositione ad diuinam formauit
imaginem: nequaquam pueris ac modicis additionibus perducit a-
nimarum naturam in sua plenitudine minus uidere perfectam.
sed simul uniuersam plenitudinem humane nature essentiam proui-
dentie constituit et sublimissio atque angelorum non diuisit sine con-
ditoris que sciuit omnipotenti prouidentia quod non recte mouere
hanc uoluntatis arbitrium: et ipse homo ab illa angelica conuersatio-
ne recideret sic per hoc humanarum multitudo contineret animas.
caderet ab eo modo quo multiplicati sunt angeli ipsa nature uirtute
congruam et dignam huius qui peccato labentes multiplicationis pro-
uidentiam formauit per angelica sublimitate uiuentium atque
irrationabilium modum qui ex seipsis sibi succedunt inseres huic
nature. hic enim uidetur et magnus ille Dauid compatiens huic mi-
serie talibus uerbis eius deflere naturam: quia homo cum in honore
esset non intellexit honorem dicens quod sicut angelis consilis fuerat
ipsa operatione et iumentis insipientibus et similis factus est. Vere namque
iumento similis factus est qui hanc animalem generationem in sua natura
suscepit ipse conuersationis casum qui ei ex conformitate oritur contigit.

Arbitror enim ex hoc initio et uitia uniuersa · xviii ·
ueluti e fonte quodam manantia scaturire in hominis conuersa-
tione miserabili. Hoc autem preter assertorem argumentatione
firmatur quod passionum quedam cognatio nobis et irrationabilibus
appareat equaliter. Sed non enim fas est humane nature iuxta hoc quod
ad diuinam speciem formata est initia passibilis affectionis attribui.
Sed quia irrationabilium animantium in hunc modum uita processit
et ob peccatum causam homo quoque ex eadem forte ad huiusmodi iuxta
generandi de coitu rationem, ideo particeps et reliquorum que in
ista conspiciuntur effectus est. Sicut enim iuxta furorem homo similis est deo.
sed per passibilem uoluptatem superueniens illa natura figuratur.
Cernimus quoque et audaciam et appetentiam plurima atque diminutionis
odium horum quoque similia ab ea figura qua diuinitas expressa pel-
lucet. hec igitur humana sibi de irrationabili parte coniunxit.
ea namque quibus brutorum uita ad conseruationem sui munita est
ad hominis translata conseruationem passionum uitia facta sunt.
furiose namque conseruantur bestie que carne uescuntur. Et ea que
uoluptuaria sunt genus suum propagatione multiplicant. Fuga e-
tiam inualidum et metus eius tuetur qui facilis a fortioribus
capitur. corpulentum quoque seruat edacitas et si contigit non
assequi quod uoluptatis ingerit: fit irrationabilis merore oc-
casio. hec autem omnia et si qua sunt talia ex animali uita quoque in-
tuitu conseruationis hominis accessisse non dubium est: Sed in generatione

ut uerba quadam fictorem rei mirabilis humanam formam, sed
monstrum describam, sicut enim uidemus de rebus fictis sculptilia
et simulacra que ad tuentium stuporem huiusmodi quo hoc esse plantas
artes excludere ita ut inuidendum unum caput biforme constituant.
Sic homo duplex ad contraria similitudo quedam uidetur gestare
mente quidem quo deo dignus est ad diuinam formam plenitudinem. passio-
nibus autem quarum pluralitas imperium ad bruta alia quidem comparatione
contenta frequenter autem mores pene bruti efficiuntur: quieta ad mo-
tus irrationabiles penitus iclinatur. obscenis id quod est in se deuiens
affectum. mox enim quis ad passionum laborem efficacia mentis inseruit
eo quia sua consilia seruire preposuit: ex quadam depravatione bone for-
me ostenditur et ita naturam omnis in maliciam conuertitur cum ista
ratio penitus excolat principia passionum: et in augmentum neque
tie uirtutem eius ipsa cogitatione multiplicet. Comparationem namque sua
mentes passionibus excelsens miserabilem deprauatam quoque malorum copiam per-
ducit. si libido uoluptatis exortum quidem de similitudine nature
irrationabilis habuit, sed in excessibus hominum uehementer accreuit
tantas diffitiens formas que uenient ex ipsa uoluptate progene-
rans: eleuatas in irrationabilibus inuenire non possis. Sic quomodo
furoris irrationabilis quidem rei cognata est: crescit uero cogitationis
accessu. hic enim commemoratur malicie. hic inuidie. hic mendacium.
Insidie quoque ac simulationes hic esse monstrantur. hec autem omnia ex
iniquo mentis cultura proueniunt. Siquidem si passionis imperium nullo
cogitationis excolatur adminiculo: cito lacessitur. furor quoque uehe-
mentis inualidus comprobatur. mox quoque ut fuit exortus extinguitur.
Sic auida porcorum edacitas accendit auaritiam prouenit. Sed ad
sublimationem eque exordium superbie factum est. et omnia que se irrationabili
comparantia causam per male mentis usum irrationabilium uitia sunt
effecta mortalium: sic econtrario cum homo ipsos irrationabiles impetus
cogitatio refrenatur et cohibet: in speciem uirtutis prauitas transit
feritas. siquidem ex furore quidem fortitudo descendit. ex pa-
uore cautela. metus autem obedientiam generat: et odium aduersione
malignitatis instigat. dilectionis et uirtutis desiderium uero boni
generat. exaltatio quoque mores a passionibus erunt. et libram pre-
ciam a scrupulositate seruitute generat. collaudatur autem huiusmodi sublimitas
speciem hoc apostolus: cum sepe iure nobis imperat ut ea que sursum
sunt sapiamus. et ita reperies quia omnis motus talis qui mente in
alta sustollitur: ad plenitudinem diuine conformetur imaginis.
Sed quia grauius quidem est et deorsum uergens consuetudo delectationis
ob hoc plus ualet. magis enim pondere naturam irrationabilis animae
principale deprimitur. quam superne hoc atque eternum sublimitate
mentis eleuatur: ideo plerumque contigit ut munera diuina igno-
ret nostra miseria: pulcherrime imaginis fedissima faciem
passionibus obducens. sed quia uenia digni sunt qui ista cernentes
non facile diuinam formam talibus inesse consentiunt: sed per eos qui
recta uite conuersatione resplenduerunt diuinam hanc in hominibus
imaginem contueri. Siquidem si uideris quemquam uel etiam dedecus non
sinit de homine credi quia sit diuina pulcritudine decoratus: sed ille
qui in uirtute perfectus est et ab omni cogitatione passionis eam firmat
opinionem que de homine pro meliore sententia reputa. exclusi
enim plurimum exemplo quod dicitur. ad naturam decorem contactu malig-
nitatis imminuit: quia in peccatum plurimum esse nouissimus ille uel
maxime ut fuit iechonias uel aliquis alius qui in uecordia esse
clarius memoratur. Sed in moyse et quibus similibus imaginis plenitu-
tudo perfecta conspicitur in quibus itaque decor nulla obscuritate fedatur.

in hiis euidens eorum quod dixi fides elucet eo quod homo diuine bonitatis imitator existat. Sed forsitan aliquis erubescit quod sumentes cibum irrationabilis uite nostre similitudo constringat. et ideo indignum putat hominem qui ad ymaginem dei uideatur esse formatus. Sed hoc quidem infectionis species et immunitas nostre nature. in illa uita que futura est quamque expectamus. sicut enim dicit apostolus regnum dei esca et potus. non in solo pane hominem uiuere testatus est deus sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Siquidem et in resurrectionis gloria est uita nostra conuersatio angelis comparatur. apud angelos autem cibus non est. prorsus idonea fides est. hac hominem refectione fore liberum quod ad similitudinem uite est angelorum.

XIV.

[H]et forte non in eadem nostri uite spem regredi quis hominem dixerit: cum primus edendo uiuentis. ac deceptus officio illo caruerit. Verum quod sacram scripturam audies non tamen cibum corporeum nouimus non solum quod est ex terre leuamine sed et aliam etiam prorsus agnosco que similitudinem quendam esse huius corporeis corporis gerit. In qua est uoluptas atque suauitas ad animum solummodo transeat. Unde et sapientia esurientes cohortatur et dicit. edite de meis panibus. et beatos asserit deus eos qui tali cibo esuriunt. et qui ait. Si quis sitit. ueniat ad me et bibat. Magnus quoque ysaias bibite letitiam percipiens hiis qui eam audire magnificentiam possent. est autem quedam et prophetica comminatio in eos qui tali digni sunt ultione ut tamen fame puniantur. fames autem non indigentia panis. non sitis aque: sed ubi defectus est. sicut fames inquit panis non sitis aque: sed fames audiendi uerbum dei plantationis ergo illius que in edem a deo facta est. uoluptas autem interpretatur eden: dignum quendam fructum excogitare nos compellit ex quo indubitanter alebatur homo ibi. Sed hanc per eam uoluptatem que transit ac defluit in paradyso gustatione sentire conuenit. de omni inquit ligno quod est in paradyso comedes quod dabit ei qui salubriter esurit lignum ipsum quod est in paradyso quod omne bonum prorsus amplectitur. Cui nomen est omne et principatu lex homini tribuit. Generali namque et superemmenti uerbo omnium bonorum species cognita est. totum quod hoc unum est. Quis autem me ab illius ligni gustu prohibet. sed atque in utrumque prete-gentis amoueat. non enim prorsus hec uiciniam apud eos quos gratia contemplationis illustrat: quod sit omne lignum cuius fructus uita est. et item quod sit huic permixtum atque confusum cuius exitum mors consequitur. Cuius enim omnem iocunditatem copiosa largitate concessit: pro eo quadam ratione atque cautela hominem a quibus propter prohibuit. hac mihi uidetur expositione nos magnificentissimum deum et sapientissimum Salomonem legis huius doctores assumere. Utrique enim concedunt hunc cibum unam quandam perfectum esse. Per enim quod uere est bonum: omne utique bonum est. Dauid quidem dicit delectare sibi precipit delectare in domino. Salomon autem sapientiam ipsam quod est deus lignum uite quod est lignum omne cum cibum ei quod secundum deum creatum est lex diuina concessit. e contrario uero ab omni ligno lignum secernitur ad cuius esca scientia boni et mali est. non utrumque seorsum iuxta significantiam contrarietatis in parte signans: sed quendam confusum fructum permixtum quod preferens aduersa sibi qualitate conceptum. a quo porreptum acceptum quidem uite nos prohibet. persuadet autem serpens ut edatur. et per hoc mortis machinatio ingressum que suasione ipsa preualuit letalem gustum tribuens et colore quodam fallacie eiusdem fructum uoluptatis respexerit: ita ut suauissimus appareret et appetitum gustatus accenderet.

XV.

Quid ergo illud est quod boni mali que scientiam continet atque per uoluptatem sensuum uidetur esse gratissimum. putas ne mecum studio non parcas a ueritate deflexo scientie ambiguitatis intelligentia per hanc contemplationem obtentum. opinor enim non disciplinam nam in presenti hanc scientiam posse sentiri eorum qui exercitatos habent sensus. quendam uero distinctam scripture consuetudine diuinarum scientie atque discretionis intueor. sicut iuxta disciplinam nam bonum a malo discernere perfectorum habitus esse dicit apostolus eorum qui exercitatos habent sensus. ideo etiam ut omnia probemus edocuit et spiritualis uiri proprium esse dixit quod possit omnia iudicare atque discernere. scientia uero non ubique disciplinam atque notitiam per significantiam suam scriptura terminat: sed in bona parte iuxta assensum grece dictionis ut est illud. sicut deus qui sunt eius. et ad moysen ait deus. sicut te pre omnibus. De hiis autem qui culpantur in malis qui nouit omnia testatur et ait. nunquam noui uos. Ergo lignum est quod scientiam permixtam confusam que fructificat: ex hiis est que nobis interdicuntur a domino. Fructus namque contrarietatibus fructus ille uidetur esse coniunctus: quod est aduersione probatur huic sententie per eam commixtione quod malum non proponitur nudum atque detectum ut per sese iuxta naturam suam conspicua queat. alioquin tota malicia ipsa mansisset nullo boni colorata figmento per id quod decipitur in eius abstrahi desiderium possit. nunc autem permixta quodammodo mali natura est mixta in alio quodam primo continens uelut quosdam locat occultas et operas insidias. in eo uero seducitur qui putet boni quandam ymaginem preferre. bonum namque uidetur auaris et cupidis materie idest auri color. sed radix omnium malorum est auaricia atque cupiditas. quis autem in cenum teterrime atque fetidissime libidinis rueret nisi uoluptatem bonum quod acceptum esse reputaret ad passionis morbum quendam pellectus illecebra: sic et cetera peccatorum genera permixtam prorsus habent distinctam: que acceptissima primo putantur aspectu et seductionis fuco per bonis ab insidiantibus et paruis appetuntur. quia ergo plerique id esse bonum quod uel letificat arbitrantur. et quedam est cognatio nominis seu uoluntatis existentis bonum seu quod bonum putatur et non est: hac de causa concupiscentiam illam que ad malum uelud ad bonum pertinet mali et boni scientiam scriptura sancta cognominat dicens. scientia ista quedam declarat affectio non absolute mali: quia boni superficie coloratum est. non sincerissime boni: quia mali in eo delitescit occultum sed permixtum idest ex utroque complexum interdictum ligni fructum esse testatur cuius gustum dixit ad mortem eos qui contigerint attrahere. pene hoc euidenti et dogmatica uoce proclamans. quia quod uere bonum: simplex et unicum est. sicut aliud omnis alienum. malum uero uarium atque fucatum est quod aliud quidem putatur esse aliud uero ipsa experientia comprobatur. Cuius scientia id est experientia effectio mortis et corruptionis exordium. Ideo quoque permonstrat scriptura fructum peccati nequissimum. non sic sicut hec natura mali euidenter ostenderet. sed quasi homo seduceretur aperta malicia: sed quadam specie quam appetebat illustrans. uoluptatemque per sensus insinuans. atque inferens gustum transgressionis mulieri persuasit. sic dicit scriptura. Et uidit mulier quod bonum esset lignum ad uescendum. Fructus quoque oculis ad uidendum

et pulcrum ad contrectandum. et sumpsit de fructu eius et co-
medit. Esca autem illa mortis hominibus facta est. hec est enim
primitus fructificatio. Manifeste itaque sermo perfectam
intelligentiam quemadmodum boni et mali sciencie lignum illud
appellatum esse videatur. Sicut venenum melle circumlitum sim-
ul quod sensus mulcet in specie dulcedo bonum esse creditur
sed id quod sumentes interficit atque corrumpit: efficitur omni
malo deterius. Ut ergo prevaluerit adversus hominis vitam ve-
nena mortifera: tunc homo magna res magnumque nobi-
lium dicte significatio nature vanitati sic dicit propheta similis factus est.
quia imago dei in his que optima in nobis intelliguntur compre-
henditur. Ceteraque vero in vita nostra miseranda continentur et certa
diversa prorsus similitudine probantur aliena. ·xvi·

Hec non est ita robusta medicina ut prevaleat dicere pote-
rit sed melior aut perseverantior nature nostre constantia
quam sapientia dei. solum enim possibile est ut mutabile hoc et
convertibile tenacius existat et firmius: quam id quod in ipso
iugiter permanet. et in bono sine ulla commutatione persistit.
divinum enim consilium prorsus immutabile semper est. convertibilitas
autem nostre et ibi (?) nec in malo retinet firmitatem. quod enim semper
movetur siquidem ad bonum tendit ei accessus semper infinitum re-
stat progrediendo consequens. Si quid tale habet illud in anteriora progressio
quod non potest sibi quem querit ullum terminum reperire: quod comprehenso
metu stare debeat quiescere consistere. Si vero ad contrarium deflectat
eius intentio ubi neque pergere ultra et ad summum fastigium
mali pervenerit. tunc fugiens semper motus impetus nullum statum
de sua natura reperiens ubi malicie spatia decurrerit
necesse est motum ad opera queque convertere. cum enim malicia nulla
veri in detractare permoveat: sed necessariis finibus includatur. consequenter
quod mali est erit boni successio. et ita sic denique conversa
quod semper in motu quadam regressione boni deinceps rursus occurrit
memoria malorum quibus effecta est ne prorsus in similia recidat
erudita. Iterum ergo cursus noster erit in bonis. propter quod necessarius ut
diximus finibus nature malicie probetur esse prescripta. et sic aiunt
hii qui de rebus disputare elatis et superioribus quidem perhibent
universum mundum luce compleri tenebras autem ex umbra terreni cor-
poris et oppositione generari. sed hoc quidem iuxta figuram cor-
poris in modum sphere collecte. et post tergum solis radios conti-
nuatur excludentes accidit. solem vero multo quam terram maio-
ris magnitudinis existente undique eam suis radiis in
circuitu ambire iuxta coni terminum emissos luminis admo-
vetur. ita ut si concedatur aliqua quadam virtute similitudinem
illam in qua extenditur umbra transire: erit profecto semper in
lumine nullis discretis tenebris. Sic arbitror et de nobis
cogitari debere quod egressi fines malicie ubi in summis
summitatibus peccatorum tenebris collocati rursus vertimus et in lumine per-
secta nostris comparata erimus velut immensurata umbre bonorum
superexcellente substantia. Rursus ergo paradysus rursus omne dignum
quod et bonum vite est rursus ymaginis gratia et dignitas
principatus. Sed non mihi videntur horum que nunc ad vite necessitatem usus
a deo hominibus data sunt: sed cuiusdam rei alterius spes
reprimitur. cuius intuitio intelligibilis apprehenditur. Sed consequentiam

eorum que disseruimus prosequamur. ·xvii·

Fortasse vero quis ad dulcedinem tante spei cogitatione
succensus grave honus magnumque putat esse dispendium
quod non ocius ad illa bona perveniat que humanum sensum scientiamque
transcendunt. moleste ferens intercapedinem temporis que ad ea
que sunt desiderata distendit. Verum non angatur sicut parvulus
modicam voluptatem morulam impatienter expectans. Itaque verbo
et sapientia dispensantur universa. necesse est eorum que fiunt nihil sine
verbo et sapientia contineri. Dicas itaque mihi quare illud tempus per quod non
datur statim ad id quod desideratur ab hac vita molestissima
pervenire. Sed certus prefinita temporis gravis hec et corporalis
conversatio totius consummationis terminum similiter: ut et humana vita
velut quibusdam absoluta repagulis denuo rursus ac libera
ad beatum et impassibilem statum fuerit completionis occursu.
Sed ad hec ut investigationi perveniet non de his que perscrutatur
ipsa evidentia veritatis noverit. Quid autem nostram subit intelli-
gentiam: tale est dico. Rursum commotione primum rursus assumens
quod dixit deus: Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem
nostram. Et fecit deus hominem. ad ymaginem dei fecit eum.
ymago itaque dei que in omni humana natura (Christus) modum perfectionis
est consecuta. Adam vero nondum fuit. sed denique terrena conditio
iuxta quemdam cui nominis expositione dicitur Adam: sicut autem
qui hebree lingue periti sunt. ideo et apostolus perita voce idest
israelitarum sufficienter instructus hominem de terra terrenum
nominat velut in genere commune Ade vocabulum transferens. Factus est
ergo ad ymaginem dei homo universalis scilicet natura deo similima: et facta
est ab omnipotenti sapientia non pars totius sed omnis simul nature pleni-
tudo. Vidit autem quod omnes fines continet sicut scriptura commemo-
rat. quia in manu eius omnes fines terre: Vidit qui novit omnia
antequam fiant. una sciencia cuncta complectens. Quanta iuxta nu-
merum in singulos futura esset humanitas. et quia pariter eam
vidit figmentum nostrum ad malum vitiis huius proniores. et quod
ab angelica dignitate sponte defluens commune nostre humane
necessitatis. quedam ideo et irrationabilibus ymaginem sue proximo
auctor. Solum enim est in illa divina et beatissima natura distinctio maris
et femine: sed quedam comparate irrationalis ut dixi facturam
ad hominem transtulit: Nequaquam iuxta creationem illa sublim-
issima multiplicatione nostre generationis instituens. Solum enim quando
ad ymaginem dei fecit: tunc crescere et multiplicare hominibus
imperavit: sed cum fecit masculum et feminam dicitur ut ait
crescite et multiplicamini et implete terram. quod non est dicere nature
sed irrationabilis proprium: sicut historie textus ostendit que
prius hec de irrationabilibus a deo fuisse prolata significat. quod si prius dictum
masculum fecisse et feminam in nobis. et per hanc vocem quam denique
crescite vim multiplicationis homini contulisset: nequaquam generationis huius
indigeremus specie. per quam irrationabilia procreantur. Quia igitur ante contem-
platus virtute providentie sue deus plenitudinem hominum per anima-
lem procreationem ad vitam esse venturam qui cuncta ordine
et ratione dispensat hanc homini generationis speciem necessariam credidit
quod ad humilitatem nature nostre pronior foret quam videt angelicum
fieret qui futura tanquam presentia continet. Ideo ad creationem
hominum mensuram etiam temporis ante disposuit: ut iuxta convenientem

prestitutarum in hoc mundo animarum simul et mora temporis tenderetur et tunc ipsius temporis fluxus motus tandem aliquem consisteret. cum iam in eo humanum genus oriri non posset. consummata quippe generatione hominum simul et tempus deficiet. et sic restitucio fiet hominum in qua veluti transformatione commutabitur genus humanum a corruptibili et terreno statu ad incorruptibilem transiens et eternum. quod mihi videtur et sanctus apostolus consciens in epistola ad corinthios statim subitum temporis et extremo resolutionem rerum predixisse mobilium in quibus ait. Ecce mysterium vobis dico. omnes quidem dormiemus. sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi in novissima tuba. cum enim plenitudo ut arbitror humane nature iuxta prestitutum a deo modum ad suos venit terminos quibus ad incrementum numeri animarum nichil ulterius desit: in momento temporis eorum que sunt commutationem fieri docuit. momentum nominans et ictum oculi illud temporis individuum et sine ulla distantia terminum. ita ut necesse possibile sit ut qui novissimum et supremum quemquam plus celeritatis accedere: per quod nulla pars extremitati relinquitur que hanc elevatam commutationem in morte possideat. Sed cum mox resurrectionis insonuerit tuba que tunc excitatura est mortuos. et hos qui in vita reperti fuerint in similitudine eorum qui de mortuis resurrexerint immutatos ad incorruptionem pariter veniet ut iam nequaquam deorsum premantur corporeo pondere. nec eos moles terrena detineat. sed sursum in aera proferantur. rapiamur enim inquit apostolus in nubibus obviam domino in aera et ita semper cum domino erimus. Quod expectamus tempus illud quod nunc necdum humanis terminis excedit. Iam et abraham et qui cum eo patriarche sunt habuere quidem desiderium videre bona domini. nec quieverunt celestem patriam perquirere sicut idem dicit apostolus. Sed tamen adhuc sunt sub gratia spe consistunt deo pro nobis melius providente iuxta eiusdem beati pauli vocem: ne sine nobis consummarentur. Si igitur illi dilationem hanc estimationem pertulerunt qui de longe spe sola atque fide cernerent bona domini et salutantes ea sicut testatur apostolus certam sperandorum soliditatem in eo tantummodo collocarent quod fidelem promissorem esse confisi sunt. quid nos plures convenit estimare. quibus forsitan non ad meliora spes ex vite presentis qualitate suppetere: deficit pro desiderio propheta anima qui per psalmodiam amoris sui magnitudinem confitetur et dicit. Concupiscit et deficit anima mea in atria domini. et si etiam in extremis pici congregatur. id postulat. tamquam maius sit atque prestantius in illis esse novissimus. quam primum in tabernaculis consistere peccatorum. Verumptamen dilationis erat patientissimus. Beatam quidem illam conversationem breviter quod preparationem et in milibus presentis temporis anteponens. Melior est enim dies una in atriis tuis super milia. sed tamen necessariam dispensationem eorum que gerebantur non egrime preferebat. Idonea vero res ad beatitudinem constat homini quod bona sperare non desinat. Ideo idem propheta in fine ipsius psalmi ponit. et dicit. Domine deus virtutum beatus homo qui sperat in te. sed ita convenit parvam curam eorum que ventura sunt angusto pectore sustinere. Sed ne penitus a promissis excidamus: studium nos oportet impendere. Quemadmodum enim. si quis inexpertum rudem quis promoveat quod estatis tempore fructuum fiet opulenta collectio. et replebuntur quidem horrea frugibus. mensa vero copia temporis vbertatis cibis erit referta. Quam plurimis. Vanus profecto videbitur si adventum temporis anticipare festinet qui debet utique prius semina spargere. fructus quod

sibi diligentia ipsum sperare. tempus enim velit nolit sicut prefixum est veniet. quod non sicut experiente habuit qui sibi providet habundantiam frugum. et qui omni apparatu vacuus hora ipsa fuerit comprehensus. Sic et nobis arbitror expedire cum sit omnibus preceptum predicatione divina quod iam geretur futurum tempus nostre commutationis instare. non tempora discutere que necessaria sunt. quia nec nostrum est scire tempora vel momenta nec cogitationes aliquas querere quibus ab spe resurrectionis anima debilitata labescat. Sed quia credulitas eorum que promittuntur in nobis: debemus conversationis operum studiis thesaurizare futuram gratiam anticipare ipsam variabile estimamus opinio.

Si quis autem mundi cursum quo nunc est quendam sese moventem lege conspiciens per quam spatium labitur temporis non nunc dicat mobilium cessationem quam predicavimus posse contingere. manifestus hic quod in principio factum a deo celum et terram fateatur qui enim principium motus credidit: de fine omnino non ambigit. qui vero fine non recipit: constat eum nec initium recepisse. Sed sicut fide aperta secula esse intelligimus verbo dei sicut ait apostolus. Vt ex invisibilibus visibilia fierent: eadem fide nitimur de illo dei qui necessariam eorum que sunt translationem fore predixit. Quo autem modo id fieri possit est querere. sola et ibi profiteri esse quod videmus ex invisibilibus prepararum. transitionem incomprehensibilium transcensionis. Cum tamen in nullis ignorare nos sermo commoneat. non parva sacerdotibus de rerum credendarum ambiguitate concessit. licet enim quidam et ibidem quibusdam argumentationibus fidem conscripserit. Cui enim et de materiali conditione vani esse putentur. orto quidem tam quam proficiatur: omnia que sunt ex deo esse confirmans. Quo vero quod ratione nititur: coeterna deo dicunt esse materiam. talibus argumentis suum dogma fingentes. Si simplex deus natura est. Si sine materia vtique et sine quantitate et sine mole et sine compositione ac cunctis figure perceptionis aliena gentibus. omnis autem materia in sua quoque distenta perspicitur. comprehensione sensuum necesse per effigiem que in colore et figura mole quoque et quantitate et presentie vel durata ac reliquis similibus rebus agnoscitur. Que nichil in natura divina potest penitus inveniri. quod igitur machinamentum est. vt ex eo quod sine materia est materia proveniret. et ex eo quod nulla distantia percipitur natura prodirent que distantiis continetur. Si enim in deo res materialis est: quomodo materialis ipse non est qui in se materiam continet. Similiter autem et cetera quibus materialis natura figuratur. si in deo credidit esse quantitas quomodo sine quantitate est deus. Si in eo quod compositum est quomodo ipse simplex et sine compositione est. Vnde cum aut materiale esse necesse est ex ipso substantiam materiam manasse ipsa compellitur. aut si quisquam hoc refugit intrinsecus introducetur ei materia ad constitutionem universorum nominis estimabit. Si igitur extra deum erat aliquod quod preter deum erat. aliud quod preter dominum fuisse credibit quod simul secundum rationem perhenitatis intelligatur cum ingenito substitisse. ita ut duo principia pariter ingenita concurrant colligat. eius scilicet qui artificialiter operatur et quod hanc disciplinam artem huius operationis excepit. Si quis autem velud necessitate ulla sui sempiternam supponat omnium conditori materiam quantum manicheus suorum dogmatum favore defenderet quoque reperiet materialem causam iuxta ingeniti comparationem bone rei contendit. Sed nos audientes ex deo esse omnia sacrificari dicentem

et qualiter ex deo sint que supra intellectum nostrum sunt et nequaquam curiose perquirimus divinam naturam creatricem credentes esse cunctorum que et quod non erat constituit et quod constitutum iam ipsum voluit contrarie in mira commutatione convertit. consequenter secundum arbitrium eam que sic ad illam institutionem que non dubium est dic iuxtas voluntate posse subsistere. Sic et consummationem rerum ad ipsius potentiam referentes in nullo displicere nostre rationem preter id quod dicere cepimus allumamus contra quos possemus quandam inventionem. Eorum suadere illis qui de materia curiosius disputant. Nec audent facile disputationi nostre deinceps obviare. xxiiii.

Non enim iuxta eorum que per consequentiam reperiuntur materie fertur opinio que ex intellectuali hanc quidem que sine materia est creature preexistat. omnem namque materiam quandam substantie qualitate inveniemus quibus si per se nulla ratione potest comprehendi. Sin vero una quidem horum seorsum qualitatum sibi ratione videretur. ratio autem intellectualis non est corporalis inspectio virtuti. si sit in complexione nostra proventum quod aliquid vel lignum vel quod aliud quod materiam constitutione substitit. multa de eodem subiectionis dicere procedimus. certum singula que simul inspecta sunt sine permixtione aliqua rationis eadem generantur. alia namque coloris est ratio: et alia ponderis quantitatis item et qualitatis alia nominis ratio. Ita mollities et bipedale et reliqua que dicta sunt nec secundum invicem nec corpori ulla similitudinis ratione conveniunt. Singulis enim horum quidem ratio in expressa adiuncta est: nulli earum que in ipso sunt convenit concimentis. Si igitur intelligibilis quidem color intelligibilis et figura similiter et qualitas certa quidem his conveniunt horum vero singula si auferas a subiecto: tota corporis ratio dissolvitur. consequens est ut quorum absentia resolutionis corporis causam esse cognoscimus: horum conventum atque concursum perfice materiale in illa estimare debeamus. Sicut enim corpus non est color aut figura aut distantia aut pondus vel reliqua que appellata sunt quorum unumquodque addiscit et horum singula sicut dixi corpus esse non possit et ad quod preter corpus invenitur suam efficere esse monstrantur: ita etiam versa vice memorata que sunt substantiam perficiunt corporalem. Etenim si intellectualis horum plurimum inspectio intellectualis autem natura divina est: sicut convenit ex incorporea natura intelligibiles has occasiones ad corporalem generationem posse substitui: cum intellectualis quidem natura intelligibiles potentias faciat. earum vero concursus in invicem materiale naturam ad generationem consequenter educat. Sed hec in transcursu discussa sunt: nobis autem fides ad fidem rationem tota referenda est et pro quorum et non exibitur omnia substituta esse dicimus. Et rursus in aliud quedam transmutanda statu superstite verabilibus edocti minime dubitamus. xxv.

Hec forte quispiam corpora iam soluta conspiciens et pro mensura virium dictam ponderans rationem resurrectionis fidem impossibilem esse fateatur. et stare quod movetur nunc. et resurgere quod nunc non movetur non posse pronuntiet. Sed quoniam ille et primum quidem et maximum de resurrectione veritatis accipiat argumentum quod predicator eius omnibus probetur fide dignissimus. eorum vero que dicuntur fides ex his que predicta atque completa sunt suam retinet firmitatem. Cum vero plures nobis diversos que sermones dicte scripture commendaverit auctoritas: facile erit videre falsa an vera sint ea que dicta sunt ex his que iam completa exploderet et per illa quoque hoc dogma resurrectionis inspice. Ita sicut in aliis rebus fiunt sermones et periculum ad veritatem monstrantur. si hoc exitus mendacium esse cognosceretur. Si vero certe omnia vera sunt experientia ipsa veritate consequens

est per ista vera predicationem resurrectionis existere. Commemorationem vel duorum de his que sunt predicta memoremus. simul quod eorum perferimus eventum: quatinus agnoscamus utrum veritati oratio nostra respondeat. Quis ignoret quoniam antiquitus floruit populus israheliticus omnibus se preferre modum mundi potestatibus efferens. quoniam eorum regna erant in urbe ierosolima. quales muri vel turres. templique quanta magnificentia: ut et discipulis Christi videretur digna miraculo ipsum quoque dominum pervenire attendere sicut erant ex his que evangelium stupore admirationis affecti sicut sancta evangelii declarat historia dicentes qualia opera quales que essent edificationes. Deus autem futuram loci desertionem et pulcritudinis illius excidium his qui in presentiarum nimis admirabantur insinuat. nec eorum que videbantur post paululum dicens esse mansurum. Sed in tempore passionis cum eum mulieres sequerentur plangentes atque lamentantes quod dampnaretur esse iniquam sententiam. Non intelligentes dispensationem eorum que gerebantur potuerunt consilium prebuit ut pro his que eventura erant flebant flentes que lacrimis digna non essent. Differrent autem lamenta vel fletus in tempus illud quo veris exprimerent lacrimas quando civitas eorum premeretur ab obsidentibus. et in hoc angustiarum et calamitatis venirent ut beatum esse quod non esset natus eo tempore reputaret. In quibus et scelus illud quod suos pro fame vorarent filios per hec pronuntiavit. Ubi cum dicat in diebus illis sterilem quoque non pareret esse felicem. Ubi ergo illud regnum. ubi templum ubi muri et turrium celsitudo. Ubi autem militarium illa potentia. Sicut quidem illi per omnes fere terras alius alibi videntur esse dispersi. et cum eorum subversione regni quoque desertum est. Videtur autem mihi hec et eorum similia dominus non ipsa futura verum gesta ante dixisse. Quod enim tam luceri auditoribus afferret quod eorum ventura cognitio. Quoniam et si ante nesciret experientia ipsa cognoscerent. Sed ut per hec nunc de rebus maximis fides consequenter habetur. Nam testificatio quoque in aliis constat ipsis operibus in illis quoque veritatis esse plura ostensio. Quemadmodum enim si quis agricola virtutem seminum inexperto referret ab eo minime crederetur sufficiat ei ad probationem veritatis in uno seminis grano eorum que sunt in me divina demonstrare potentia. ut de reliquis eius firma probetur assertio. Qui enim vidit unum granum ut puta tritici aut ordei aut alicuius ceterorum quod in medimno mensura esse contigit postea quam depositum fuit terre in sacculo in spicam surgere ex hoc uno iam dubitare non poterit etiam de ceteris. mihi de mysterio resurrectionis testimonium videtur idoneum ipsa veritas predicta atque completa fore. seu potius ipsius iam resurrectionis experientia quam non tam verbis quam rebus instructi percepimus. Itaque magnum ad et supra fidem erat de resurrectione miraculum deus ab inferiori signo virtutis incipiens paulatim fidem nostram ad celsiora quibusdam processibus assuescit. Sicut enim quedam mater experte puellum lactans interim labellis ubera teneris inmulget. ac ubi dentes producere cepit offert ei panem non sic est durum aut rigidum ne tibi soliditas exasperet mollitiem gingivarum. Sed mandens ipsa propriis dentibus mollificat et viribus pueri cibum prepar congruentem. Dehinc iuxta provectum etatis ei que erant in mollioribus assueverat cibos adhibet fortiores. Sic humanam pusillitatem deus veluti lactans

infantiam talis a ledo miraculis atque regendo prius per eum
qui desperatus decumbebat conspicue virtutis et resurrectionis indicio
que res ad confirmandum erat quidem mirabilis, sed non talis ut
minime non posse crederetur. imperavit enim febri que socrum Simonis
contenebat: tantam mali causam sic e vestigio tollit ut sine
mora consurgens ministrare posset exile pluribus quam simulantur patris
mortem. post hec iterum paulo propter adiecit: reguli filium languentem
suppresso periculo. Sic enim evangelica narrat hystoria quod tepebat
mora patre vociferante atque dicente. Descende domine priusquam moriatur
puer. ostenditur iter resurrectionis et qui credebatur esse moriturus
miraculum potentia prestantiore perficitur: ut non veniret ad locum.
Sed eminus constitutus unum puero prope vitam restitueret. Deinde nos consequenter erudiens: ad virtutem sublimiora producit. Sola
ad filium principis sponte veniens occasione transitus prestitit ut et
sanitas eius que laborabat per fluxum sanguinis obtineret: et tamen
mora temporis mors prevaleret effectus. Sed nec anima separata de corpore
fuerat quia clamoribus luctuosis que cum plactibus efferebant velut
e sompno puellam in parvo sermone resuscitavit ad vitam.
Via quadam et consequentia singularitate hominum ad maiora sustollens. rursus hec miracula que solita virtute transcendens: celsiore
potentia iter facit hominibus quo fidem resurrectionis admitterent.
civitate quedam Naym nomine in Iudea est sacris scripturis commemoratur.
In hac fuit vidue cuidam unicus filius puer. sed puer talis
qui computaretur in pueris: sed ex parva in iuventute iam iamque
proficeret. Unde et iuvenem illum sermo celestis appellat. plura pium
eius insinuans lamentationum magna et ipsa relatio. erat inquit
vidua mater defuncti. perspicias pondus calamitatis: quam passionem
breviter exprimit. Quid enim est quod dicitur? quia non erat et spes ulla que
posset filios recreare. tanto quoque levamine orbitatis assumeret
vidua quippe erat nec habebat alterum qui ex defuncto consideretur
nam pater ei exstiterat singularis. Quantum vero hoc malum sit fa
cile omnes intelligunt qui nature iura cognoscunt. Solum hunc
in doloribus noverat. solum suis lactaverat uberibus. Solus illius lectum
eius continuum. tota quoque domus eius erat letitie. cum luderet aut ad
ageret eum instruerent aut ornarent. cum coevis in prestolantibus
in palestris in certaminibus ingereretur. omne quicquid mater oculis dulce
preciosumque viderat: solus unicus offerebat. Iam quoque nuptiale
tempus advenerat. stirpis videbatur generis subolescentis munusculus
baculus senectutis et etatis incrementum. erat alia lamentationis
occasio. Talis enim iuvenis resultat: flore simul que marcuerat in
dicatur cui adhuc in vultus lanuginem vestiretur et genarum
decor grato fulgore nitesceret. Quid igitur super eius obitu mater
perpessa? quando viscera eius igne pulsa sunt. cum copiosissimas et
amarissimas lacrimas superfunderet. videns quidem et cadaver
eius amplecteretur ne portaretur sepulchro eius. tanto quoque calu saciari
desiderans diu longas in fletum voces emittere cupiebat. Ut
omnes audientes moveret ad luctum. Sed hoc enim permisit sacra
relatio. Videns enim ipse eam dominus misericordia motus est. et accedens tetigit
loculum. Qui autem portabant steterunt. et dixit defuncto. Adoles
cens tibi dico surge. et protinus eum vivere matri restituit.
Sicut enim in parva mora atque distantia consimilis fidum sepulchri tamen
sepulture vicini sunt a domino resurrexit mortuum. Eadem conveniens

maius sed equale prestitit imperium. adhuc autem magnificentius paravit
signa virtutis: ut magis ac magis propinquaret illi rei quam videntes
de mortuorum resurrectione dubitari infirmarentur. Quidam de familiaribus
Christi nomine Lazarus quem dominus comprehensus amicum ideo distulit visitare
et ab consortio paululum abfuit: absente vita mors advenire
propter. et per infirmitatem quod suum erat efficeret. Dicit discipulis
quid in Iudea contigat Lazaro. et quod illuc sit properandum esse ut eum
suscitaret a mortuis. Illi Christo propter Iudeorum sevitiam memorata loca declinabant exitiale ac periculosum putantes rursus in
Iudeam pergere. et inter ipsos homicidas quoque versari. et tardo remorantes atque differentes ne ibidem redeuntem turba perimeret. Sed
obtinuit ipsorum dominus. eo quoque prevaluit discipulis consentientibus. ut
in lectulum perveniat vel quamdiu modo de spe resurrectionis superet.
Quartus erat iam sepulto dies. cuncta quoque videbantur erga
defuncti iusta persoluta esse: conclabat corpus monumento depositum
et quod erat consequens iam timore distentum corruptionis fetorem sol
vebat. Sanies etiam in terram ipsa necessitate defluebat. Fugi
enda paululum dubio res cogente natura id quod resolutum fuerat
fetores teterrimos exhalabat. hoc autem factum est ut generalis resurrectionis opus quod ab infidelibus minus creditur manifestis miraculis
ostenderet plurimis. Sed non enim qui elevatur ex consistendo non in extremo
locatur retinetur in vita. non puella nuper mortua suscitatur.
monumento proximus iuvenis suum feretrum deserit. Sed iam
nos pannis putrescens atque defluens iter non penitus esset de
testabile ut dominus propinquiter moriturus propter miseram molestiam a
resoluto cadaveri. Una tamen voce vivificatus fidem facit pre
cateris que spem resurrectionis affirmat. hoc est quod de vivis
sis in quo credamus: quod in paulus expertus ipsa didicimus. Sicut
ubi resurrectione dicit apostolus ipsum dominum de celo descendere in iussu
et in voce archangeli et in tuba dei. ut ad incorruptibilitatem
mortuos excitet. Ita et nunc morte velut sompnum quendam
impio dilecte vocis sonus qui erat in monumento discutitur. et con
tentionem quam de morte puenat a se longe secludens integer atque
perfectus exiit de sepulchro. Sed ipsius videlicet quibus erant altera adiun
giendum omnino prohibentur parva hec estimans ad faciendam fidem
quod resurrectionem fore credimus mortuorum. ad quos et ex aliis hic
tibi debere firmari sentiam. Sic enim frustra videntur hiis qui
erant Capharnaum velut ex persona eorum dixisse dominum. Vulgo
dicens in hanc parabolam. Medice cura te ipsum. Oportebat enim
ut quod in aliorum corporibus fecerat resurrectionis miraculum hominibus
videret in seipso ipsa id quod hoc est apostolus in terris spes mode
predicationem suam et ipsa morte confirmans. Vidisti puellam nuper
iam defunctam. iuvenem quoque propinquantem sepulchro. Secum Lazarum
pene tabe resolutum. omnes equaliter ad vitam una iussione
vocatos. quere et eos qui ad mortem et ultra per sanguinem
devenerunt: Sic quis fortis in hoc defecit sit quam in sua circa
vivificatus appareat. Cerne clavis domini manus esse transfixas.
cerne latus cuspide perforatum. Circumfer digitos tuos per aperturas
clavorum. committe manum in vulnus quod ex lancea constat effossum. et
niteris forte quantum ad interiora cuspidis acumine penetrare potuit
ex latitudine cicatricis eius licet metiaris consensum. plage
enim ipsi impulsu viribus maius effecta quam in tale descendit. cuius

ostendit. Si ergo hic apostolus resurrexit a mortuis: optime illud apostoli proferimus. Quomodo quidam dicunt in vobis quia resurrectio mortuorum non est? Quia ergo omnis predicatio divina vera monstratur ipsa testificante scriptura. Id est nunc non tantum verbo didicimus. Sed opere ipso manifesta promissionis eius spem percepimus quam iam ad unum de resurrectione venerit nos accepisse gloriamur. Que iam incredulitas ulla remanebit occasione renuntiantes hiis qui per philosophiam et inanem fallaciam decipere simplicitatem fidei moliuntur? Pollicitam confessionem spei nostre tenebimus in parvo discentes a psalmista gratie ei cum dicit ad dominum. Auferes spiritum eorum et deficient et in pulverem suum revertentur. Emitte spiritum tuum et creabuntur et innovabis faciem terre. Quando et letari dominum in operibus suis affirmat cum deficient peccatores a terra. Quid nisi quod peccatores vitia vocabis cum iam peccati esse non poterit.

xvi. Sed sunt quidam qui huiusmodi cognitionis defectu ad mensuram nostram divinam potentiam iudicantes quod ipsi capere nequeunt non deo esse possibile confirmant. Ostendunt nobis antiquiorum reliquias mortuorum prius absumptas et que ignis redegit in cineres. Et super hec bestias que vescuntur carnibus huic rei admonent. Monstrant et pisces qui carnem hominis naufragio pereuntis in suum convertunt corpus. Et hunc rursus escam esse hominis atque in comedentis quantitatem per digestionem esse conversum. Nulla quoque alia minus inepta et magne dei virtuti atque magnificentie prorsus indigna ad subversionem veri dogmatis proferunt. Tamquam non possit deus per hec eadem rursus exquirere et quod ipsum est hominis restituere. Sed nos in brevi plurimos validissime eorum succidamus excursus. Confitentes resolutionem quidem corporis in ea que ex quibus constat. Nec solum terram iuxta divini sermonis auctoritatem in terram reverti. Sed et aerem atque humorem sue similitudine porcionis restitui. Et singula que in nobis sunt ad originem cognationem quamquam ipsam commiscere. Et licet volucribus carne vescentibus licet feris inanibus humanum corpus tradatur in cibum eius quod hiis casibus minuatur. Licet sub dentibus piscium videatur et per ignem in vapores convertatur et pulverem. Ubicunque natura subiecta transeat quocumque confluxerit tamen intra hunc mundum esse eum necesse sit. Quem dei manu contineri vox ministri divinitus inspirata cum dicit. Quia in manu eius omnes fines terre. Quod si tu non potes ignorare quod tuo palmo contineas: opinaris scientiam dei que virtute superior eorum que divina manu continentur id quod certum est omnino preterire.

xvii. Sed fortassis ad elementa toci mundi respiciens difficile putas flatum nostrum ad cognatum elementum aeris attractum. Calidum quoque et humidum atque terrenum nostre substantie communis partibus immixtum. Item de quo singulis quod est ipsum posse restitui. Proinde tu vel exemplis hiis an non cogitas hec quoque dei virtutis fines non posse transcendere. Vidisti profecto alicubi in commotionibus hominum omnem gregem simul in uno pascentem. Sed cum rursum grex per possessores proprios dividitur seu consuetudo locorum seu signa pectoribus impressa quod suum est restituunt singulis. Tale quid et de temet ipso peracta nunc ab eo quod deceat aberrabis. Denique cum talis video atque carnatione esse corpus suum quod intravit anima detecta sibi inest ei quedam latens per commixtionem qua nec habet tamen affectio atque cognitio. Veluti a natura quibusdam signis impressis per que convenientias ingenita permanens discernantur corporibus singulorum cum ergo anima cognatam atque propriam rem ad semet ipsam rursus attraxerit. Quis ordo labor et dicam profertur non prohibente virtute ut sua rursus in sese conveniant. Et ineffabili quadam nature connexione ad propria queque concedant quod autem anime et post dissolutionem signa quedam conformationis nostre permaneant ostendit illa disputatio que apud inferos facta est. Quod corporibus iam sepultis divitis animabus inserat quandam noticiam corporalis per quam et lazarus agnosci nec dives potuit ignorari. Sic ergo contra rationem est non credere rursus ex quo competenter resurgentibus corporibus redire et maxime id attendit qui naturam studiosius investigare curavit. Sola enim per omnia fluunt atque commutantur ea que nostra sunt. Alioquin incomprehensibilia prorsus existerent nulla statione humana per naturam. Sed diligenter exploranti sunt videtur eorum que in nobis sunt aliud stare: aliud non mutatione defluere. Corpus enim per incrementa decrementaque mutatur. Veluti vestes quasdam etates se induens consequentes. Stat autem per omnes has mutationes species immutabilis in se signa que sibi semel a natura sunt impressa non deserens. Quibus per universas corporis mutationes suam noticiam retinet. Excepta autem hinc ratione illa permutatio que speciei autem accidentis contingit. Sola veluti alienam quedam persona feditate sumit species per quam langoris incommoda sustinet. Qua ratione quedam ablata sicuti a sola anima syrio vel ab hiis quos euangelia referunt. Illius species que sub passione latebat in suam noticiam recepta revertitur sospitate. Igitur iuxta quod deo est similis nulla mutatione fluit atque convertitur. Sed semper permanet idipsum sui existens. Et quia resolutio sua divina similitudine continet. Et quam diversas species quasdam mutationes efficiunt. Tantum non ad quod elementorum. Hic elementa autem dico que universe conditionis sunt subiecta. Ex quibus humanum corpus consistere perhibetur. Necesse species veluti impressa signaculo permanet anime. Formam quoque ipsam ex impressione suscepta nullatenus ignorat. Unde tempore restitutionis ea recipiet rursus in se que forme ipsi congruerint. Congruunt autem illa quoque ab initio speciei plasmatur inserta. Quod non extra rationem videtur rursus ex quo ad singulos redire quod suum est. Dicitur autem et ydrargirum quod argentum vivum vulgo appellatur si per prona atque pulverulenta loca fundatur in pilas minutissimas per terram dividi. Nec ullis sordibus concretis unum posse consistere. Si quis autem rursus id quod multipliciter dispersum est in unum redigat ipso generis fonte congrui nullis ad commixtionem suam interiectis impedimentis. Tale quid arbitror oportere et de compositionem hominis attendere. Moyses enim ut a deo facta sunt arbusta vel que sibi pares similes proprius inseruntur. Paribus sine ulla difficultate eius qui naturam restituere dignatur. Sola et in hiis que nascuntur e terra nullum laborem nature conspicimus. Cum triticum vel milium vel quod aliud seminis vel leguminis frumentum in culmina aristas spicasque convertit sine difficultate. Sola quoque ultro congruis escis de quo ad unicuique competentem seminis trahit. Si ergo omnibus et terra germinibus communis humor exponitur ut unumquodque quod per eum nutriatur id quod sibi competit ad propria attrahit augmenta quid novum si et in ratione nostre reparationis hic fiat cum a singulis resurgentibus id quod est proprium sit in seminibus accidit attrahatur. Ergo ex hiis omnibus possibile addiscere non extra ea que nobis

experientia ipsa nota sunt predicationem resurrectionis existere. Et quidem de his que nunc ita sunt id quod est nouissimum silentio pene transierant: ipsum dico nostre formationis exordium. Quis enim nesciat constitutionem nature et quod accipiat materna uulua, quod uero procreatur: certum quidem simplex quodammodo est et exiguum quod uisibilibus in occulto constructionis corporis nostri deponitur. Varietatem uero partium istiuc quis poterit explicare sermone? Quis autem nature compositionis huiuscemodi opus esse cognoscens non possibile putet quod generatum quasi illud primum et pene pro nichilo ducatur hoc tante rei principium esse noscatur. Magnum autem dico non solum ad formationem respiciens corporis set post animam ipsam prius admiratione dignam esse prouisio et ea que sunt ipsum mente contuentes.

xxviii.

Puto namque non otiosum et certa propositi esse negotii hic perquirere a nobis quod in ecclesiis ambigitur de anime constitutione uel corporis. Quibusdam enim uisum est qui ante nos de principatibus disputauerunt uelut quandam pestilentiam protulerunt, qui in uarietate prima anime constitutant ante. Sunt enim illis tam malitiae que uirtutum exempla composita. Et perueniunt quidem in hiis animam nulla corporalis quo comitis experimenta sentire. Si uero a bonorum participatione defluxerit: tunc ad hanc uitam recidere atque in corpore commorari. Alii uero traditum a moyse ordinem de conditione hominis intuentes secundo loco id est post corpus animam iuxta tempus affirmant: cum deus primum accipiens limum de terra formauit hominem: et ita per insufflationem deinceps animauit. Hac autem ratione prelatam asserunt corpus esse quam animam que ei coniuncta est eo quod ante formatum est. Dicunt enim ipsum corpus animam fecisse ne sine spiritu formatio immobilis permaneret. Omne uero quod propter aliquid efficitur sicut euangelia perhibent cum anima plus est quam esca et corpus plusquam uestimentum. Quoniam ipsum hec illa gratia facta sunt. Non enim ipsum esca facta est anima. Nec uestimentorum gratia constitit corpus esse formatum. Sed cum hec ita consisterent illa ipsum usum necessarium sunt prouisa. Quoniam igitur accusatio utriusque opinionis uituperatione non caret. Et eorum qui prius uiuere animas in suo quodam statu atque ordine fabulantur et eorum qui eas post corpora creatas existimant. Necessarium esse reor ea que in eorum dogmatibus asseruntur aliquatenus explorare. Sed si uolumus utrumque diligenter inuestigare sermones et uniuscuiusque pariter patefacere quam ipsorum opinionibus plane inheret, spatio longi sermonis et temporis indigemus. Et ideo paucis sicut est possibile ea que ab eis dicta sunt uidentes ea refellere non moremur. Qui primo proferunt patronum prelatum et antiquiorem animarum constitutionem preter hanc uitam corporis asserunt. Non mihi gentilium dogmatum carere uidentur erroribus que iam de animarum in corpora transmutatione fabulosa finxerunt. Quoniam si quis diligenter examinet ad hoc assertores eorum perduci ipsa necessitate deprehendet. Quandam quidam retulisse qui apud eos sapiens esse putabatur quod et uir fuit et femina deinde cum uolucres euolauit. Frutex quoque inter dumeta floruit et ad postremum uitam sortitus in humore sic piscis dictus a uero: et quidem iuxta eius iudicium qui talia de se proferre non puduit. Uere namque ranarum coruorumque garrulitatibus et irrationabilitate piscium et arborum insensibilitate digna hec eorum dogmata comprobantur que unam animam per tot res transire confirmant. Ineptie uero huius hec causa est: quia ante substitisse animas arbitrantur. Consequens enim producit dogmatis eorum in antiquiora tendens ac promouens usque ad hoc monstra delabitur. Si enim propter aliquam maliciam a sublimiore statu decidens anima sic asserente efficitur. Hic uitiosior autem post eam conuersatio corporalis. Que illa intellectualis et incorporea. Sed etiam rursus et tali uita posita in qua plures occasiones peccandi esse non possunt amplioribus maliciis afficitur et uitiosiorem quam antea declarari. Humane uero anime uitiositas irrationabilibus consimilis est familiaritate adiuncta in naturam iumentorum quadam uertitur. Semel enim per maliciam progressa est et cum irrationabilium uita affecta fuerit nequaquam a maiore promotione desistet. Mali namque initio: uirtutis finis est. Uirtutis autem irrationabilibus est nulla. Semper igitur in peius ipsa necessitate mutabitur in id quod est deterius adiectius quam perficiens et ad hoc quod extremum est naturam inueniens mutatione procedens. Sic autem transcenditur rationalis natura sensibilem, sic ab hac ad insensibilem casus est. Hucusque eorum sermo procedens: licet extra ueritatem feratur, tamen quandam consequentiam ex ipsis ineptis consequentiis. Hinc est per tragica et impossibilia fabulosum eis dogma generatur quod anime consequentium omnimodum demonstret interitum. Quoniam semel a sublimi conuersatione defluxerit: in nulla mensura malicie stare iam poterit. Sed passionum affectibus irretita a rationali quidem ad irrationale transsilit: ab eo quoque ad singularum uitam transiliet. Insensibile uero et exanime quidem esse uidetur. Exanime autem sequitur quod non est. Ita prorsus hac eorum consequentia ad id quod non est penitus anima resoluetur. Quoniam ipsis erit ei per necessitatem ad meliora transgressio. Si non reducunt animam e dumentis ad hominem. Igitur prelationem uitam que in dumentis est congrue modum conuersationis in corpore per ista demonstrant. Ostensum est nunquam quia processus anime uitiorum ad mala consequenter deuolutae ad extrema inferiora. Quoniam sic examinus naturam que insensibilis ad quam extremitatem uitium dogmatis eorum animam consequenter adducat. Sed per hoc illi nolunt aut insensibilia concludantur animam necesse est. Aut si hinc ea rursus ad humanam reducunt meliorem sic demonstrant ligneam uitam illi prime intentionis ostendere. Que quidem exinde ad malicie ruina facta sit. Hinc autem a uirtute tribuatur exceptus. Igitur sine capite et sine fine hec asserendo esse monstratur quod animas apud se prius per uitam in carnis creatur uiuere et propter maliciam corporibus obligari. Eorum uero qui iuniorem corpore animam esse crediderunt destitutio in consequentia per ea que in superioribus exposuimus. Quapropter ea reiciendum est uero quod ab utrisque defertur. Per medium uero opinionum istorum oportet dogma nostrum in ueritate dirigere. Est autem hoc quod est non iuxta gentilium seductionem malicia quadam deprimuntur animas opinantes. Que illi quasi ad rotationem toci propter nimiam uelocitatem ferentur, per inbecillitatem occurrere nequeuntes. Ob hoc in terram recidere perhibentur. Hinc rursus hominem uelut statuam quandam ante formatam et propter ea animam commodari. Alioquin illi tamquam luteae nature intelligibilis inferior esse monstrabitur.

xxix.

Sed cum unus homo sit qui ex anima constat et corpore unum eius et commune principium oportet constitutionis existere ne sibi ipse antiquior posteriorque uideatur ut corpus in ea conditum prima et secundum consistat alterius. Et in prescientia quidem dicit uirtutis iuxta rationem paulo ante digestum omnem plenitudinem humane conditionis ante substitisse perhibet testificante nobis in hoc prophetia que dicit

nosse deum omnia antequam fiant. In singulorum vero constitutione aliorum
non preterimus alia. nec ante corpus animam: non extrinsecus dei. ne dicas
hominem iuxta dictam causam in semet ipso dissentiat. Sed tamen
duplex intelligatur una natura et doctrina apostoli. visibilis scilicet hominis
et latentis. Si quod quidem ante subsistat. quod autem post superveniat:
imperfecta quidem videtur uterque. videbimus conditionis quam non simul utrumque sunt
creat. Sed diviso opere seorsum in singulorum medietatibus occu-
peretur. Quemadmodum vero in tritico aut in alio quolibet semine
cunctam speciem videmus quadam potentia comprehendam
hoc est futuri culmum internodia involucra fructuum atque aristas
et nichil eorum ante subsistere in natura rerum. aut per accidens dicimus
sed inchoatam vim seminis quidem naturali ordine declarari. non
aliam ei superinduci posse naturam. Juxta hanc rationem et hu-
mani etiam seminis corporis consistit. quod in prima conditione
occasione factum quidem simul est iuxta rationem potentiam. tendit
vero et declaratur quadam consequentia naturali ad id quod presens
est promovens. non ad extrinsecus ad occasionem sue perfectionis
assumens. Semen ipsum namque ad id quod presentem consequeretur
accedit: ita ut non ante corpus animam. non precedere animam subsistere
corpus affirmari veraciter possit. si unum sit utrumque principium
apud iuxta alteriorem quidem rationem in prima dei volun-
tate dispositum iuxta alteram vero in generationis occasionibus ini-
tiatum. Sic enim non est membrorum distinctio ante formationem
in eo quod ad conceptionem corporis iacitur inspicia: ita non anime
operationes contemplari in eo ipso possibile est priusquam exeat in
operationis effectus. et sic nullus ambigit in membrorum et vise-
rum distinctionis illud quod est depositum figurari non alia quam certe
te virtute sed ea quam insita nature est ad hanc operationem sese
exerente: ita et de anima prolatione vitali illis arbitrandum. quia et
non modum per aliquas visibiles operationes agnoscitur. non tamen in eo
vivus genitus producetur. Jam sic corpus fuit hominis in illo et
vi quadam atque potentia. latet autem ipse quamvis negatur apparere:
postquam necessaria consecuta fuerat atque promittitur. Sic et anima
quidem est in illo licet nondum appareat. apparebit autem per proprium
et naturale operationis effectum corporali simul tenero presentiens
Jam enim non a mortuo corpore sed a vivente atque spirante
vivus in conceptione propagatur: ideo dei tunc esse nec mortuum
et exanime non putandum quod a vivente in occasionem vite di-
rigitur. caro namque et exanimis utique mortua est. mors
enim privationem quandam vitalem dixerit. sed tamen exanime quamvis mortuum quis
quamvis anima auctor assevereret. Si quis autem et evidentius exigit ar-
gumentum quod vivat illa portio quam principium formandi aliquis
efficitur: possibile est ex aliis signis quibus mortuum decernitur
ac separatur a mortuo super hac parte conspicere. argumentum
namque vitalis rei de hominibus sumimus: quod quis caleat quod mo-
veatur quod operetur frigidum vero atque immobile in corporibus non est ad
quam ipsi mortalitas. Calidum quod atque operatum videmus
esse de quo loquimur: hinc est quod exanime non sit argumentum colligimus
Sed quemadmodum iuxta corporis portionem non illud dei carne
et ossa vel capillos et cetera que consistunt in homine. Sed vi quidam
atque potentia esse horum singula. nondum vero visibiliter apparere:
Sic est iuxta anime portionem nondum vitale eius et invisibile
et cetera que de anima consideratur. locum in illo hinc commemoramus
proportione vero formari corporis atque consummari est simul esse

anime dei cum suo perficere. Sicut enim perfectus homo inter maiores operatur
anime visibilem operationis effectum: sic in exordio sue conditio-
nis aptos et congruos in se perfectas usus anime demonstrat ac in
suis ut sibi per insitam materiam aptissimum domicilium
formet. Hoc enim possibile esse credimus in alienis edificiis animam
competenter inseri: sicut non est impressum cere signaculum alie-
ne prius sculpture congruenter aptari. Quemadmodum vero corpus
ex parvo procedit ad id quod perfectum est: sic et operationes anime conse-
quenter sic consecuntur atque proficiunt. Procedit quidem enim in prima
conditione velut quedam radix abdita ea vis tamen que
teneritas ac invisibilitas est distributa. Hoc enim paulatim incrementis
amplius recipit. Deinde cum ad lucem pervenerit id quod intus
est germen quod prius latuit: tunc in eo germine sensibilis efflorescit.
Jamque colligitur et in mediam magnitudinis crescente exercet
velut fructus quidam rationalis vis incipit elucescere non omnia
simul apparet sed cum incrementa sui profectus diligentius exercitatur
tamen quia per fructificationem quamvis capax est sui potentia. Si vero in hoc
formatione corporis operationes anime forsitan inquiris: attende
semet ipsum sic anime exemplis et quos in libris sic historia opera-
tionis anime plerosque. ipsa enim est quedam non fabulatur omni usu con-
motis efficaciter variis in corpore occupationes anime sive in vi-
sa seu in peccatis conditione demonstrat. Sed de nobis superfluum
puto commoneo agere et velut quibusdam periculi et exterioribus
constitutus miracula consueta narrare. Quis enim se intuens
verbis indigeat quibus nature vim cognoscat: est quippe
facillimum ut quis modum vite sue consideret et qualiter ad eam
operationis vitalis effectum opportunum corpus gerat expediens:
animadvertat erga quod occupata sit anime primordialis seu
potentia seminalis illa potentia. ut ex hiis nimirum et consimilibus
clareat quia non sit mortuum hoc exanime quod ad itera-
tionem aliis ex vivente corpore decisum opificio nature
deponitur. Jam et fructuum interiores et radicum pullula-
tionem nondum procreata vivacissimo vigore quam eius est virtute per-
naturam cum terre committitur quamvis occulta tamen viridam
quantitatem conservat. tale vero vim atque potentiam non conser-
tra quam committitur velut a semet ipsa extrinsecus largiens
alioquin et mortua ligna faceret germinare. sed quod est insitum
producit ad lucem amore suo in modum nutricis quod plantatum
est in radicem ac medullam et corticem ramos quoque perfici-
ens. quod nequaquam fieret nisi aliqua concreta esset potentia naturalis
quam cognatam et congruam ex adiacentibus alimoniam traheret
germinis aut arboris aut spice vel ad ex hiis velus efficitur.

Per quamvis celsissima corporis nostri formatione ·xx·
quivisque a semet ipso doceatur ex quibus intelligitur et
vivit et sentit. Nam preter huius magistram. tamen ex libris
sapientium qui ista studiosius scrutati sunt facile est universa
diligenter addiscere. Sic multi namque qualiter positiones habeat sin-
gula que in nobis sunt per eam quam medici dicunt anathomie
id est divisione singulorum nodorum atque venarum ipsi quod certa sunt
universa corporis membra intrinsecus atque exterius contemplati sunt et
aliis revelaverunt: ita ut sufficiens hinc humane utilitatibus
cognitio studiosis exhibetur. Si quis autem de hiis perquirit a
nobis: presto ei magisterium prebebit ecclesia. hec enim spiritua-
lium lex est omnium sicut deus ait ut alienorum vocem non audiat.

unde Simone de his breviter afferam. tria quidem de nostra
corporis intelligentia percepimus: constitutionem generalem singula que in nobis
sunt constituta esse causa. Quedam namque propter vitam. quedam vero
propter bonam vitam. Quedam ad successionem posteritatis optime
fabricata sunt. Cetera quoque que in nobis talia videntur sine quibus humana ne-
quaquam vita subsistere: hec in tribus item partibus esse sentimus id est
in cerebro et corde et iecore. Cetera vero in augmentum bone largi-
tate nature ad bene vivendum homini collata sunt sensibus esse
declarantur. Sunt quippe vitam quidem nostram non continent que et de-
ficientibus ex his sepe nullo quibusdam vita non omnis sibi homini. set
insolubilis et sine illis effectibus vitam suavissimam continet. Tertia
quidem diversis membris consequentibus respiciat ad successionis officia. Sunt
autem et alia preter hec quedam que ad perseverantiam corporis gene-
ralis membris subiecta sunt omnibus operibus ex se congruas afferentes. sic
venter et pulmo hoc quod spiritum que sumit ac reddit cordis
igniculum perflans ille vero cibos intestinis in se suscipiens. cum
sic igitur formatio nostra dividatur: intelligendum intuendumque quod non
simpliciter per unum ad membrum vis illa que ad vitam nostram perti-
net ligatur. sed plurimis partibus occurrens nobis ad conservationem nos-
tram natura distribuit necessarias ad universum corpus ita ut quamquam
ad cautelam vite ac pulcritudine eiusdem nature molesta est
hec videatur esse complurima mixta adiuncte distantiam prorsus
humana. sed arbitror dicendum quod oportere breviter prima principia que
ad constitutionem vite nostre pertinere monstrantur. quamquam non tocius
corporis que continent membris singulis subiacent nec a nobis recedenda est
cum non ad corporum presens ad perducere contemplatione velut nature
dispositio spectare videantur. Ceteris igitur fatentibus omnium elementorum
que in hoc mundo sunt in nobis exsistere portione calidi scilicet et frigidi
sicci et alterius coniugationis que in humore ac siccitate consistit
de singulis a nobis est utique dicendum. perspicimus itaque tres
esse dispensatrices vite potentias quarum una quidem universum
corpus calore proprio refovet. altera vero madefaciat humore
quod calore confectum est ita ut equa temperie aliquid in medio ex
utraque qualitate succedat. quatenus nec humore deligatur caloris ha-
bitudo: nec calore copia humoris exsiccatur. Vis autem tertia
per semet ipsam iuxta quedam congruentiam atque modulationem
sunt membra que distincta sunt continet suis ea copulans vin-
culis et omnibus perrogans per sese mobilem spontaneumque virtute:
que si deesset: solutum atque inmobile corpus exsisteret ulteriora sine
vivacitate atque efficientia destitutum. magis quam post artificium
atque molimen nostre nature in ipsa ordinatione corporis dignum est intueri.
Cetera namque omnia quod durum est sensibiles efficientias omnino non recipit
sicut videmus in ossibus nostris et in frutectis atque arboribus in
quibus quidem vite quedam species cernitur in eo quod crescit et creatur. non
tamen admittit illa sensum sibi durities. hec vero generalia operabit
quedam formationem instar cere mollis in sensuum operatione
supponi que posset accidentalibus formis imprimi. non nimio humore
fluxam non enim potest in humido quod imprimitur perdurare. nec duricia nimis
rigidam quod nescit cedere ymaginem neque impressione excipe-
re. sed inter has esse mediam quidam inter flacciditatem scilicet ac rigorem
sic operis nature potentiis motibus dico sensibilibus aliquid ordina-
retur. Quamvis igitur quod molle est et cedit facile non tamen solidum

corporate firmetur: profecto inmobile atque indissolubile est iuxta eos
quos pulmones marmos vocant. ideo robur ossium suum corpo-
natura prostituit que invicem per eorum modulationem pertine-
copulatas nervorum nexibus compages eorum invectas quoque constituit. Ce-
tera eius modum sensibilis vigoris insolevit: Tamen paulo duri-
ore quam superficiem pallidis fertur involvens. hunc ossium suum na-
solidissime veluti quibusdam columpnis molem sustinentibus
totius corporis humani imposuit non indistincta aut indiscreta utique eadem
ossa compegit. aliquin inmobilis et sine operatione mansisset: si
ita fuisset homo formatus velut quidam arbor uno in loco
consistens. cum nec alterna crurum motione in anteriora procederet
nec manuum ministerio vite eius commoditas appareret. nec autem
gressuum atque actuum hac perfectionis formatum est instrumentum: verum
spontaneo spiritu qui nervis insertus est ulteriori motus corporis conditus
est. hinc administratio manuum varia atque multiplex et accommo-
datissima ad omnes pretius exercitium officii. hinc cervicis inflexio
et capitis inclinatio atque erectio et omnium membrorum efficientia quam
palpebrarum quoque collectio simul cum inflexu procedens ceterorum quoque
et motus ipse membrorum nervis extendentibus ac relaxantibus velut
quibusdam machinis operatur impulsus. potestas autem per hec vi-
vitis spontaneum gerit imperium. ac voluntario spiritu una
quedam nature dispensationem in singulis apud demonstratur cuius
radice vero atque principium omnium motuum qui per nervos effi-
ciuntur membranam illam que cerebrum continet comparatam nostri
perclarunt. sed igitur arbitramur iam curiosius nos debere perspicere de
efficacia membrorum aliis cum homines minus sunt in cerebro formatus
declaratur. Quod autem maximus vigor ad tuendam vitam nobis
a cerebro conferatur: ex contrario accidentis evidenter agnoscitur. siquidem si
ulcus aliquod vel lesionem membrana ipsa pertulerit: illico mors se-
quitur passionem quippe cum illato vulnere non ad perfectum ipsius natura
posset obsistere. sed veluti fundamento quodam subruto totum
simul edificium aperte decidit. Ceterum igitur portione totius corporis sed
manifesta pervenies: in hac parte vite causam subesse nullo pacto
negandum est. cum vero et eorum qui desinunt vivere restinguitur
intimus calor. et ita quod mortuum est frigescit: siccescit cum
vitalem nobis esse in calore subsistere. quod cum deesset: mors profecto
subsequitur. et ideo caloris presentia aliquid vivere confitendum est. Huius autem vis atque
potentie tamquam fontem quendam atque principium cor esse perspicimus:
ex quo in modum fistularum multiplices vene per omne corpus calidum
spiritum fluentem quoque diffundunt. et quoniam oportebat cibum quoque quendam
calori semper a natura largiri. quia sicut non est igne in sese di-
urne nisi congruis pascatur alimentis: ideo rivi sanguinis tamquam
de fonte quodam iecoris calore suo generantur. et utique simul
per omne corpus excurrunt ne aliud desoletur ab alio. et tali
vitio natura depravetur. hoc ipsum vero deceat abstinentes
nature ipsius equalitate formatos quia a varia sit quidem corrup-
passio. et quia sine illa indigentia est sola divinitas. sola paupertas
cuius humana indiget huius que sua videtur subsistam gerunt. Sed
tibus huius potentiis quibus universum corpus gubernari perdocet in sui
ente existendo materiam nature dispensat diversis instrumentis
id quod singulis congruit administrans. Itaque fonti sanguinis qui
iecur: esse cum distributionem continet: quod autem tali pertinet

sua semper ingerit ad iecoris fomitem. Iecur quippe ipsum ex iecore diriuari quemadmodum si nix in montibus humore suo riuos augeat fontes. et per alterum et per inferiores uenas liquorem ipsum deriuat. Cordis autem prestantie uicinum membrum submittitur eiusque quod appellatur pulmo. Est autem aeris receptaculum per uenam arteriam que ad os usque porrigitur flatum extrinsecus ducens. In medio quippe cor positum instar ignis quod in motu semper uersatur et continue crematur et ipsum sine cessatione mouetur atque operatur. et sic fabrorum folles efficitur. pulmo hic ad semet ex adiacente spiritu continuis extensionibus repletur. et quod in se est igneum arteriis adiacentibus refouetur. et hoc facere non cessat. id quod quodam extrinsecus per restrictionem ac respirationem ad sese trahit quod autem circa se est per comprehensionem ipsius arteriis inferens. quod iam uidetur et hic spontanei flatus hanc nobis etiam sine cessatione tribuisse. sepe denique mentis in aliud occupatio animum non concedit in sopino corpore resoluto. flatus tamen qui ducitur ex aere cessare non potest. non aliquantulum quod cogitatione in hoc ipsum spontanee uoluntatis arbitrio. opinor enim quod cor pulmone quo uinctum atque circumdatum ex posteriore sui parte respirationibus atque compressionibus suis melius moueatur. et attractionem aeris emissionemque ipsi pulmonis machinentur qui rarissimus atque inflatiuus omnia sua uelut foramina ad fundum atque submittentem arterie patefacta retinet. et coarctatur quod necesse qui in suis residet sinibus exhalat. cedens autem ac rarescens rursus attrahit aerem per dilatationem dum mouetur. et huius non uoluntarie respirationis hec causa est quod id quod in nobis igneum est ac feruidum quietum esse non possit. namque ipsius caloris est operatio motus. Hic autem principium in corde esse perspeximus id quod iuge in hoc agitationis est indesinenter aeris attractionem emissionemque per officium pulmonis operatur. Propterea si quando contra naturam calor excreuerit. flatus eorum qui febribus coarctantur celerior efficitur uelut accensa corde supposita sibi flamma nouum spiritum continuatione restinguere. Sed imprimis quidam natura nostra et omnibus que ad sui constitutionem pertinent indiget non solum ipsius aeris ac spiritus penuriam patitur. Sicut flatus qui calore fouet intentum ad aliam conseruationem iugiter extrinsecus trahitur. sed etiam alimentorum substantia que corporis pondus alleuiat. extrinsecus accommodatur prouidenter. ideo cibis et potibus indigentiam suam supplere contendit. appetitiua quedam uis eius rei que deest et expulsoria eius que superfluit corporibus inserta. nec minima per hoc nature cooperationem ad fouendum cordis incendium prestans. Sicut quippe uitalium membrorum magis ipsum cor esse uentriculus iuxta redditur superius totum quod singulas partes spiritus sui calore confoueat. ideo per omnia et efficacissimus formator noster instituit ut nulla pars eius otiosa uel uacans ad dispensationem totius corporis appareret. et post tergum quod suum pulmone per continuum motum ad se protrahit. aditus eius expeditur ad susceptionem aeris. item quippe deprimens exhalare quod receperat compellit. In anteriora uero sui uentris penitus inuinens calefacit illud. et ad operationes proprias habilem reddit non ad resolutionem sed excitans. scilicet ad acceptionem cibi sibimet continentis impellens. proxime non ingutur inter se arte ac spe in longum porrecti alter ad alterum esse quippe intestina superiori uno durum

ita tamen ut copulentur inuicem et uno aditu ore claudantur. Unde ille quidem esse: hic autem spiritus ingressus efficitur. Sed in aliis recessibus uiscerum necessaria coniugationis aditus conseruatur per omnia perueniat. Sicut in medio utrorumque fine cor positum ille quidem ad flatum: huic autem ad recipiendum cibum tribuit facultatem. siquidem propter uero naturam igneam materiam quam consumat requirit. quod et est calor susceptori uentrem necessario prouenit. Ingestis namque igne per uicinitatem caloris efficitur. intantum magis cibus quam calore indiget semper exposcit. Huiusmodi autem desiderium contingenti appetitum uocamus. Si uero sufficientem materiam uenter acceperit. sic quod ignis operatio conquiescit. Sicut quemadmodum in conflatorio coadunationem quandam totius materie perficiat resoluet quippe uniuersa atque permiscet ueluti ex colatorio quodam ad subiectos refundit aditus deinde grossiorem partem a sinceriore discernens tenuiorem quidem substantiam per quosdam tramites ad iecoris deducit ingressus. limosam uero ciborum feculentiam ad latiores intestinorum aditus trudit quibus multiplicibus et uoluminibus uersans ne protinus cibum in uisceribus retinet ut ne cito cursu facile pulso mox alius appetitum edendi commoueat. et iuxta suam naturam brutum nequaquam homo ab hac occupatione desisteret. et quoniam iecoris maxime caloris cooperatio necessaria esse probatur ut humor uertatur in sanguinem. hoc autem membrum a corde iuxta positionem interuallo non minimo separatur. sicut enim reor fuisse possibile ut principium quoddam atque radix uitalis potentie alterius angustaretur uicinie principii. sic quod tamen in dispensatione corporis per distantiam ea inde sibi peccaretur. tramites neruosius consimiles materiam huius quod est illa precedere sit apellatur excipiens a corde feruentem spiritum producit ad iecur. illic quippe iuxta aditum quo humida recipiuntur angitur et calefaciens eandem humidam substantiam ad eius continuatio calore igniti uigoris inserit. hic spiritus sanguis rubeus colore uergitur. exinde uero connexi gemini quidam riuuli in modum fistularum singuli ipsum receptacula. ille quidem spiritum: hic autem sanguinem quo lapsu facili humida substantia motu caloris excitata. et recreato per totum corpus multipliciter dissoluitur in plura riuulorum principia que se per omne corpus inserta. propterea uero simul uitalium potentiarum duo principia siue quod calore seu quod humore per corpus ubique diffundit uelut ad uectigal de suis necessariis ei quod principale in uitali uigore primum administratur. hec autem uis in membranis cerebri esse conspicitur. ex quo omnium motus articulorum et consolatio totius quod uiuens ei spiritus uigor singulis membris inspersus efficitur similiter ac sese mouentem terrenam naturam substantiam statuam uelut ex aliqua machinatione demonstrat. Sicut caloris quod est minutissimum. et humoris quod tenuissimum est per utrumque uim admixtione quadam ac temperatione coadunata cerebrum nutrit ac refouet per uapores. ex quo rursus ad id quod est purius exhalatio tenuata pungit membra. sicut iam illa cerebrum continetur. que est de superioribus in profundum in modum fistule porrigens et per uertebras connectens sese atque interea sibi medulla protenus extendens in fine totius spine dorsi desinit. ac deinde ossibus atque neruis. sinuosa compagum ac medullarum principium ueluti quidam auriga prouidens singulis ad stationem uel motum uiuere imperium quippe largitur. Ideo in uidetur et celsus accepisse munimine. Sicut in capite quod duplicibus ossibus placet esse

circumdata. In nobis autem vel in eminentiis costarum atque multiplicibus iuxta formam complexionibus in sua per omnia stabilitate servatur per eandem custodiam qua continetur id quod certum est continens esse. Quod quidem et de corde convincitur: quod sicuti quaedam domus certa mole solidata, ita cor ossium munimentis praeditum est. Ex posteriore namque sui parte spina dorsi et scapulis utrimque vallatur; ex utraque vero latera costarum vinculo nectitur, quod medium eius ambiens ab omni pressione defenditur. In anteriora vero et pectus et iugatio colli dimissa mollitur: ei per omnia munimen in partes adversas ea quae possunt extrinsecus inferre molestiam. Et sicut in agri cultura prospicimus cum vel imbres ex nubibus vel fluenta rivorum madefaciant id quod subiectum est, ortus autem quidam relatione istius ubi gleba supponatur, quod mille diversitates arborum multiplices quoque species earum herbarum quas terra producat enutriat, et forma et qualitas coloris quae apparent in multam distantiam quaeque in singulis explicantur. Cum sit quod certa quae in uno agri humore unus enutriat, utputa unius istius quae singula quaeque madefaciat aliter, una ut dixi quaedam simplex quoque in sua natura est. Certe autem vero quae nutriuntur ex illa proveniunt in diversas species qualitates quoque convertuntur. Hic ipsum namque amarescit in absinthio et in succum convertitur cicutae mortiferum; et in alio quoque aliud efficitur: in balsamo, in croco, in papavere. Sicque horum aliud est calidum, aliud frigidum, aliud medium quandam qualitatem possidens. In lauro et in lentisco et similibus odoriferum est. In ficus autem et piris dulcedinem refert. Fit per vitem botrus et ex eo vinum defluit. Et mali succus et rosae rubor et candor quoque lilii et violae caeruleum et iacinctinae tincturae splendorem. Et universa quaeque ex uno eodemque humore de terra oriri conspicimus in tantas distinctas iuxta formam et speciem et qualitatem vertuntur. Tale quiddam et in nostro hoc animato agro mirabile a natura perfectum est, immo potius a domino ac formatore naturae. Ossa et cartilago, venae, arteriae, nervi, aures quoque et universa mille super haec alia diversis proprietatibus absolute separata una species alimenti iuxta naturae suae similitudinem nutrit. Ita ut cuius singulis accedit alimentum cuique membro conficitur in illud et commutatur proprietatem congruam quoque unum sui vigoris impertit. Si enim ad oculorum loca pervenerit, eorum visui coaptatur et circa pupillarum tunicas palpebrarum quoque dividitur. Si ad partes auditus influxit, auditui naturae per suam qualitatem miscetur. Et ad labia veniens efficitur labium. Et in osse congelatur et in medulla mollescit et firmatur in nervis et in superficie cutis extenditur et transit ad ungues et capillorum exortum tenuissimum per exhalationes congruentissimas perficit. Quae si quidem per tortuosos emergentes aditus crispos capillos vel flexos progenerant; si vero per rectos tramites vaporum fuerit facta progressio, producti capilli directi quoque nascuntur. Sed multum a proposito sermo noster abducitur, secundum alia opera naturae consequenter conati dicere quae nobis et ex quibus constant singula, sive quae ad vitam sunt, quae ad bonam vitam, sive est quaeque cum huiusmodi aliquid iuxta propriam seriem nostrae divisionis esse proposita. Propositum namque nobis erat sententiam ostendere constitutionis nostrae materiam, neque corpus existere sine anima, neque ex divinis animam, quoque corporibus vivum atque animatum in prima institutione depositum. Quod excipiens humana natura veluti alimentum quoddam seminis ipsa nutrimentis quoque continetur. Id autem iuxta utrumque partem congruentem educetur et scientia vel utrumque percipiat. Mox enim per hanc animam

substantiam atque disciplinabilem rationem ostendit animae demonstrat essentiam. In primis quidem apparente obscurius, porro deinde cum instrumento proficiente relucente, sicut in sculptoribus lapidum prudentium dispositum namque est speciem praeformare artificis alicuius animalis in lapide. Hoc autem quod proposuit primum quidem lapidem a materia cognata praecidit. Deinde vel superflua caedens per imitationem primae figurationis id quod proposuit adumbrat, ita ut expertus et per id quod apparet intentionem artificis sine difficultate coniciat. Rursus expoliens amplius ad similitudinem eius congerit studium perfectius accedens. Deinde in ipsa materia speciem diligenter integreque demonstrans artem deducit ad finem. Et est leo vel homo vel aliud quid factum ab artifice fuit, quod ante paululum lapis erat informis. Non quod materia sic obliterata per speciem, sed quod species per artem materiae perfecte impressa. Hoc quidem et de anima cogitans similitudinem opinionis tenuiter demonstrabit. Nam quia de natura cuncta architectonicus operatur, eadem quoque generis nostri sumit initium: statuam de homine proponente fecit. Sicut enim lapidis operationem subsecuta est species in primis quidem obscurior, postea autem perfectior cum ipsum opus est consummatum: sic in sculptura huius instrumenti species declaratur animae, proportione sibi subiecta in imperfecto imperfecta, et in perfecto integre perfecta quoque subsistens. Sed in exordio perfecta erat, nisi per maliciam fuisset natura vitiata. Ideo quoque communio quae ad hanc animalem passibilem quoque generationem nobis accessit, in conformatione nostra non patimur elucere divinam ymaginem similitudinis, sed via quadam et consequentia per inferiores animae proprietates homo ad perfectionem consummationemque perducitur. Hoc vero dogma beatus apostolus in epistola ad corinthios insinuat dicens: Cum essem parvulus cogitabam ut parvulus; quando factus sum vir evacuavi quae erant parvuli. Non quod alia in viro subintret anima praeter illam quae intelligebatur in parvulo, ut plus evacuetur animus et virilis introitus in aetate; sed idem ipse in illo quidem imperfectus est, in hoc autem perfectus demonstratur esse. Sic enim quaecumque nascuntur et crescunt vivere dicuntur; omnia vero quae vitae participant et naturali motu vegetantur vivificari ex anima esse quis dixerit, sed tamen hanc vitam talem perfectae animae dicere esse participem. Denique in singulis vitalis quaedam operatio declarata usque ad motum sensibilem pervenire non potuit, itemque per augmentum aliis quaedam potentia irrationabilibus veniens, sed ipsa perfectionem consequi rationis et intellectus gratiam omnino non capiet. Ideo veram atque perfectam hominis animam esse definimus quae vigere per omnia esse agnoscitur. Si quid vero aliud vitae participat, per abusionem quandam consuetudinis animatum esse perhibetur, sed non quod perfecta in hoc sit anima, sed quod pars in eo quaedam animae operationis extitit. Quae et nobis iuxta mysticam legislatoris Moysi relationem quam de hominis generatione protulit communicationem passibilitatis accessisse cognovimus. Ideo quoque consilium praebet beatus Paulus his qui se audire poterunt, ad perfectionem suadet arripere, modumque quomodo possit aliquis supponit et dicit: Exuentes vos veterem hominem cum actibus suis et induentes novum qui renovatur in agnitionem secundum ymaginem eius qui creavit eum. Revertamur rursus ad illam divinam gratiam qua creavit in principio deus hominem, qui dixit: Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram. Cui est gloria in saecula saeculorum. Amen.

Explicit liber Gregorii Nisseni episcopi de conditione hominis.

Incipit epistola beati Bernardi ad Lugdunenses de conceptione beate virginis.

Inter ecclesias Gallie constat profecto Lugdunensem hactenus preminuisse sicut dignitate sedis, sic honestis studiis et laudabilibus institutis. Ubi enim eque viguit discipline censura, morum gravitas, maturitas consiliorum, auctoritatis pondus, antiquitatis insigne? Presertim in officiis ecclesiasticis haut facile umquam repentinis visa est novitatibus acquiescere, nec se aliquando juvenili passa est decolorari levitate ecclesia plena judicii. Unde miramur satis quid visum fuerit hoc tempore quibusdam vestrum voluisse mutare colorem optimum, novam inducendo celebritatem quam ritus ecclesie nescit, non probat ratio, non commendat antiqua traditio. Numquid patribus doctiores aut devotiores sumus? Periculose presumimus quicquid ipsorum in talibus prudentia preterivit. Nec vero id tale est quod nisi preterendum fuerit, patrum quiverit omnino diligentiam preterisse. At valde honoranda inquis est mater Domini. Bene admones, sed honor regine judicium diligit. Virgo regia falso non eget honore, veris cumulata honorum titulis, infulis dignitatum. Honora sane integritatem carnis, vite sanctitatem; mirare fecunditatem in virgine, prolem venerare divinam. Extolle nescientem vel in concipiendo concupiscentiam, vel in pariendo dolorem. Predica reverendam angelis, desideratam gentibus, patriarchis prophetisque precognitam, electam ex omnibus, prelatam omnibus. Magnifica gratie inventricem, mediatricem salutis, restauratricem seculorum. Exalta denique exaltatam super choros angelorum ad celestia regna. Hec mihi de illa cantat ecclesia, et me eadem docuit decantare. Ego si quid ab illa accepi securus et teneo et trado; quod non, scrupulosius fateor admiserim. Accepi sane ab ecclesia illum diem cum summa veneratione recolendum quo assumpta de seculo nequam celis quoque intulit celeberrimorum festa gaudiorum. Sed et ortum virginis didici nichilominus in ecclesia, et ab ecclesia indubitanter habere festivum atque sanctum, firmissime cum ecclesia sentiens in utero eam accepisse ut sancta prodiret. Et de Jeremia siquidem lego quod priusquam de vulva exiret sanctificatus sit, et de Johanne Baptista non secus sentio, qui ex utero Dominum in utero sensit. Videtur quoque si de sancto David id ipsum liceat opinari, propter eo quod dicebat Deo: In te confirmatus sum ex utero; de ventre matris mee tu es protector meus; et de ventre matris mee Deus meus es tu. Sic dictum est a me. Et Jeremie dicitur: Priusquam te formarem in utero novi te, et antequam exires de vulva sanctificavi te. Quam pulchre inter conceptionem in utero et prolationem ex utero divinum distinxit oraculum, ut illam tantum precognitam, istam et sanctitatis munere donatam ostenderet, ne scilicet quis totam prerogativam de sola prescientia seu predestinatione putaret extimandam. Esto tamen ut hoc de Jeremia concedamus. Quid respondebimus de Johanne Baptista, quem angelus prenuntiavit Spiritu sancto replendum iam adhuc ex ventre matris sue? Prius hoc ad predestinationem vel prescientiam referri posse non arbitror. Verba nempe angeli sicut ipse predixit completa absque dubio sunt in tempore suo, et quem predixit Spiritu sancto replendum, non est fas credere non repletum, id quoque loco et tempore quo predixit. Certissime autem Spiritus sanctus et replevit sanctificavit. Ceterum quatenus adversus originale peccatum hec ipsa sanctificatio valuit, sive per istum sive per illum prophetam, vel si quis alius similiter preventus gratia fuit, non temere dixerim. Sanctificatos tamen non dubitaverim quos Deus sanctificavit, et cum eadem sanctificatione prodisse ex utero quam acceperunt in utero. Nec reatum quem in conceptione traxerunt valuisse ullatenus horum nativitati tamen donatam semel seu preripere benedictionem. Atqui quis dicat Spiritu sancto repletum mansisse adhuc nomine filium ire, et si mori in utero contigisset, cum hac plenitudine subisse penas luisse damnationis? Durum hoc. Attamen non ausim hic quicquam mea sententia diffinire. Sed quicquid de hoc sit, nimirum ecclesia que certorum non nativitatem sed mortem sanctorum judicat et predicat pretiosam, singulari quadam exceptione festum prefert gaudiis venerabilis illius natalis, de quo nuntiante angelo singulariter legitur: Et multi in nativitate eius gaudebunt. Cur enim non et illius gemini sanctificatio ac proinde festivus et letus, quod potuit exultare et in utero? Quod utique vel paucis mortalium constat fuisse collatum. Sed quo nec est suspicari tante virgini esse negatum, propter quam omnis mortalitas emersit ad vitam. Fuit procul dubio mater Domini ante sancta quam nata. Nec fallitur omnino sancta ecclesia sanctum reputans nativitatis eius diem, et omni anno cum exultatione universe terre votiva celebritate suscipiens. Ego puto quod et copiosior sanctificationis benedictio in eam descendit, que ipsius non solum sanctificaret ortum, sed et vitam deinceps ab omni peccato custodiret immunem, quod nemini alii in natis quidem mulierum creditur donatum. Decuit nimirum reginam virginum singularis privilegio sanctitatis absque omni peccato ducere vitam, que dum peccati pareret peremptorem, munus vite et iustitie omnibus obtineret. Sed quid ergo orationis que continentia prodiens ex utero sanctitas sanctam fecit illum. Quid adhuc addendum huius putamus honoribus? Ut honoretur, inquit, et conceptus qui honorandum prevenit partum, quoniam si ille non precessisset, nec iste esset qui honoratur. Quid si alius propter eandem causam et utrique parenti eius festos honores asserat deferendos? Sed et de avis ac proavis id ipsum posset pro simili causa quilibet flagitare, et sic tenderetur in infinitum, et festorum non esset numerus. Patrie est, non exilii, frequentia hec gaudiorum et numerositas festivitatum. Cives decet, non exules. Sed profertur scriptum superne ut aiunt revelationis. Quasi et quis non queat scriptum eque producere, in quo virgo videatur id ipsum mandare et de parentibus iuxta mandatum Domini dicens: Honora patrem et matrem tuam. Ipse mihi facile persuadeo scriptis talibus non moveri, quibus nec ratio suppeditare nec certa invenitur favere auctoritas. Nam quid consequentie habet ut quoniam sanctum precessit natalem conceptus, ipsa reputetur et ipse sanctus? Siquidem quoniam precessit, ut fieret et sanctus; et si precessit ut esset, non tamen sanctus esset. Unde erit illa ipsi sanctitas quam sequentius transmitteret? An non potius quia precessit absque sanctitate conceptus, oportuit nimirum sanctificari conceptam, ut sancta sequeretur iam partus? Potuit sane illa que iam concepta fuerat sanctificata ad ipsum qui sequebatur transire natalem; redire vero retrorsum ad conceptum qui precesserat iam omnino non potuit. Unde ergo conceptionis sanctitas? An dicetur sanctificatione preventa quatinus iam sancta conciperetur, ac per hoc sancta fuit et conceptio, quemadmodum sanctificata iam in utero dicitur ut sancta sequeretur et ortus? Sed non valuit ante sancta esse quam esse; siquidem non erat antequam conciperetur. An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi conceptioni immiscuit, ut simul et sanctificata fuerit et concepta? Nec hoc quidem admittit ratio. Quomodo namque aut sanctitas absque Spiritu sanctificante, aut sancto Spiritui societas cum peccato fuit? Aut certe quomodo peccatum non fuit ubi libido non defuit? Nisi quis forte dicat de Spiritu sancto eam et non de viro conceptam fuisse. Sed id hactenus inauditum.

Lego denique spiritum sanctum in eam, non cum ea venisse, dicente angelo: Spiritus sanctus superveniet in te, etc. Et si licet loqui quod ecclesia sentit, et verum ipsa sentit: dico gloriosam de spiritu sancto concepisse, non autem conceptam fuisse. Dico peperisse virginem, non tamen partam a virgine. Alioquin ubi erit prerogativa matris domini, qua singulariter creditur exultare et munere prolis et integritate carnis, si tantundem dederis et matri ipsius? Non est hoc virginem honorare, sed honori detrahere. Si igitur ante conceptum sui sanctificari minime potuit, quoniam non erat; sed nec in ipso quidem conceptu propter peccatum quod inerat: restat ut post conceptum in utero iam existens sanctificationem accepisse credatur, que excluso peccato sanctam fecerit nativitatem, non tamen et conceptionem. Quamobrem etsi quibusdam vel paucis filiorum hominum datum est cum sanctitate nasci, non tamen et concipi: uni servaretur sane sancta prerogativa conceptus, qui omnes sanctificaret, solusque absque peccato veniens purgationem faceret peccatorum. Solus itaque dominus Ihesus de spiritu sancto conceptus, quia solus et ante conceptum sanctus. Quo excepto, de ceteris universis respicit ex Adam natos quod unus humiliter de semetipso ac veraciter confitetur: In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Et cum hec ita se habeant, quenam iam erit festivitatis conceptionis ratio? Quo pacto ingenium aut sanctus asseretur conceptus, qui de spiritu sancto non est, ne dicam de peccato est? aut festus habebitur, qui minime sanctus est? Libenter gloriosa hoc honore carebit, quo vel peccatum honorari vel falsa induci videtur sanctitas. Alioquin nullatenus ei recte placebit contra ecclesie ritum presumpta novitas, mater temeritatis, soror superstitionis, filia levitatis. Nam si sic videbatur, consulenda erat prius apostolice sedis auctoritas, et non ita precipitanter atque inconsulte paucorum sequenda simplicitas imperitorum. Et ante quidem apud aliquos errorem comperieram, sed dissimulabam parcens devotioni, que de simplici corde et amore virginis veniebat. Verum apud sapientes atque in famosa nobilique ecclesia, et cuius specialiter filius sum, superstitione deprehensa, nescio an sine gravi offensa etiam vestri omnium dissimulare potuerim. Que autem dixi, absque preiudicio sane dicta sint sanius sapientis. Romane presertim ecclesie auctoritati atque examini totum hoc, sicut et cetera que eiusmodi sunt, universa reservo, ipsius, si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare. Explicit.

Incipit liber de unitate et uno.

Unitas est qua unaqueque res dicitur una, sive sit simplex sive composita, sive spiritualis sive corporalis. Unitate enim una est, nec potest esse una nisi unitate, sicut nec alba sine albedine, nec quanta sine quantitate. Ideo solum quod unitate una est, scilicet tamdiu est quamdiu in se unitas est. Cum autem desinit esse unum, desinit esse id quod est. Unum est ergo quamdiu est. Ideo est quia unum numero est. Quod sic esse ostenditur. Omne enim esse ex forma est in creatis; sed nullum esse ex forma est nisi cum materie unita est. Esse igitur non est nisi ex coniunctione materie cum forma vel econverso. Unde philosophi sic esse describunt: Esse est existentia forme in materia. Cum autem materia forme unitur, ex coniunctione utriusque necessario ex his aliquid unum constituitur. In qua constitutione illud unum non permanet nisi quamdiu unitas materiam retinet. Igitur destructio rei non est nisi quando fit separatio forme a materia. Sed separatio et unitio contraria sunt. Igitur si ex separatione res destruitur, profecto in suo esse non potest nisi unione conservari. Unitio autem non fit nisi unitate, quia cum ab unitio separatur, unitio que unum erat dissolvitur. Soluta autem unitate destruitur. Hinc est enim quod ex eorum unitione proveniat quod sit non unum. Quamobrem sicut res ab unitate ad esse ducitur, et sic in esse custoditur. Unitate enim unum esse et unum inseparabile se communicant. Videntur autem simul esse natura, quia creator

unius vero. Ideo rebus quas condidit hoc in munere dedit ut unaqueque res habeat esse ut una sit. Ac per hoc quia habent esse res ex quo est una, et ideo motus omnium substantiarum est ad unum, et propter unum, et natura eorum que sunt nulla appetit esse multa, sed omnia sicut esse appetunt, ita et unum esse. Quia hoc esse omnia naturaliter appetunt, sine autem esse non posse nisi sit unum; et omnia ad unum tendunt. Unitas autem est que omnia unit et retinet omnia diffusa in omnibus que sunt. Quia materia non habet esse nisi per unionem suam cum forma, forma vero cum sit causa essendi unita cum materia non nisi unitate, ideo materia eget unitate ad uniendum se et ad esse suscipiendum. [illegible] contraria enim est unitati: eo quod materia per se diffluit et de natura sua habet dividi, multiplicari et spargi. Unitas vero retentiva unitatis et collectiva. Ac per hoc ne materia spargeretur et divideretur, necesse fuit ut ab unitate retineretur. Quod enim indiget alio ad se uniendum, non unitur per se. Quod autem per se non unitur, per se utique separatur. Quia omnis res que facit a materia contrariam rem agentis, facit contraria rei sue; contrariorum enim contrarii sunt effectus. Quoniam igitur unitas facit unum, profecto materia facit divisionem. Ac per hoc unitas per se retinet materiam. Sed quicquid per se retinet non per se perficit separationem. Forma igitur existens in materia rei que perficit et custodit esse, non iam unitas rei est unitas descendens a prima unitate que creavit eam. Prima enim unitas vera unitas que est unitas simplex; ipsa creavit aliam unitatem que est infra ipsam. Sed quia quod creatum est diversum est a quo creatum est, profecto unitas creata ab unitate causante omnino diversa esse debuit et quasi opposita. Sed quia creatrix unitas non habet principium neque finem neque diversitatem, ideo creata unitas habet multiplicitatem et diversitatem et mutabilitatem, ita ut in quadam materia sit habens principium et finem. In quibusdam vero principium sed non finem, quia in quibusdam subiacet corruptioni et mutationi; in quibusdam permutationi sed non corruptioni. In quibusdam enim materia est substantialis simplex remota a contrarietate et separatione; coequata ei unitas unitur cum ea sic ut hoc et illa sint unum non divisibile, tamen sicut in corporibus celestibus, in quibus unitas inseparabilis a materia, et ideo caret fine quia permanens est. In quibus vero fuerit spissa materia et debilis, non adheret ei unitas nimio debilitatis in unitio in retinendo eorum essentiam; et ob hoc dissolvitur eorum essentia, quia non nectitur unitate sicut in generatis, quia habet et principium et finem. Sicut enim unaqueque unitas fuerit propinquior prime et vere unitati, tanto materia formata per illam erit magis una et simplicior. E contrario quanto remotior fuerit a prima unitate, tanto erit multiplicior et compositior. Et ob hoc unitas que ducit ad esse materiam intelligentie est magis una et simplex, non divisibilis essentialiter, sed divisibilis hic quidem accidentaliter. Et hoc ideo unitas simplicior est et magis una aliis unitatibus que ducunt ad esse alias substantias, eo quod immediate coheret prime unitati que creavit eam. Sed quia unitas consistens in materia intelligentie est unitas simplicitatis, ideo unitas subsistens in materia anime necessario quia inferior eam crescit et multiplicatur, et accidit ei unitio et diversitas. Et sic paulatim descendendo per unumquodque tamen unitas sic augetur et multiplicatur quousque perveniat ad materiam que subiacet quantitati, scilicet substantiam huius mundi. Quia a prima unitate remotissima, ideo spissa est et corpulenta et constricta. Et propter spissitudinem e

grossitudinem pariam opposita est sibi superiori que simplex est et subtilis. Quoniam illa scilicet est et principium et initium unitatis. Illa vero scilicet est et finis et extremitas unitatis. Finis autem multum distat a principio: quoniam finis non est deus, non deficit principium unum et trinum. Unde secundum descensum unitatis a superiore ad inferius fit degeneratio sue simplicitatis et innovatio sue virtutis et ad similitudinem aque que in ortu suo tenuis et clara nascitur, sed paulatim deorsum defluens in paludibus spissatur et obscuratur. Sic paulatim variatur unitas propter varietatem materie que suscipit eam. Scilicet que alia est spiritualis, alia corporalis, alia purum, alia liquidum, alia spissum et obscurum. Et hec propter continuitatem partes in aliquibus sunt rariores ut in aere, in aliquibus condensiores ut in lapide. Ideo unaqueque pars secundum gradum sue elongationis a prima unitatis origine recipit unitatem. Alia dignior est ex sua aptitudine. Ideo est quod non dividitur pars ignis que cuius unitas est simplex et equalis adeo quod forma videtur in se una non habens diversitatem in se. Partes vero aeris et aque tenuiores magis divise et separate adeo quod partes eorum et unitates discerni possunt. In duris autem et spissis maior est diversitas et obscuritas. Quoniam quanto materia in supremis subtilior est, forma intelligentie, deinde forma rationalis anime, postea vero anime sensibilis, deinde infimus anime vegetabilis forma, deinde forma nature, ad ultimum vero terminus forma corporis. Hoc autem accidit non ex diversitate virtutis agentis sed ex aptitudine materie recipientis. Forma enim quasi lumen est quo sicut res per lumen videntur, sic per formam cognitio et scientia rei habetur, non per materiam. Sed hoc lumen in quibusdam est clarius, in quibusdam obscurius, prout materia fuerit clarior vel obscurior. Quo enim materia fuerit subtilior et sublimior, fuerit et penetrabilior tota a lumine. Et ideo forma ipsa perfectior et sapientior sicut intelligentia et rationalis anima et cetera. Quo enim materia magis descendit sicut demum est gravitas et spissitudo et complentur. Et partes eius medie philosophi vitas partes penetrari a lumine. Superior enim est possibile quod tamen lux penetraret partem secundam quam primam. Sicut ad tertiam tamen lux procedat quam ad mediam. Et sic paulatim donec deveniat ad partem infimam. Que quanto remotior est a fonte lucis, lumen in illa debilitatur. Sicut tamen hoc est propter lumen in se sicut demum est, sed propter multam spissitudinem et obscuritatem materie in se, quemadmodum lumine cum admiscetur aeri tenebroso. Non est illius virtus quod est admixtum claro. Vel quemadmodum pannus clarus vel albus tenuissimus cum iungitur a corpore nigro obscuratur color eius propter habundantiam nigredinis. Vel quemadmodum si tres vel plures fenestre in ede una post alteram contra radium solis recte disponantur in ordinem: siquidem constat quod secunda minus suscipit luminis quam prima, et tertia minus quam secunda, et sic usque ad ultimam sit defectus lucis, non propter lumen in se, sed propter elongationem fenestre ultime a lumine. Ita ut lumen fontis unitatis quod iterum est in descendendo sit debile et obscuratur. Ita primum eius nullum discrepet a medio et medium ab ultimo. Et propter hanc diversitatem forma unitatis non uno modo sed pluribus dicitur. Alia est unitate unum. Unum alia est essentie simplicitate ut deus. Alia simplicium continuitate unum ut angelus et anima. Alia continuitate unum est materie et forme. Alia est unum continuitate ut arbor et petra. Alia est unum compositione ut ex multis tabulis fit una archa vel ex multis partibus una domus. Alia dicitur unum aggregatione ut populus et grex et congeries lapidum et acervus. Alia dicuntur proportione unum ut rector navis et gubernator civitatis dicuntur unum similitudine negotii. Alia dicuntur unum accidente ut dulce et album eiusdem quantitatis dicuntur unum in ea. Sicut nix et cygnus dicuntur unum albedine. Alia dicuntur unum numero i. simulando ut hoc dulce et hoc ceruleum vel hoc longum et hoc latum. Alia dicuntur unum ratione. Sed hoc duobus modis: quia vel ratione generali vel intellectus et vocabulum et res unum sunt generis, vel ratione sacramenti ut species accidentis et sanguis unum dicuntur. Alia natura dicuntur unum ut participatione speciei plures homines unus. Alia dicuntur unum natione vel lingua ut multi homines dicuntur una gens et una tribus. Alia dicuntur unum more et hoc duplex: quia secundum sensum virtutis et dilectionis ut multitudinis credentium cor unum, vel secundum consensum eiusdem vitii ut qui adheret meretrici unum corpus cum ea efficitur. Sic omnia appetunt unitatem ut vel ea que multa sunt unum dici volunt. Cetera enim sunt id quod sunt aut ea unitate esse nituntur aut saltem eam simulando mentiuntur. Celum enim est unum vel pluralitas. Pluralitas alia non est nisi ex aggregatione unitatum. Et unitates si sint disgregate faciunt multitudinem. Si vero fuerint continue in materia faciunt magnitudinem. Et propter inter unitates continuas et unitates quantitatis discrete substantia in materia non invenitur nisi quod ille disgregate sunt et ille continue. Continuum quoque non nisi ex disgregatione intelligitur continuitatis in continuo, nec ad non continuatio disgregatorum. Ac per hoc necesse est ut continua quantitas non veniat in substantiam nisi ex unitatibus. Quacumque enim parte quantitatis signum feceris, necesse est ut sit unum vel plura. Sed omnis pluralitas ut dictum est ex unitatibus. Unde apte dicitur intelligi quod discrete et continue quantitatis radix una est, eo quod composita sunt ex una re et dissolvuntur ad unum. Et non partes corporis quod tangit fuerint conjuncte et continue, ipsum corpus erit spissius et magis continuum ut lapis. Et e converso quanto magis partes corporis fuerint dissolute et rare, ipsum est subtilius et levius et minus continuum ut aer. Verum quoque est quod continua quantitas non venit in substantiam nisi ex constipatione et continuatione unitatum in illa. Unitas quoque est qua unaqueque res est una et est id quod est. Explicit.

Distinctio unitatis

Consideratio unitatis diversificatur tribus modis. Uno quidem secundum quod consideratur unitas in rebus secundum fluxum eius a causa. Secundo alio modo secundum reductionem unitatis in rebus ad unitatem in causa. Tertio modo in discernendo unitates eius secundum quod habent esse res in natura sua et in esse proprio. Secundum primum modum assignat distinctiones hic Dyonisius. Secundum secundum modum hic Bernardus. Secundum tertium philosophus. Secundum quod beatum Dyonisium in tertio est hec. Aut enim consideratur unitas in causa, et secundum hoc est unitas non in multitudine, et iste est primus modus. Aut consideratur unitas in creatura, et hoc duplex: quia aut consideratur unitas in creatura secundum unitatem cause, et secundum hoc cause quod habet diversas processus essendi dicitur unum principium, et ab hac unitate dicitur universitas una. Aut secundum unitatem forme, et istud variatur: quia aut est forma generalis secundum quam dicuntur multe species unum in genere; aut est forma specialis secundum quam dicuntur multa singularia unum specie; aut est forma singularis secundum quam dicitur unum numero duobus modis: unum toto vel unum subiecto; unum toto referendo ad partes et ad partes ex quibus fit unum; subiecto referendo ad suum esse et ad dispositiones que accidunt rei postquam est. Hec quidem assignatio est secundum beatum Dyonisium. Secundum autem beatum Bernardum, cuius est intentio referre omnia unitatum ad unitatem primam secundum quam ascendimus, intentio est hec. Primo ponit unitates secundum quod inveniuntur in corpore. Secundo ponit unitates secundum quod inveniuntur in homine. Tertio secundum quod inveniuntur in deo.

Secundum que inveniuntur in corpore est unitas collectiva: que et unitas per compositionem et constitutiva: que est unitas simplicitatis. Item secundum quod invenitur in homine ponit unitatem tribus modis: iure, statura et voluntate. Unitatem iure vocat unitatem coniugationis. Coniuges enim unitate iuris sunt una caro. Quia iure coniugali caro unius cedit in iure alterius. Item unitatem statura ponit duplicem: quoniam ad rem que vocatur nativa, qua scilicet caro et anima nascuntur unus homo: et quoniam ad unum esse que vocatur prelativa qua homo veritas non mutabilis sed unus spiritu nutu invenitur. Item unitatem voluntatum ponit duplicem: per relationem ad proximum qua vocatur consentanea cum per caritatem multorum hominum unum est anima una. Et per relationem ad deum quam vocat votivam cum anima deo adherens unus spiritus est. Item unitatem in deo considerat dupliciter: personalem et substantialem. In personali considerat tres naturas, et quod est ut in Christo tres nature in una persona: corpus et anima et divina natura. In substantiali considerat tres personas ab eterno in una statura et substantia. ¶ Secundum autem Avicennam qui sequitur Aristotelem differentie unius assignantur hoc modo. Sed non accipitur unum in verum natura nisi aut per se aut per accidens. Si per accidens non potest esse nisi tribus modis: aut quia duo accidunt uni: aut unum accidit duobus: aut unum accidit uni. Et hoc est sua intentio. Item si est unum per se aut est unum numero aut multa numero. Si est unum numero aut divisibile aut indivisibile. Si divisibile aut homogeneum hoc est unius nature in toto et in parte: et tunc erit unum sua continuatione ut una aqua: aut ethereogeneum hoc est diversarum naturarum: et tunc est unum numero perfectione, ut una manus et quolibet membrum dissimilium partium. Item si indivisibile aut quod est absolutum ab omni alia natura addita unitati: et sic est unitas que est centra que est principium numeri. Et quemadmodum dicitur unitas in deo. Aut est habens aliam naturam additam unitati. Et quemadmodum dicitur punctum unum, quia unitati puncti additur natura situs et positionis. Aut non est habens aliam naturam additam unitati. Et quemadmodum dicitur unitas in anima et in angelo. Et hoc modo dicitur unum numero secundum suam speciem. Est quoque unum suo quatuor modis: continuitate, perfectione, essentia et specie. Item si sit unum per se et multa numero hoc non est nisi per convenientiam quam habent in intentione aliqua. Convenientia autem non est nisi tribus modis. Aut enim est convenientia comparationis quemadmodum dicitur unum comparatione: aut est convenientia in subiecto quemadmodum dicitur unum subiecto. Aut est convenientia in predicato. Predicatum autem quod est per se aut est genus aut est species. Et hoc est unum genere, unum specie. Hec igitur est differentia assignationis unitatis secundum Avicennam et differentia eius quod est per se et eius quod est per accidens. Secundum quem et modum assignationis differentie sunt in assignatione Aristotilis. Consequentes non variantur sicut patet diligenter considerantur. ¶ Differentie vero Argazelis assignantur secundum differentias eius quod est simpliciter et eius quod est secundum quid sicut patet diligenter intuenti. Incipit prefatio in libro de statu interioris hominis.

Sero quidem misi quod petenti promisi. Sed flecteris ut voluntatis fuit vir amantissime quod prius non feci quod promittere volui. Sed multis occasionibus intercurrentibus propositum quod receptibus iussionem tuam implere non potui. Unum quod in parte cum misam promissionis tue perscrutatione videbatur supplere: statui diuturne dilationis dispendia saltem uberiori debiti fenore recompensare. Inter hec amice amici animum liberet perpende quam dulce sunt dulcis amici obsequia diutius haberes. Et ne tuus labor illius notam non audeo dicere velocitati imitaretur. Compendio sum opus ex industria in longum protraxi. Super quibus occasione scribendi seu verius regulam dicendi ex illis prophetie verbis que meo tibi munere exponi postulasti: quedam de variis hominis statu diffusius digessi. Deambulantibus utique non in meatibus operose brevis terminis compendia multiplicia evagatione perquirere in locorum amena sed uberiorum pascua seminarium quod solummodo tota ordinatione et ordinata diversitate plurimas simul et admirabiles. Et cum nunc non mirandum vetustatis nostre statum sub tam compendiosa verborum brevitate plene comprehensum. Perpende obsecro quam congruo ordine quam mirabili ratione primo vitia postea peccata misticee describantur. Ubi et remediorum competentiarum adiuntur. In quibus tribus totius spiritualis corruptionis summa comprehenditur. Triplex utique triplici sunt triplex remedium. Imponitur. Ignorantia. Concupiscentia. Cum hec sunt fomes hominis sunt vitia que generantur aliunde contrahuntur in peccatum. Et hec itaque triplex genus vitiorum est et triplex genus peccatorum. Alia namque sunt peccata que per infirmitatem. Alia que per errorem committuntur. Alia que ex sola prava voluntate ulterius committuntur. Triplex remedium intelligitur in divinis inspirationibus in divinis comminationibus in divinis promissionibus. Hec itaque et cetera in paucis prophete verbis hec eodem ordine sub summa brevitate comprehenduntur et mirabili ratione ex mistica descriptione designantur. Quod si vis in locis plenius exponitur. Vide ad magnum. Vide ad profundum. Immo et salubrium est veluti: quod ex ore dei sonuit quod de divino oraculo manavit. Si competenter hunc nostrum saltem perfunctoriam doctrinam divina cum nos in ea legis multa que reprehendenda inveneris: facile in ea te veniam impetrabis. Sed si multipliciter fecisti tu me exegisti da veniam lector sed ego docere presumpsi: sed petenti amico satisfacere volui. Incipit liber Richardi de statu interioris hominis capitulum primum.

Omne caput languidum et omne cor merens a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine neque fota oleo. Sonuit vox significans nec latere permittens summum medicum multiplicitas seu magnitudo morborum. Ecce describit tibi modum et magnitudinem morbi ut scias quid debeas plangere quid petere. Unde ipsi supplicare. Omne inquit caput languidum et omne cor merens et cetera. Ecce mala interiora. Audi et alia. Vulnus et livor et plaga et cetera. Ecce mala illata. Ecce contracta ecce inflicta mala. Alia innascuntur alia infliguntur. Alia sunt que patimur interius. Alia que exterius extrinsecus. Illa generantur ex corruptione propria: ista inferuntur sepe ex necessitate aliena. Languor merore infirmitas abiectio perditur. Vulnus livor et plaga tumens desuper advenit. Ad cumulum autem malorum sequitur contemptus remediorum. In quo vere est desperatio curationis. Sed non est circumligata non curata medicamine neque fota oleo. Ecce quanta mala patimur. Ecce quibus et quot modis cotidie urgemur. Disce homo et si ab homine dedignaris disce saltem ab eo quem docet spiritus sanctus. Disce miseriam tuam et dole et defle tantam molestiam tantam miseriam. Attende et cognosce magnitudinem morbi ut appetentius concupiscas. Attentius requiras. Ardentius diligas remedia medicine. Vide quam qualiter et quantum hominis exterioris describit et statum interioris. Ut per mala exteriora que contracta vel inflicta sunt non ignoras discas quid de interioribus timere debeas. Omne enim non videatur hoc ad litteram stare omnino non posse scilicet quod aliquando unum vel audierit omnium capita languere aut omnium hominum corda merere. Omne inquit caput languidum et cetera. Cum redditur enim interius exterioris hominis designatur ex nomine. Ut cum caput cum pedem audimus notare ad ea

que oportet de interioribus nosse conpellatur ex eis ad interiora aliquam similitudinem trahere. De tribus principalibus in homine existentibus .ij.

Scimus autem quod in humano corpore caput tenet summum locum pes imum. cor medium et intimum. Caput liberum arbitrium. cor consilium. pes carnale desiderium. Caput toti corpori supereminet et liberum arbitrium omni actioni presidet. Cor medium locum et intimum tenet. et salubre consilium vix de occulto eruitur et in secreto inveniri valet. Pes in imo iacet. et carnale desiderium per appetitum terrenis inheret. liberum arbitrium presidet omni actioni in imo et appetitui. Unde dicitur cum male egeris cum ira quod foris peccatum assistit. Sub te erit appetitus eius et tu dominaberis ipsius. quod est erit sub te id est sub arbitrio tuo. eo quod dum appetitus in actum non procedat sine nutu spontaneo et consensu voluntario. consilium quod in secreto et eruitur ab imo eo quod sapientia extrahitur de occulto. In imo iacet carnalis concupiscentia quamdiu adhesit pavimento anima nostra. quamdiu conglutinatur est in terra venter noster.

Inter omnia creature bona De dignitate liberi arbitrii .iij.

nichil in homine sublimius nichil dignius libero arbitrio nichil valentius nichil occultius salubri consilio. nichil inferius nichil infirmius carnali desiderio. Unde quod in homine sublimius quid dignius inveniri potest quam id in quo ad ymaginem dei creatus est. habet sane libertas arbitrii ymaginem non solum eternitatis sed et divine maiestatis. Unde putamus in hoc incommutabilis eternitatis pre ceteris omnibus liberum arbitrium vicinius accedere. et quia in se divine ymaginis expressius gerit. quod nulla demum culpa nulla umquam miseria non delectat sed nec omnium potest. vilius et maiestatis similitudinem in ipsa prospicere et quam eius ymago impressa sit evidentius agnoscere. Deus supra omnem non habet nec habere potest. et liberum arbitrium dominum non patitur nec pati potest. quia violentiam ei inferre non creatore decet. nec creatura potest. Totus infernus totus mundus totus denique militie celestis exercitus in unum conveniat in hoc unum conveniret. unde ex libero arbitrio consensum in quolibet re invito extorquere non valet. De bo

Set sicut hac arbitrii libertate in homine nitatis consilii .iiij.

nichil est excellentius. Sic ex provido consilio consulta quam providentia nichil salubrius. beatus inquit homo qui invenit sapientiam. et qui affluit prudentia. melior inquit est acquisitio eius negotiatione auri et argenti. preciosior inquit est cunctis opibus. et omnia que desiderantur et cetera. Nichil autem quod sapiens dono possideret valentius nichil inventu difficilius. Est inquit thesaurus absconditus in agro quem qui invenit homo. Sapientia extrahitur de occultis. Sed quid est hoc occultum vel quis dicitur hic esse ager quo occultatur hic thesaurus. Sapientia inquit ubi invenitur et quis est locus intelligentie. Clamat cum deo Job locum sapientie et intelligentie et inveniens eum cum salute. Ego sapientia inquit habito in consilio. et eruditis intersum cogitationibus. Clamat igitur eam quod habitat in consilio apud cor nostrum quia ibi debet esse consilium. Omnis igitur custodia custodi cor tuum quoniam concupiscis cum desiderabilem thesaurum. sic si nolueris custodire rogaris cum propheta plangere et dicere cor meum dereliquit me. dolens et flens quod non habeas ubi debeas hunc thesaurum querere vel ubi valeas invenire. Illos ut arbitror cor suum reliquisse et omne eius consilium excedere. quibus dicitur per increpationem diceetur. Effraim columba seducta non habens cor. Recte igitur ipsis dicitur. Gens absque consilio est et sine prudentia. utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. Omni igitur cautela cor custodiendum est in quo ille thesaurus invenitur. quod nichil dictum nichil tutius possideretur. Sed inquit thesaurus sapientie in ore sapientis est. Quid ille placuit. quia cum et provide

servabit te. De infirmitate corporalis desiderii. .v.

Set sic nichil valentius prudenti consilio. sic nichil inferius nichil infirmius carnali desiderio eo quod inter pedis similitudinem infimum locum teneat. et per delectationem carnis terrenis inheat. unde quod abiectius quid infirmius quod nec illud quod plene resistimus in quo erubescimus. Unde vides quod contra se infirmitas mentis quod consentire legi dei quam bona est. condicio tamen vide aliam legem in membris meis. Ro. vij. et capitulo .vj. Videtur ex hiis adhuc quomodo sit intelligatur per caput liberum arbitrium. per cor consilium. per pedem carnale desiderium. De principatu liberi arbitrii .vi.

A capite totum corpus regitur. a corde totum vivificatur. a pedibus totum defertur. Corpus totum regit caput. Sic et liberum arbitrium omnium que in homine sunt regimen et moderamen conditionis iure suscepit. et sic ex hiis omnibus que sunt hominem sine nullum dominium patitur. Sic et hiis omnibus que in ipso sunt libertatis sue dignitate principatur. Siquidem et si aliquis motus in homine contra vel preter hominis voluntatem surgit sic neque eum nisi ex arbitrii libertate consentiat. Sic nec sine non ex ipsis permittitur in actum prorumpere. Imperat sane per se motui corporis motuique sensualitatis. Imperat fiducialiter et animi affectus non solum sensibus sed et appetitibus. Nichil tamen horum omnium ad conatus sui effectum: nisi ad liberi arbitrii nutum voluntatis quasi consulendo principi rex itaque omnibus liberi arbitrii illud in hiis consul. quod sapiens docuit tam excelso alius excelsior est. et super hos quoque eminentiores sunt alii. et supra universe terre rex imperat. Similiter universe terre rex iste imperat. quia tamen per cetera omnia corporis membra omnis motus ei ad nutum deserviat. illud et quod solum ei per voto non obtemperat. sed in magna sepe contradictione rebellat. propter et preceps ab actu restrenare. et effrenatum quin ulterius procedere et mollitatis eius audaciam forti castigatione frangere et emollire. Sic itaque sibi ipsum eius potestate plene effugit quia ei imprudenter contradicit fortius quia resistit. Recte igitur ut arbitror capiti assimilatur: quod ceteris omnibus principatur. De virtute

Set idem ipsum corpus cor vivificatur. utilis consilii .vij.

quod ut dictum est caput gubernat. sicut ut philosophi dicunt de hiis ad locum. sic sedet hic in capite spiritus animalis. et in epate spiritus naturalis. sic sedem sortitur in corde spiritus vitalis. et sic per spiritum animalem corpus sensificatur et modificatur. et sic per spiritum naturale vegetatur: sic per spiritum vitale vivificatur. Est itaque omnis sensus omnis motus voluntarius a spiritu animali. vegetatio a spiritu naturali. vita vero a spiritu vitali. Unde anima est corpus sine vita: hoc est opus sine intentione bona. Unde igitur actio quamlibet bona videatur quasi mortua iudicatur. nisi per consilium ad intentionem bonam aliquam. Sic vita a corde procedit. et se per omnia membra diffundit: Sic et intentio bona de consilio surgit. et vitam opera ad instar vegetationem animare convenit. Recte igitur per sapientem precipitur. Omni custodia serva cor tuum quia ex eo vita procedit. Quando per consilium intentio deprivatur cor vita ex ipso procedit: quando per consilium intentio depravatur. cor rigitur. sicut mors potius quam vita ex ipso procedit: quando ex consilio intentio bona depravatur. unde igitur iuvat bonorum operum plene gignere. et eam per intentionis depravationem necare. et quale quid erit si liberum nostrorum intentionis consilia preparata nos esse convincit. alii in ipso opere ex mala intentione opera sua corrumpunt alii post gratiam vertunt ad oblationem vane laudis a pristina Ro.

interitione evanescunt. Quid illi nisi abortivos fetus faciunt, isti
qui iam natos seu et adultos occidunt? Sine melius est non gignere
quam abortivum facere. Satius quippe nullam prolem non gignere quam vel dor-
miendo opprimere vel ex consilio necare. Sine melius est ut vadant
absque liberis quam immolare filios suos et filias demoniis. Sine
multo feliciores sunt steriles et qui non pariunt quam filiorum suorum necatores
sine misericordia et comestores virorum hominum et devoratores sanguinis
et auctores scelerum auri maxillarum. Quomodo itaque semper qui
et si in viridi arbore sic viriditates occidunt, non tamen eque in arida fieri
est et mortuos suscitare. Solus ille hoc facit qui potens est de lapidibus
suscitare filios Abrahe. Sane ad preceptum domini vaticinante fi-
lio hominis ad ossa que in agro iacebant et arida valde, et ecce spiritus et
vixerunt. Quid quod intelligimus per ossa arida, ossa non animam et mortua
non fortia opera sine intentione bona. Et ob hoc virtute multo vacua
merces eque retributione frustrata. Verum quam eiusmodi sunt ad di-
vinum spiritum acceperunt et revixerunt et ad inspirationis eius gratiam
intentione correcta in spe eterne retributionis revixerunt. Sed quia
intentio ex consilio accipit ut bona et recta sit, quod de corde spiritus
procedit, quod ad corporis vivificationem exiens per omnia se venarum
membra diffundit. Recte ergo ut arbitror per consilium cor
designatur, cuius similitudinem imitatur. De inquietudine carnalis desiderii.

Sed et illud quod de pedibus dixi quam recte carnali desiderio VII. VIII.
iuxta affectum vel appetitum aptetur facile ostenditur. Sicut enim
a pedibus corpus defertur, sic a carnali desiderio animus exagitatur
atque circumducitur. Dum enim animus carnali desiderio illicitur et abstrahitur,
nec affectum suum nec appetitum sequitur, nunquam quiescit, numquam consistere potest
permittitur. Quid enim vivit vagus et profugus super terram, continue circuit,
perquirit concupiscentias suas, repleri quippe nullis nunquam potest. Numquam est ita potest diu separatur
nunc vel apprehendit quod concupiscat vel fugere quod odit. De in-

Quis ergo digne exponere possit quietudine humani affectus? IX.
quot modis se affectus humanus variare consuevit? Multis
modis se variat, et iuxta vicissitudinem variationis sue alterna-
tionem per mille et pene per innumera imperium suum relaxat, de uno
semper in aliud tendens et unum post aliud fastidiens, et ad id quod prius despexerat
maiori sepe aviditate redit. Hic est qui per salomonem dicitur: lustrat
universa in circuitu pergit spiritus et in circulos suos revertitur. Recte sane lustran-
do universa in circuitu pergere dicitur spiritus, quia tamen iam deinde est per diversa ra-
pitur et multiformiter variatur cordis affectus. Sic enim nunquam suffi-
cientem delectationem invenit, de uno semper in aliud tendit. Sic hoc
nunc illud amat, sic hoc nunc id desiderat et quod prius amaverat iterum
despicit et diu multum quod desideraverat iterum fastidit. Sed sepe ad
abiectas concupiscentias suas post fastidium avidior redit et in hunc mo-
dum in circuitu pergit et cursum suum in circulum flectit. Sic
amor, sic timor, sic spes vel dolor, sic ceteri quoque affectus
per diversa ducuntur multipliciterque variantur. Sed per omnes affectionum su-
arum motus motionum quippe modos animus semper in circulos suos revertitur.
Dum enim eandem rem vel similem iterum eodem modo afficitur. Sic et id ad eo
mirum quod spiritus concitatus et in unam quamlibet partem impulsus per
diversa rapitur et per varia oblectamenta ad saciandum (satiandum) desideria
fertur. Et quasi vindictam supplicium tuens (?) lustrando ad consuetas atque
antiquas delectationes iterum revertitur. Sed id valde mirabile dignum
quod admiratione quanta contrarius sepe et subito flatibus agitur nunc in illam,
nunc in oppositam partem agitur, ita ut quod prius ardenter amaverat
inestimabili postmodum odio persequatur. Est autem hoc etiam contra spiritum vel aere

notamus per cetera omnibus aliis mutabilibus variusque subiacet pre-
stantibus. In momento in ictu oculi incalescit et iterum eadem facilitate
refrigescit. Item ut ab uno ore et pene sub eodem tempore vel re-
mittitur exhalatus vel fortiter impulsus nunc calidus exeat nunc frigidus
prorumpit. Sic spiritus ille spiritualis affectus quippe passibilis facile affi-
citur levi quippe permutatione in contrarias passiones mutatur. Quis nescit quoniam
homo ad tenuem spiritus favoris auram totius status commutatur
ad gratiam, et si ex eodem ore et sub eodem tempore verbum detractionis
erumpit, statim affectum in alteram partem flectitur et in odium
et in furorem vertitur. Mirabile sane immo et miserabile nobile
illam creaturam ad ymaginem dei creatam et omni creature prelatam
ad modicam ibidem tenuem quippe flatum ad ligne (?) sonitum ve-
rius quod ictum a securibus sive statu quasi violenter excuti moxque
quippe mirum in modum huc illuc quippe rapitari et ebriis more
in vertiginem agitari. De inquietudine carnalis appetitus. X.

Hic sane et appetitus carnalis semper in motu semper in cursu
et nunquam in eodem statu permanere potest. Accedit et recedit,
crescit et decrescit. Et sic semper recedit atque decrescit ut iterum
redeat et crescat. Et sic semper redit et crescit ut iterum recedat
atque decrescat. Verum non eodem discursu vel pari impulsu ap-
petitus quo et affectus exagitatur vel inquietatur. Sed enim ad vicis-
situdinem cotidiana permutatione per multiplices discursus vari-
atur. Non alterius modis in contraria contrarius flatibus agitatur. Sed fluvius
more iter suum tractum sequitur. Dum desiderii effectum consequatur,
sed non momentaneis alternationibus consuetudinis sue alveum muta-
tur ut succedentium desideriorum successus permeat et prosequatur
id quod concupiscentia apprehendat. Sed concupiscentie sue cursum compleat
vel in contraria divertitur. Donec suum desiderium satiaverit. Sic affectus qui
se variis circuitibus per momenta singula induit et impetus sui
statum sub uno sepe momento in contraria flectit. Dum amorem suum
sub nimia quoque celeritate in odium vertit. Aliud est enim varia
oblectamenta querere et quasi de loco ad locum transire et postquam
satiatus fuerit alia post alia fastidire, et quasi unum locum post
alium deserere, et ad se cursum suum in contraria flectere, et post priores
decursus in antiqua redire. Quod non aliter potest nisi appetitus soleat
facere, currit enim semper et crescit et semper in id ipsum redit. Unde salomon
dicit: ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant.
Appetitus carnis est abyssus illa magna unde exeunt flumina tot
unde tot surgunt et tam infinita desideria. Videamus quomodo locum un-
de flumina exeunt, locum quo tendendo perveniunt, videamus quomodo currunt,
videamus quomodo recurrunt. Locus unde carnalis appetitus primum pro-
rumpit necessitas. Locus quo tendit satietas. Via qua transit voluptas.
Via qua redit cupiditas. Locus unde exeunt est defectus unde et detrimentum.
Locus per quem decurrunt oblectamentum. Locus ad quem perveniunt fastidium.
Locus per quem recurrit desiderium. Post multum sane satietatis
sive fastidium iterum ex magno concupiscentie sive desiderio omnis ap-
petitus ad locum suum ut iterum fluat revertitur. Quod ad reparandi
corporis sui detrimenta voluptates sive oblectamenta reperire eadem
que prius necessitate urgetur. Et sic omnis aquarum decursus in superfi-
cie terre et per invisibiles meatus perlabitur et iterum per subterraneos
invisibiles quippe meatus recurrit. Sic omnis appetitus per visibilem
actionem desiderii quippe expletionem paulatim expellitur. Et iterum
occulta quadam nunc operatione vegetationis quippe motibus ad in-
olitos consuetudinis sive refluxus revocatur. Ecce quod et quam

miserum; ubi hac quasi vertigine agitur et huc atque illuc incertitudinis propagi-
tate quasi involvitur. Quam expetenda immo quam detestanda sunt illa
desideriorum nostrorum oblectamenta que quasi ex defectu gignantur et in
fastidium vertuntur. Sed et ea que in fastidium desinunt, que constat quasi
accepta id amaritate in amaritudine cursum suum terminare. Omnia
flumina ait scriptura intrant in mare et mare non redundat. Scimus quod flu-
mina dulces habent aquas, sed maria amaras. Quid ergo est flumina
intrare in mare nisi omnem delectationem carnalem terminari in amaritudinem? Omne ergo
flumen mare intrat, quia extrema gaudii luctus occupat. Omnis aqua
dulcis in mare decidens in amaritudinem vertitur: quia quod dolore
risus miscebitur. Omnia flumina in mare feruntur et omnes aque dulces in
amaram mutantur: quia omne oblectamentum ut dictum est in fastidium
vertitur, et omnis delectatio carnis in amaritudinem terminatur. Quia enim hu-
mana pravitas bonis est bene uti nescit vel contemptu superna gra-
tia hic per modicum quoque in flagellum vertit: unde post iniuste delectando
delinquit. Sed flumina in mare intrant et mare non redundat: quia in omni af-
flictione nostra et in omni pernicie sua omnia equalis modum servat: quia
in omni eo quod nos ad ulciscendum vel ad consolationem pertinet virtus me-
tas non excedit. Mare ergo non redundat: quia malitie nostre meritum
iuste nostre curiositas non excipiat. Ex his itaque perpendere licet
quam nos illi gaudere pedes de quibus iam dictum est seu per affectum vel
per appetitum distinximus, vel que sine discussione in extrema concluduntur.

Hec quia satis iam dicta De triplici remedio hominis. xi
sunt per credo quod capite corde vel pedibus sectamur. Videamus nunc
quid de tribus melius interioris hominis ex dicto documento sentire de-
beamus. Omne inquit caput languidum et o. c. m. a. p. p. u. a. u. n. e. i. e. sa-
caput languidum, cor merens, pes cum toto corpore dolens. Quia a plan-
ta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Caput ut dictum est liberum arbitrium, cor consili-
um, pes carnale desiderium. Caput ergo languet, quia liberum arbitrium ad omne bonum
torpet. Cor meret, quia malum quod patitur consilium sic non ignora-
re sic non dissimulare potest. Pes cum toto corpore dolet, quia con-
cupiscentie malum undique fluit. Capitis languorem ostendit nobis
volens qui dixit: Sine me nihil potestis facere. Quid languidius eo quod ad
cogitandum bonum per se et quasi ex se minimum omnino non convalescit. Sed non et vo-
lentis neque currentis: sed miserentis dei. Cor meret: nam et hoc ipsum consilium
docet, quia melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. Per-
fecto quanto homo proficit ad consilium, tanto amplius excitatur ad luc-
tum, eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, et qui apponit scientiam apponit do-
lorem. Quanto enim quisque per consilium melius cognoscit malum quod incurrit tanto
vehementius suis pravitatibus indignatur: et quia pro certo proponit
malum quod patitur, tanto acriori doloris stimulo urgetur. Pes
cum toto corpore dolet, quia dolore in singulis membris grassante infir-
mitas extenditur a planta pedis usque ad verticem ut dictum est non est in eo sanitas.
Quia ergo infirmitas totum possidet, quid mirum si undique dolet?
Sed et inquit propheta sanitas in carne mea a facie ire tue, non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Contra autem obsecro ubi non curo sanitatem non ossa pace habere
pacem? Sic et Iob percussus est ulcere pessimo a planta pedis usque ad
verticem. Cuius quidem de corporis sui sanitate sollicitudo
propheta perspicuus de sua infirmitate conqueritur. Et ut ille est
non erat similis super terram ulcere pessimo percutitur. Unde quidem cum
testa saniem abradebat et se. testo. n. et vita homo super terram.
In capite itaque languor, in corde meror, in toto corpore do-
lor. Omne enim caput et cetera. Considerantes itaque si placet iam illa que posuit

languorem, merorem, sanitatis privationem. Languor est infirmitas
prevalens totum quasi corpus enervans. Meror est dolor mentis ac-
cendens et per lacrimas foras erumpens. Sanitas est integritas
naturalis complexionis humorum quasi omnium constitutio proportionalis.
Infirmitas non aliud est quam sanitatis privatio integritatis quasi corporis.

Vide ergo quanta vel qualis hic capitis De infirmitate liberi arbitrii. xii
infirmitas sit que languorem generavit. Cum enim ut dictum est
languor sit infirmitas prevalens totum quasi corpus enervans,
et caput languidum dicitur non quia deficit, sed totum opprimit et usque
in finem vite ad plenum curari non possit. Quod enim tale languidum dicitur
quod per se ipsum numquam ad quodlibet bonum movetur. Quid enim boni
faciat ex se ipso qui non dicit: sed quod non sufficientes sumus cogitare? Et quidem
movetur sepe ad bonum, sed numquam tamen non per semetipsum. Audistis quam
late se infirmitas ista expandat, que totum occupat totum
quasi enervat. Vultis et id audire quantum operetur sub hoc languore
calescere maledictionis sententiam sustinet. Domine revelatur mihi in
terra de qua sumptus est. Sed quamvis tantus conveniat tanta libertas cum tanta
infirmitate vel tanta infirmitas cum libertate tanta. Profecto aliud est
esse liberum, aliud esse robustum. Et liber et infirmus esse potest sicut eger
et sanus et servus esse potest. Quid sanius et robustius et in illa erga
na facere potest. Sed qui liber est ad aliud cogi non iuste non potest. Quid sit liberum

Non arbitrium hominis ideo liberum dicitur arbitrium et quid potestas. xiii
quia proprium habeat vel malum facere vel bonum; sed quia liberum
habet bono vel malo consentire posse. Quod facere malum est infirmitatis,
posse facere bonum est potestatis. Sicut enim aliud est libertas, libertas vero
est qua nullo eam extinguere vel cohibere non potest, potest non consentire vel non
consentire aspirationi divine, sibi et suggestioni diabolice. Verum quod
ex libertate, neutrum autem ex necessitate. Aliud itaque est habere liberta-
tem, aliud habere potestatem. Libertas est qua ad volendum cogi non potest. Pro-
inde potestas qua ad bonum faciendum sufficiens non est. Potestatem itaque
promerendi peccando amittere potuit, libertatem vero arbitrii sic
numquam non habuit: sic numquam non habebit, quia numquam ut supra dictum est
quamquam peccato vel pena amittit vel minui potest. Amisit itaque
potestatem, non libertatem. Sed quale sit potestatem? Audi quale acceperit
et intelliges qualem amisit. Omnia inquit subiecisti sub pedibus eius oves et boves et cetera.
Vultis autem nosse quam sit hec sententia in terra illa. Quasi indulta
potestas subiecta. Attende quam ab his premitur quibus antea preponebatur.
batur. Devorabunt eos inquit aves morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos.

Quere obsecro in microcosmo. De potestate liberi arbitrii ante peccatum. xiiii
ista sic de deo et homine. Constitutum in microcosmo, in minore mundo
quere in corde humano quid sit illud quod ad imaginem et similitudinem
dei formatur: quod aliis omnibus dignitatis sue privilegio preferretur,
et pedibus cetera omnia subiciuntur, et invenies ut arbitror nihil aliud
quam liberum rationalem quasi consilium de quo hec recte intelligantur.
Hic itaque conditus est, non ob aliud dicatur ad imaginem et similitudinem dei
factus, nisi quia liberum ad imaginem, in quo rationale ad similitudinem. Huic omnia
subiecta ante prevaricationem fuerunt, et omnia in sibi subiecta nihil
contrarii invenit quamdiu se superiori sponte subiecit. Sed debitam
obedientiam quam suo superiori exhibuit ab inferioribus accepit. Sicut
quod in homine erat ei imperio condicebat, nihil movebat contra
suam voluntatem, nihil preter eius voluntatem. Omnia gubernabat, omnia dispo-
nebat, omnibus imperabat: omnes motus corporis, omnes sensus, omnes appetitus,
omnes affectus, omnes cogitationes ad eius nutum movebantur, regebantur.

restenabatur. reprimebatur. O quam sublimis potestas. o quam potens sublimitas imperare bestiis terre. volucres celi et pisces maris sub potestate habere. o dignitas sublimitatis. o sublimitas potentis. tot volatus avium. tot discursus bestiarum. tot natatus piscium. in tot studiis. tot generibus. tot oblectamentis sublimium investigationum. multiplicium affectionum. variarum voluptatum sub arbitrio suo une possidere. et pro voluntate disponere. et ad imperium sui nutum inclinare. De prevaricatione prime potestatis. xv.

Set iam prevaricator hec tante obedientie famulatus amisit quam debite dominationis reverentiam suo creatori exhibere contempsit. Iam accipiet armaturam zelus creatoris. armatur creatura in ultionem inimicorum. et pugnat pro illo orbis terrarum contra insensatos. Iam leo rugiens circuit querens quem devoret. et catuli leonum rugientes ut rapiant. Sicut dicitur de Theodosio contra Theoderitum. Vultis nosse quomodo nunc prevaricator ex prevaricatione sue misero ruere sibi dum devoret. audite. Magna cogitabat tunc micte. dixit. Et vox. cor. meum. Dolores bestiarum contra timebat. cum pro hiis domino supplicabat. Salva me ex ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam. Sciebat sine dubio tentatione magna. et pro ea. Timidus non expertus late potentie quam timenda est bestiarum talium sevicia. Ceterum et tunc alibi a facie o. m. Sed nunc in modo usque hunc temporis illum idem qui bestias domabat ad venationem. et edomitis bestiis dominus venabatur ad mortem. Rugiebam inquit a gemitu c. m. Ecce quomodo rugitum gemitus suffocabit rugitum prius furentis. Ecce quod quondam [illegible] ecce quod rebellionis prevaricator in regno invenit quod prius placitum et consilium possedit. potestatem tamen primam prius acceptam qua regnum amittere poterit. recuperare autem vel retinere nequiter poterit non ex eo minus quam potest substantiare de pulvere egenum et de stercore erigere pauperem ut sedeat cum principibus et solium glorie teneat et regnum et ipse dominus secundum solum hoc quod dicitur iam potest. Et solum et gloria quia ipse sit dilator deus et in manu eius hoc et ipse et hoc nobilitate dabit. et ideo ei hic supplicabat ut suum sibi regnum restitueret cum dicebat. Deus ipse. tu. p. ilio. d. De reparatione prime potestatis. xvi.

Hoc cotidie regnum postulat et pro potestate in finis elationis ex regum restituitur. Sed quam in hac vita ad eam pacem vel securitatem quam ante peccatum habuit in paradiso pervenitur eo quod langor capitis ad plenum curari non possit. et liberum arbitrium primi status ingenitam perfecte recuperare nequivit. Iam liberum hominis arbitrium quod ex se ipso non bonum in incipere posse qui et quam voluntate ille quam omnia fecit. Que impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud deum. Incipit ergo posse ex dei adiutorio quod non potest de se ipso. et quod iam non per naturam accipit bonum posse per gratiam. Cotidie elevatur ad bonum. cotidie roboratur contra malum. Elevatur ad bonum tamquam in potestate consistens et habens sub se milites possit dicere huic vade et vadit. et alio veni et venit. et servo. f. s. h. et facit. Roboratur et eque contra malum ita ut iam non regnet peccatum in hoc mortali corpore. Sepe quidem a deo ut ita sit post dominum eandem absque ipso tuo non movebis quisquam manum aut pedem in omni terra egypti et quod hoc esse putamus quod rebelles anime motus posse reprimere et ab actu cohibere quamvis fidem possit omnes penitus delere. et regnum suum ad plenam pacem restituere. Quamvis itaque non possit omnes pravos adversarios expugnare non omnium manum vel pedes [illegible] magnum tamen et nulli liceat sine eo ipso manum vel pedem movere. et post hoc habet iam valet psallere. Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon.

paciq; liber ille arbiter quoniam [illegible] tot cogitationum tot affectionum. appetituum. sensuum imperator et dominus non pro iniuria omnia scandala de regno suo aufert. Sed cum venerit quod perfectum est tunc evacuabitur quod ex parte est. cum novissima destruetur mors in victoriam. Tunc procul dubio super modum multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis. Tunc dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos. In diebus illius consolabitur Iuda et Israel habitabit confidenter. eo quod non sit qui exterreat. De perturbatione interne pacis et conflictu viciorum cum virtutibus. xvii.

Set quamdiu anima concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. non potest rex ille qui spiritualibus concupiscentiis presidet et pape dicitur tenere plenam pacem. quoniam contraria sibi invicem sunt. hec et quia princeps ille pro peccatis hic videlicet cum quibus tenent in regno suo tot contentiones. tot rebelliones. tot discrepantes tot conflictationes et quasi cogitationes cogitationibus contradicunt. et affectiones affectionibus resistunt. et contrarii motus contrariis motibus occurrunt. et surgit gens contra gentem et r. a. r. et insurgit sepe boni contra malos et e contra. et quod est adhuc mirabilius mali contra malos et dividitur contra se ipsos et faciat deus egyptios concurrere adversus egyptios. et quod hiis omnibus mirabilius est boni insurgunt contra bonos. et pugnat vir contra fratrem suum civitas contra civitatem. et regnum contra regnum. et unusquisque contra proximum suum [illegible] Effraim manassen. et manasses effraim simul ipsi contra iudam. Quomodo vicium vicio resistat. xviii.

pitis ostensum est, quando sit homo torpens. In dolore quando sit torpens ad
bonum in infirmitate corporis, quando sit feruens et uigens ad malum
in merore cordis, quando sit hebes et lippus ad utrumque discernendum.
Ecce tria uitia: impotentia, ignorantia, concupiscentia. Sed quoniam de hiis que
dicenda uidebantur supra iam diximus, eadem hic replicare nolumus.

Secundum hec autem triplex est genus uitiorum. Tribus modis peccata com
[mittuntur] et triplex genus peccatorum. Alia namque sunt in que incidimus huius xl
per infirmitatem, alia que incurrimus per errorem, alia que committimus per
solam iniquitatem. Peccata infirmitatis dicuntur que quamuis fortiter et prudenter
resistimus, ad plenum tamen uitare non possumus. Que autem malum committimus quod
bonum putamus, per errorem et ignorantiam peccamus. Que autem malum nouimus
et uitare potuimus ex industria committimus, ex sola malitia, quia ex
solo amore et concupiscentia mali delinquimus. Secundum hec triplicem peccandi
modum dicitur peccare in patrem, peccare in filium, peccare in spiritum sanctum. Nam
quamuis una sit eademque potentia, sapientia et bonitas patris et filii et spiritus sancti,
et tamen quendam modum loquendi in quibusdam scripture locis, patri potentia, sapientia
filio, bonitas spiritui sancto, quasi specialiter uidetur attribui. Qui ergo per in
firmitatem delinquit, ei utique ualde contrarius est qui summa potentia est. Qui uero per
ignorantiam peccat, ei utique ualde contrarius est qui summa sapientia est. Qui autem per
solam malitiam offendit, quanto ei magis aduersatur qui summa boni
tas est. Secundum hec utique considerationis modum specialiter uidetur agere contra
patrem qui peccat per infirmitatem, specialiter contra filium agit qui per igno
rantiam delinquit, specialiter spiritui sancto aduersatur qui per malitiam committit.
Recte autem ei qui peccat in spiritum sanctum non remittitur in hoc seculo neque
in futuro, quia qui per malitiam peccat, si in presenti penitet, forte ab
eo exigitur plena satisfactio, sed penitentia uero delet plena damp
natio in futuro. Qui uero peccat ex ignorantia uel infirmitate, sic aliquam
excusationem habet in culpa, sic aliquam remissionem debet habere in pe
na. Recte enim eis uel in presenti satisfactione uel in futura dampnatione
remissius agitur, quia culpa per impotentie uel ignorantie excusatione
leuigatur. Recte nimirum qui in culpa nullam excusationem habet, in
pena nullam remissionem accipit. Mirum autem non est quod de uoluntariis peccatis
cum penitentiam agit, in hac uita remissionem sine remissione
accipit. Accipit namque plenam remissionem criminis, sed non
sine ulla remissione condigne satisfactionis. Peccare itaque in patrem,
ut diximus, est peccare per impotentiam; peccare in filium est peccare per
ignorantiam; peccare in spiritum sanctum est peccare per malitiam. Quod

Audiamus quomodo hec eadem mala quibus peccatis sit significatum
et plaga ab eodem uiri magistro describantur, cum dicit: xli
Vulnus et liuor et plaga tumens. Per uulnus namque intelligimus illud peccatum quod committitur
per solam infirmitatem, per liuorem intelligimus illud quod committitur per solum
errorem, per plagam tumentem uero quod consummatur per iniquitatem. Quia enim
per uulnus illam corruptionem intelligimus que quasi exterius aperta manifeste aut
in tumore minime uoluitur, uide quomodo forte per ipsum peccatum infirmita
tis designetur. Quid enim est quasi exterius apertum nisi culpa manifesta
sine simulatione et absque aliqua? Quid est quasi sine tumore nisi
culpa sine elatione, culpa cum humilitate et confusione? Talia namque
sunt peccata que per infirmitatem et quasi inuiti committimus, sicut ampliter eru
bescimus, sic nulla ampliter dampnamus. Sed peccata ignorantie magis solemus

negare quam accusare, et peccata malitie magis consueuimus
uel per impudentiam iactitare uel per contumaciam defendere. Tales
utique illi esse describuntur qui per sapientem arguuntur, de quibus dicitur: Letantur
cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Liuor est ubi quasi pelle ob
tectus et ne sanies profluat eadem que tegitur pelle prohibetur. Sic
ignorantie peccatum ne in apertum prodeat sub ambiguitatis sue dubi
tatione se uelat, et ne per confessionis apertionem corruptionis sue
putredo erumpat, false opinionis uelamento se palliat. Eiusmodi
tamen meretur sepe qui suo errori cedit, sicut quia opinioni acquiescit nec
sicut quod in suis tenebris gerere sentitur, ut secura sibi esse uideatur.
Sed uariatur, sicut alteratio multiplex quia ambiguitatis fluc
tuatio modo huc modo illuc mentem impellit et eam certam esse non
sinit. Sic quia ad liuoris similitudinem trepidam conscientiam et per
sollicitudinem excoquit et in formidinis nigredine inficit. Recte
autem per plagam tumentem peccatum malitie exprimitur quod sine dei
contemptu minime committitur. Peccatum enim quod facile uitare potuimus
et quod peccatum esse indubitanter agnoscimus, quomodo sine dei contemptu
perpetrare ualemus? Talia namque peccata peccata malitie forte dicuntur,
quia neque per ignorantiam neque per infirmitatem sed sola mala uolun
tate committuntur. Quid itaque est tumor in peruasione contrarie nisi
contumacia in culpe commissione dei quia contemptu in perpetrationem consenserit?
Sed ergo ut diximus per uulnus quod in tumore non intumescit, exprimitur peccatum
infirmitatis. Forte per liuorem qui pelle tegitur, peccatum erroris. Forte
per plagam tumore inflatam peccatum malignitatis. De triplici

Sed et possumus per uulnus intelligere peccatum actionis seu cogita
tionis et locutionis. xlii
mortuum extra domum, per liuorem mortuum in domo, per plagam tumentem mortuum in putredinem
iam tumulatum. Per uulnus peccatum actionis, per liuorem autem intelligimus peccatum
cogitationis, per plagam tumentem peccatum consuetudinis. Et notandum quod sicut
non aliud est plaga tumens quam uulnus in tumorem uersum, sic peccatum
consuetudinis non aliud est quam actionis malum in consuetudinem ductum.
Peccatum uero per actionem manifestum quid aliud est quam uulnus apertum uel
cadauer elatum? Et quid aliud est peccatum adhuc in cogitatione latens nisi
liuor sub pelle putrescens uel cadauer domus sue latebras
fidum detentum? Vel quid aliud est consuetudo mala que per infamiam
putruit quam plaga ex putredine iam tumida uel fetentis ca
daueris membra iam tabida? Nemini moueat quod prius ponitur
corruptio uulneris quam liuoris, cum per uulnus peccatum actionis et per
liuorem intelligi debeat peccatum cogitationis. Recte namque for
tassis et quasi congruis incrementi gradibus ordinari et distinguit corrup
tionis istius modus cuiquam uidetur, si prius loco liuor, secundo uulnus,
nouissimo plaga tumens poneretur, ut prius malum cogitationis, mox
actionis et post utraque hec malum consuetudinis describeretur.
Sciendum tamen est quod quamuis peccatum actionis sit aliud sicut maius, peccatum tamen
cogitationis aliquid est periculosius. Sed peccatum actionis quamuis forte sit
maius ad reatum, peccatum tamen cogitationis unde non forte difficilius
sit ad sanandum. Peccatum namque manifestum quo magis erubescimus eo se
pe maturius corrigimus. Sepe namque culpa per actionem manifesta
ta uel amonitione corrigitur uel ultione punita ab iniquo deseritur.
Hinc est quod in euangelio luce prius iuuenis mortuus extra domum
elatus resuscitatus legitur, quam puella mortua que adhuc intra
domum inuenitur. Si ergo per uulnus peccatum actionis et per liuorem peccatum
cogitationis forte intelligimus, quid mirum si prius uulnus et postea liuorem
in misticam lectionem inuenimus, cum peccatum cogitationis peccato actionis uideatur

esse periculosius. et huius ordinis rationem euangelico exemplo approbemus.
Recte autem plaga tertio nominatur loco. et quasi quoddam fastigium
ponitur. per quam mali praue consuetudinis designatur eo quod ad
reatum immanius et ad sanandum difficilius ceteris omnibus inuenitur.
Uel per ulcus quod est sine tumore Quod predicta singula tribus
sed non nimis sine omni liuore possumus modis sunt accipi. xliii.
intelligere peccatum quod accusamus sed tamen defendimus. per liuorem autem
quod per hypocrisim tegimus. per plagam tumentem autem quod per contuma-
ciam defendimus. Tribus itaque modis peccatum contra deum aperitur. tribus modis
obducitur. tribus modis inflatur. Aperitur in modum ulceris. obducitur in
modum liuoris. inflatur in modum plage tumentis. Ulcus aper-
tum: peccatum manifestum. Sed peccatum ulcus aliter manifestatur homini
in se ipso. aliter proximo: aliter deo. Sibi per cognitionem. proximo
per accusationem: deo per confessionem. Quod enim in nobis est: illud deo abs-
condimus: quod coram ipso per ueram confessionem damnare nolumus.
Tribus item modis peccatum contra deum absconditur. et ad liuoris simili-
tudinem quadam occultationis pelle obducitur. Aliter enim absconditur
nobismet ipsis. aliter dei oculis: aliter occultatur proximis. Sibi
absconditur per errorem. deo per taciturnitatem: proximo per simulationem.
Similiter peccati macula tribus modis intumescit: et se in plage
tumentis morem inflare distendit. In semet ipso putres-
cit per maliciam. coram proximo per impudentiam: contra deum in-
tumescit per contumaciam. Homo enim sibi per maliciam destruit se
ipsum. per impudentiam prodit proximum. per contumaciam impugnat deum.
Set licet hec tria accidentia Quod quibus peccatis sit similitudinibus
studeamus omni peccato generaliter attribuere. quoniam unum aptare. xliiii.
et idem corruptionis malum in aliis et in aliis uel in eodem homine
alio et alio tempore. nunc apertum. nunc occultum. nunc tumidum. Solemus
inuenire. Spiritale tamen et corporale simulare quoddam peccatum soler-
tie est quidam liberare post quem timore in apertum prodire. Quoddam
autem cum ingenti clamoris instantia erumpere. Quoddam uero nec dep-
rehendi sed semper latere uelle. Quod si enim nesciat quoniam tentatione soleat
se ipsum totum in ulcus producere. et per confessionem effluere. Et
iuxta ulceris modum quoddam quidem sanguinis profluuium in planctu et
gemitu effundere. Impudentie autem malum uel silentio se abscondit
quia liuidi mentis uicium suum manifestare erubescit. et ideo
simulationis pelle se palliat. Sic si in apertum prodire compertum fu-
erat omnibus que uulnerat. Solet autem hoc malum sepe se ipsum sed in-
uitum prodire per manifestum indicium eo quod hinc soleat tacitum
aspectum. amarum responsum. pallidum uultum. et certa latentis signa
liuoris in hunc modum ita ut quamuis latere uelit: penitus tamen
latere non possit. Sed iuxta liuoris similitudinem euidentius extrinsecus
appareat. Quamuis uel dissimulationis pelle ut diximus latere per ulcus
non erumpit. In uero ad illam duriciam indignationis tumescit
et per plage tumentis morem per minas et contumelias foras
erumpit. Dum pudore aut timore sepe magna ex parte coh-
ercetur latius intus per uocem: quoniam exterius per ulcus in ulceris
malum commutatur. Patet sane ut arbitror quoniam similitudo
conuenit ulceris cum ulcere. inuidie cum liuore. iracundie cum plaga tu-
mente. Quanta uero quam ue timenda sint hec mala: docemur ex
ipsa diuina scriptura. Quale enim contra malum esse credimus quod etiam
apostolo mortem operatur? Quid autem de inuidia quid de iracundia sentire
debeamus sacre idem scripture testimonio approbamus. Virum
itaque stultum interficit iracundia et paruulum occidit inuidia. Attende ergo quam magna

mala singula hec esse iure credantur que omnia sine scriptura attesta-
tione mortem operantur. Hucusque de triplici peccato. sed de triplici
Adhuc ad augmentum mali et illud addit remedio. xlv.
quia hec que mortalia sunt nulla pene arte nulla sagacitate
ad plenum uitari possunt. Quis quippe se cum tanta cautela. cum
tanta uigilantia custodiat. ut neque morsus ulceris. neque
morsus inuidie uel iracundie sentiat? Sed si hec tria mala ui-
tare plene non possumus et saltem remedia cognoscimus.
Remediorum sane competentia ostenditur in eo quod dicitur. Ulcus et liuor et plaga tu-
mens non est circumligata nec curata medicamine neque fota oleo. Tria sunt mala que premittuntur
et tria remedia que subsequuntur. Ulcus et liuor et plaga tumens. Ecce triplex
malum quod subiungitur triplex remedium. In ligamentis. In curamen-
tis. In fomentis. Et forte cum uidebitur singula singulis debere
aptari. et ligamenta ad ulcus. curationes ad liuorem. fomenta ad
plagam tumentem debere referri. Sed ne hanc illorum distinctionem
sequamur: ipsius littere textus prohibetur. Cum enim circumligata non circumliga-
tum posuit: non hoc ad ulcus singulariter debere referri pluraliter. Similiter cum
curata non curatus lego quomodo ad liuorem referri debeat solum
non uideo. Cum igitur circumligata curata fota legamus: cogimur ut sin-
gula hec ad plagam referamus. ut autem ad premissa tria non singula
referri queant nil obstat cum hoc non littera prohibeat. nec sensus
uero obsistat. Intelligimus autem ligamenta in mandatis. curamenta in
minis. fomenta in promissis. De triplici mandatione. xlvi.
Congruam satis similitudinem uinculorum et mandatorum. Uinculis si-
quidem coartamur: et mandatis utique diuinis a nostris uo-
luntatibus cohercemur. Uinculis stringimur. Uinculis retinemur: Uinculis
astringimur. Uincula attentiora precepta. Uincula retentiora pro-
hibitiones. Uincula restrictiora sunt admonitiones. Preceptio
est eorum que sunt opus. prohibitio eorum que sunt non licet. Admonitio est
eorum que quidem expedit sed: etiam tamen sine culpa possunt preteriri.
Preceptionibus sane illuc sepe urgemur: quo boni operis gressum
sine difficultate non dirigimus. prohibitionibus autem inde sepe retra-
himur: quo per desiderium preparamur. Admonitionibus uero cordium no-
strum habitum seu affectum arctius alligamus cum uoluntates nostras
a licitorum quoque usu sepe religamus. Uincula itaque attentiora
sunt. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et proximum tuum sicut te ipsum.
Honora patrem tuum et matrem tuam. Uincula retentiora sunt. Non occides. Non me-
chaberis. Non furtum facies. Uincula constrictiora sunt. Si uis perfectus esse. uade uende omnia et
et illud quod a domino de uirginitate proponitur cum dicitur. Qui potest capere capiat.
Unde et apostolus. De uirginibus autem preceptum domini non habeo. consilium autem do.
Bonum est homini sic esse. et alibi. Bonum est homini mulierem non tange-
re. Hiis igitur uinculis uitiorum nostrorum ulcera humana arte compescimus
restringimus et arctius munimus quando noxia desidia ab actu
seu etiam a consensu cohibemus. De triplici comminatione. xlvii.
Set ad perfectam sanitatis reparationem non sufficit praue
assentationis malum adhibitis mandatorum uinculis uelle
re: nisi castigamus pari solicitudine noxios carnalium humo-
res uoluptatum putredinem adhibitis curationum asperarum
medelis exstirpare. Ecce triplex est item curationum genus
ostenditur in diuinis comminationibus. Sic siquidem de minis docemur.
Comminatio correptionis. Comminatio reprobationis. Comminatio
damnationis. De prima dictum est. Quem enim diligit dominus corripit
flagellat autem omnem filium quem recipit. De secunda scriptum est. Ergo quia nec calidus es nec frigidus
sed tepidus incipiam te euomere ex ore meo. De tertio dicitur. Tunc dicet hiis a sinistris. Ite maledicti in ignem

comminatio castigationis est. Si ambulaveritis ex adverso mihi nec volueritis audire me: addam plagas vestras in septuplum propter peccata vestra. Et illud quod paulo superius posuit: addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra: et conteram superbiam duritie vestre, comminatio obdurationis est. Ecce ego indurabo cor pharaonis: comminatio dampnationis est. Vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur [illegible] est utique iste [illegible] succus: sed ad noxios morbos humores depellendos efficacissimus. Quis enim tam effrenatus qui non studeat concupiscentias suas temperare si diligenter attendat memorieque commendet quod soleat deus in quibusdam electis suis malas delectationes in hac vita et septuplum punire. Quis non premeditat pueriles consuetudines [illegible] pravas [illegible]. Quis non timeat primum vitium [illegible] corrigere cum audiat quod dictum est in hac vita in septuplum [illegible] dari et in mentis obduratione obligationem que peccati tremendi [illegible] tradi. Sic forte si resipiscere noluerit cum adhuc posset, iam ulterius omnino non possit. Restat adhuc tertia species omnium efficacissima atque potentissima et hinc morborum medela pre ceteris omnibus prestantissima. Hec est enim illa que merentes utique maiores efficacissime solet curare et pene desperatos morbidos ad plenam sanitatem reformare. Quis enim tam insensate ac obstinate mentis homo poterit inveniri qui non expavescat transitoria carnis blandimenta tormentis eternis mutari si diligenter attendat indesinenter respiciat quam sit modica seu quam momentanea illa omnis carnis oblectamenta que pertransit: et quam sit inmania quam atrocia tormenta illa eterna que finem non habent nec habere possunt. Vide quanta et quam magna ex parte in nostra potestate sit sanitatem nostram recuperare si studeamus morbis nostris hanc medelam in congruo adhibere. Vel [illegible] et livor et plaga tumens que non est circumligata hac medicamine quod iam mitigamus quod nec curamus sine possit sanitatem recuperare. Juste quidem in suis corporibus deficit et perit cum a se habitante in hac specie usque super morbis suis contra curationum medicamina. Unde sapiens sententiam: timor domini facit cessare peccati maxima. Sed forte pre ceteris huius succi utpote amarum nimium et mordacem horrens. Nunc et ultimo nostris hanc adhibere forte primeditas. Sed si forte videris nobis certum amaritudo amarissima: illud quod accedit quia et medela efficacissima. De triplici promissione. xlviii.

Accipite cum triplici adhuc olei genere. Jn distincta utique promissionibus ut habeatis in quo possitis cum optimum sit dolorum acerbitatem lenire et membra sauciata qualescumque fovere seu quam iam sanata nutrire. Prima utique olei species est promissio venie. Secunda promissio gratie. Tertia promissio glorie. Est enim prestabilis super malicia misericordia dei et non solum delorum venia. Unde gratiam et gloriam dabit deus. Secundum ad illam olei speciem primam qua nos dominus promissionem venie videtur in primo tenere. Si fuerint peccata vestra ut coccinum: quasi nix dealbabuntur et si fuerint rubra quasi vermiculus: velut lana alba erunt. Ad secundam autem promissionem gratie: illud pertinere videtur de quo per apostolum dicitur. Dabo gratiam [illegible] et [illegible] cor [illegible] [illegible] quod oportet omnem [illegible] manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii per spiritum datur sermo sapientie alii [illegible] et cetera. Sed si tertiam olei speciem in promissione glorie accipimus. Sine ad hanc id est primum videtur quod alibi in eodem apostolo legimus. Alia quidem celestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lune, alia claritas stellarum. Stella enim differt a stella in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. De triplici utilitate triplicis promissionis. xlix.

Ecce habes etiam species olei singulas utique non vilis aut mediocris pretii. Omnes sane probe et in diversos usus necessarie sive ad cibaria condienda sive ad luminaria concinnanda sive ad ulcera medenda. Primum tamen pretium melius prestat in usum unctionis. Secundum in usum luminis. Tertium in usum refectionis. Primum quod fovet salubrius. Secundum ardet clarius. Tertium sapit dulcius. Illud sane olei genus videtur pre ceteris dulci sapere: quod diu solet in sepulchro oleum lenitatis quod quidem est et precipuum glorie. Sed id pre ceteris omnibus videtur ardere clarius et illuminare efficatius. De quo quidem legimus quia unctio eius docet nos de omnibus. Quia sic sine gratie illuminatione non possumus viam veritatis vel ad modicum tenere: sic sane sine eius ductu non possumus viam perdere vel uspiam aberrare. Sic sane pre ceteris id genus olei videtur melius prestare ad curam medendi. De quo habes quod profudit unguentum a facie olei: eo quod dicitur remissionis misericordie prestat usus frequentior sive contra peccati. Sed licet ista de singulis specialiter assignavimus: singulas tamen species ad dolorum levamen valere multum que efficaces usu cotidiano probare possumus. Quia enim quando tanta doloris est que acerbitate potuimus invenire quod contra illa dictarum promissionum olea sedando non possit lenire. De tri plici levamine contra triplicem dolorem. l.

Alii dolent ex infirmitate gravioris et ulceris. Alii ex langore et infirmitate. Alii ex fatigatione laboris et doloris. Infirmitas ulceris compunctionis est. Langor infirmitatis defectus virtutis. Fatigatio laboris tedium expectationis surgens ex multitudine doloris et impatienti desiderio promisse retributionis. Ex hiis sane omnibus dolor surgit animum quo homo multipliciter affligitur. Sed contra triplicem dolorem hec triplex olei species. Si utique dolet ex ulcere criminis quo commisit: hec oleum proposite venie ex dono utique promisse. Si dolet ex infirmitate et defectu virtutis tenuitate: hec olim promisse gratie. Si dolet fatigatus afflictione: unge oleo lenitatis in spe promisse glorie. Si utique prius dolor affligit conscientiam tuam et te urget acerbitas contra peccata: accipe veniam et recipe consolationem ad illam utique dulcissimam vocem divino dominice venationis effusionem. Vivo ego dicit dominus. Nolo mortem impii sed ut convertatur impius a via sua et vivat. Convertimini ad me et vos [illegible] domus israhel. Et quod iam in talibus conversionis prius quam amaritudo quantum lenire non possit hanc dominice venationis infusionem. Si dolet de langore et defectu tuo: in ista probabis si pre amicitiis donum indicaris virtute ex alto. Donum quod etiam petiturus quo qualescumque ab omni dolore et langore tuo utpote delibutus promissionis illo evangelice pietatis unguento. Si enim vos cum sitis mali bona data datis filiis vestris: quanto magis pater vester celestis dabit spiritum bonum petentibus se. Sed ut amplius invenies in mea reliquus potestate ab eo qui dat et non improperat ut quisque quantum voluit tollat cum dicat. Omnis qui petit accipit et cetera. Nolo enim pure et in expedendo non aviditate in erogando. Quantomagis erogat: tanto magis habundat. Omnes inquit accepimus gratiam dare. Nescit sane gratie effusio olei que hinc emanatio inde morbus cessare: nisi cum vasa vacua desunt que possit implere. Si doloribus deficis nimio ve labore fatigaris: hec glorie unctionem unde fatigationes tue dolorem lenire possis. Cum ab illo precioso unguentario accipias quod audis. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Quod in presenti est momentaneum et leve tribulationis nostre et cetera. Audi adhuc hinc unguentum eiusdem olei speciem glorie quo unctionem preferente. Cum enim Christus apparuerit vita vestra: tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Assignatio triplicis promissionis. li.

Prima sane olei species erat quo samaritanus vulneribus eius infundebat qui in latrones inciderat. Quem et exspoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semivivo relicto. Hoc genere unguenti pietatis illa sororum suorum ulcera sanantur, dolores que innumerabiles eadem aliqui mitigantur: quia a domino eidem audire meruit. Dimissa

sit ei peccatum relaxatum quoniam dilexit multum. Hoc unguento de domini munere ditata ad domini pedes venit et novissime domini membris largiter impendit pietatis unctionem quam desuper se accepisse cognovit. Ut peccator et penitens penitentibus et peccatoribus pietatis beneficium impenderet, que de dei misericordia se accepisse meminisset. Hoc pietatis oleum servus ille nequam in domini pedes fundere noluit, quod tamen de domini munere in tanta habundantia accepit. Unde et id quod prius acceperat gratis, reddere fecit compelli, tradens eum ei per exprobrationem dicens: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me; nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui, sicut et ego tui misertus sum? Scitis vero arbitror olei speciem sint, qui debitorem se esse recognoscit, interrogatus respondit: Quantum debes domino meo? Et ille: centum cados olei. Attende obsecro in quanta habundantia accepit gratie oleum, qui centum cados olei se debere non negat. Hoc olei debitum reddere compellitur, qui domini sui debitores alloquendo instanter ammonebat: videte igitur ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Hoc olei debitum in se ipso recognovit et gratiam non erubuit, cum diceret: Gratia dei sum id quod sum. Quam autem pro reddendo hoc olei debito laboret, ostendit cum subsequenter adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed omnibus habundantius laboravi. Non autem ego, sed gratia dei mecum. Tertia in stillar olei species erat, quam prudentes ille virgines habundabant, ubi et earum lampades exstingui non poterant, quia olei defectum non timeberunt. Accesserunt itaque et apparuit in habundantia huius olei, et statutis vigiliis forsan statibus cum fiducia intrat in gaudium domini sui, et in leticia sempiterna vocabuntur ad nuptias agni. Hoc olei plenitudinem accepit qui plene delibutus erat, de quo propheta vaticinatus adloquitur: Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie. Recte sane pre consortibus et pre participibus suis, quia solus pre hominibus unctus est, et pre angelis tanto in melior angelis effectus, quanto differentius pre illis nomen hereditavit. Gratia namque et hoc eius acceperunt non quasi secundum omnem mensuram, quia non ad mensuram dat deus spiritum. Dignus sane qui acciperet plenitudinem gratie. Vidimus igitur gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et veritatis. Sic dubium itaque est cum ubi acceperit plenitudinem iuxta unaquaque assignata superius olei species in qua habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Est enim fons misericordie ab ipso fluenta totius gratie, in ipso abyssus eterne et infinite glorie. Cum quid adhuc olei huius inopia laboramus? Nos enim de plenitudine eius accipimus si volumus. Tantummodo petamus et accipiemus. Promissum olei genus et illud quod tertium et oleum leticie seu glorie, quod tamen ipse prius nos postulare premittit quam se dare permittit. Petite igitur et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Sanus itaque ad manum habemus, si cum integre volumus ad perfectionem accipimus. Assignatio utilitatum

Habemus igitur tres olei species plurimas utilitates in diversis omnes utique tamen necessarias quoniam utiles. promissionibus .ij. Prima contra triplicem contritionem utilis, livoris et plage tumoris. Secunda contra triplicem dolorem, languoris capitis, meroris cordis, egritudinis corporis. Tertia vero contra triplicem fatigationem et scilicet corporis, videlicet laboris, egestatis, persecutionis. Habes oleum doctrine in quo foveas ulcera peccatorum. Habes oleum gratie in quo mitiges meroris vitiorum. Habes oleum glorie in quo lenias fatigationem certaminum. Sic aliud est morbus et aliud ulcus. Sic ut superius docuimus, aliud est vitium et aliud est peccatum. Vitium est ipsius nature boni et integritatis defectus. Peccatum est consensus mali superveniente consensu. Vitium itaque est corruptio nature ex qua surgit prava et cupida illicita et mali sepe cum tamen consentire nolit. Peccatum vero est pravitatis dulcedine per quam sepe illi et malo superveniente consentitur, cui et facile resistere poterit. Primum itaque sanare ulcera peccatorum, secundum autem curare morbos vitiorum, tertium vero est lenire dolores fatigationum. In primo itaque medelam iter deum est habemus oleum misericordie. In mitigatione curam oleum gratie. In defectum cautelam oleum glorie. In peccatore sane medela habes utrique confectionem illam propheticam ex prima olei specie confectam. Beati misericordes quia ipsi misericordiam consequentur. Mirabile sane misericordie unguentum quod non solum de infirmo facit sanum, sed et de misero efficit beatum. Beati igitur misericordes qui non tantum dimittunt peccata. Contra vitiorum morbos corruptionem que ibi accipe adhuc aliam unguenti confectionem ex oleo gratie. Beatus vir cuius deus Iacob adiutor eius. Accipe adhuc aliam unctionem eodem gratie oleo confectam. Beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum. Accipe et illud: Beatus vir qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius. Beatus vir qui domini habet adiutorem, eruditorem, protectorem. Beatus vir quem dominus adiuvat, erudit, protegit. Adiuvat ad bonum, defendit contra malum, erudit ad utrumque discernendum. Adiuvare, erudire, defendere totum est gratie. Primum itaque est quod defectum fortitudinis; secundum est defectum veritatis; tertium quod defectum virtutis. Omnia quod defectum boni nature. Primum quod debilitatem languoris capitis; secundum quod caliginem meroris cordis; tertium quod apprehensionem internorum corporis concupiscentiam ex cupiditatibus. Habemus adhuc tertia olei species, et ex ipsa similiter triformem confectionem unguentum quod triplicem corporis significationem qualescentis defatigationem. Contra fatigationem laboris habes illud: Beati qui laborant, mortui qui in domino moriuntur. Contra afflictionem egestatis habes illud: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Contra tribulationem persecutionis habes illud: Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est. Est quod inter tot tribulationum certamina non modo doleat, immo et exhilarescat cum scriptum sacre auctoritatis audierit, et de quo dubitare non audeat. Omnem gaudium vero existimate fratres cum in temptationes varias incideritis. Hinc est quod apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Cernite hec olei tertia species dicitur oleum leticie quia tamen et de tribulatione gaudere. Quis enim non letetur, immo et glorietur in infirmitatibus et tribulationibus suis cum speret accipere premium certaminis? Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Hec de diversis olei speciebus iam dixisse non sit satis, quas in confectione unguenti utiles seu necessarias habemus. Sic nobis deinde sufficere hec de his olei speciebus cognovisse, utilitatem ex earum consuetudine diligenter perpendisse, nisi studeamus ex his singulis utilitatem ad curare infirma nostra fovere, sicut illa de inceptionis sententia videatur nos arguere: vulnus et livor et plaga tumens non est circumligata nec curata medicamine, neque fota oleo. Explicit liber Richardi de statu interioris hominis. Incipit de statu sapientie et eius gratitudine.

Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Audiant adolescentuli sermonem de adolescente, evigilent ad vocem prophete: Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Etsi sit Benjamin iste multis notus, alii per scientiam, alii per experientiam: qui per doctrinam noverunt, audiant patienter; qui per experientiam didicerunt, audiant libenter. Quis enim cum experientie magistro semel nosse potuit, fidenter loquitur. Sermo de eo cuius plenius illum satiare non potest. Sed quis de eo digne loqui sufficiat? Est enim Benjamin filius Iacob, et eum quem Rachel generare debuit, sola Lia cuius plenius per labores non habere non potuit. Duas namque ut legimus uxores habuisse Iacob cognoscitur: una Lia, altera Rachel dicebatur. Lia fecundior, sed Rachel formosior. Lia fecunda sed lippa, Rachel fere sterilis, sed forma singularis. Sed nunc que sint ille due uxores Iacob videamus, ut qui sint earum filii facilius intelligamus. Rachel doctrina veritatis, Lia disciplina virtutis. Rachel studium sapientie, Lia desiderium iusticie. Scimus septem annis Iacob pro Rachele servisse, et tamen videbantur ei dies pauci pre amoris magnitudine. Quid mirum? Secundum magnitudinem pretiositatis erat magnitudo dilectionis. Certe si in laudem sapientie ad tempus tacere voluero, minus erit comparatio divitiis. Quid enim sapientia ardentius diligitur, dulcius possidetur?

de sapientie nobilitate et ...

Eius decor superat omnem pulchritudinem. Eius dulcor superat omnem suavitatem. Est enim ut ait quidam speciosior sole et super omnem stellarum dispositionem. Luci comparata invenitur prior. Illi succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Hanc amavi et exquisivi a iuventute mea et quesivi eam sponsam mihi assumere et amator factus sum forme illius. Quid mirum si Iacob in huius sponse amore flagrabat, si talis ignis si tante dilectionis flammas tepere non poterat? O quam amabatur, o quam in eius amore flagrabat qui dicebat: Super salutem et omnem pulchritudinem dilexi sapientiam. Nichil enim hac utique dignius; sapientia ardentius diligitur, sed dulcius possidetur. Hinc est enim quod omnes sapientes esse volunt, pauci tamen ad modum sapientes esse possunt. De desiderio iustitie et eius [illegible]. ij.

Nunquid de iustitia similiter? Siquidem omnes eque iusti esse volumus, sed iusti forte esse non possumus. Imo omnes utique iusti esse potuissemus, si esse iusti perfecte voluissemus. Iustitiam enim perfecte amare et iam iustum esse. Sapientiam et multum diligere potes et ipsa carere potes. Omnino et absque dubio quanto amplius iustitiam dilexeris tanto iustior eris. Sed videamus ne forte sint illecti vere iustitie, et videlicet quod homines tamen detestentur connubia Lye. Credendum namque est quod fere omnes coniugia Lie tactoque abhorreant qui in amplexu Rachelis tam spiritualiter [illegible] iustitia uber inimicos diligere, penitus propria quoque relinquere, illata mala patienter ferre, oblatam gloriam ubique declinare. Sed hi amatoribus quidem stultitia, quidem laboriosius reputatur. Hinc est quod ab eis Lya et lippa creditur et laboriosa vocatur. Lya namque laboriosa interpretatur. Magnus namque labor sed minor error videtur eis esse in tribulatione gaudere, prospera mundi quasi pestem fugere, sed et copiam mundi ad necessitatem non respuit et ad voluptatem non admittit. Lyam lippam non cecam vocant qui in recto iudicio errare putant. Si ergo per Lyam desiderium iustitie, per Rachel vero studium sapientie intelligitur, patet non esse vel ab omnibus per Rachel fere comprimitur vel Rachel tantum diligitur. De gemino uel [illegible] rationis scilicet et affectionis. iij.

Set liber adhuc de huius duabus uxoribus Iacob diligentius inquirere et quid de eis animus suggerit manifestius aperire. Omni spiritui rationali gemina quedam vis data est ab illo patre luminum a quo est omne datum optimum et omne donum perfectum. Una est ratio, altera affectio. Ratio qua discernimus, affectio qua diligamus. Ratio ad veritatem, affectio ad virtutem. Hee sunt sorores ille due a domino desponsate, Oolla et Ooliba, Ierusalem et Samaria. Hee sunt sponse rationalis genitive processiones, ex quibus oritur gloriosa proles et regnum celeste heredes. Ex ratione oriuntur consilia recta, ex affectione desideria sancta. Ex illa spirituales sensus, ex ista ordinati affectus. Ex ista denique omnis virtus, ex illa vero veritas omnis. Sciendum tamen quod affectio tunc veraciter incipit Lya esse cum satagit semper ad normam iustitie componere, et ratio Rachel indubitanter esse asseritur cum illustratur summe et vere sapientie luce illustratur. Si quis ignorat quam sit illud laboriosum quod [illegible] illud vocatum, utique non sine magno labore animus ab illicitis ad licita restringitur. Recte talis uxor Lya habet laboriosa vocari. Quid vero dulcius, quid ve iocundius esse potest quam oculum mentis ad summe sapientie contemplationem erigere? Ad hanc tamen contemplandam cum vere delectatur, merito Rachel nomine honoratur. Rachel visum principium vel ovis interpretatur, ut quoque tali nomine digna sit, impleat quod scriptum est: Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum. Utique de domino in bonitate sentit et in simplicitate cordis querit illum, iam illud quod est principium omnium fidei oculo cernit. Sed et ovis est veraciter si in simplicitate querit. Vides ne quemadmodum non quelibet sed summa sapientia quesita facit esse Rachel. Iam ut arbitror non miraris quod Rachel diligitur tantum, cum eius pedissequa sapientia mundi loquitur que in domino sine comparatione stultitia reputatur, tanto ut etiam a mundi philosophis requiritur. Quomodo per studium sapientie animus latenter sepe induatur ad gratiam iustitie. iiij.

Quemadmodum autem Lya supponitur pro Rachel sponsus facile recognoscat nosse [illegible] quod hi quamque sepe contingat non tantum audiendo quam experiendo didiceram. Sepe contingit ut animus antiquo conflictu sordibus minus mundatus et ad celestium contemplationem nudum providens, dum se in cubiculo Rachelis collocat, dum totum se in amplexu eius putat, dum illa iam sese tenere putat, subito et inopinate inter amplexus Lye se esse comprehendit. Quid enim secretum sacrarium in Rachelis cubiculum dicimus? Ibi sapientiam divinam sub decenti allegoriarum velamine latitare non dubitamus. In tali cubiculo Rachel tunc querimus quando in sacra lectione spiritualis intelligentia indagatur. Sed quamdiu ad sublimia penetranda minime sufficimus, diu cupita et dilecta quasi Rachel nudum invenimus. Incipimus ergo gemere, suspirare, suam cecitatem non solum plangere sed et erubescere. Dolemus ergo nobis et irascimur, unde hac cecitate nimium: occurrunt mala que fecimus. Cum imo ipsa divina lectio nobis volentibus et aliquando in ea quedam mollitudo [illegible] frequentius ingerit, et cordi nostro in eius consideratione compungit. Certe ergo in lectione divina pro contemplatione compunctionem reperimus, in cubiculo Rachelis non ipsam sed Lyam nos invenisse non dubitemus. Sola sic Rachel et meditari, contemplari, discernere et intelligere; sic pro certo pertinet ad Lyam flere, dolere, gemere et suspirare. Sola Lya ut diximus est affectio ex divina inspiratione inflammata. Rachel est ratio ex divina revelatione illuminata. Lya affectio ad normam iustitie semper componens; Rachel ratio se in celestis sapientie contemplationem attollens, et de ipsis hactenus, sic de cetero ancillas videamus. Quod imaginatio subserviat rationi, sensualitas affectioni. v.

Accepit ergo utraque illarum ancillam suam. Affectio sensualitatem, ratio ymaginationem. Obsequitur sensualitas affectioni, ymaginatio famulatur rationi. Intantum utraque earum domine sue necessaria esse cognoscitur ut sine illis mundus totus nil eis posse conferre videatur. Sola sine ymaginatione ratio nil saperet; sine sensualitate affectio nil saperet. Utrumque enim Lya esse laborat et in amore tam vehementer afficiatur sicut quare in eis per ancille sue habet sensualitatis obsequium mollitur delectatur. Inde manifeste colligitur quod ad invisibilium cognitionem nequaquam ratio assurgeret, nisi ei ancilla sua ymaginatio videlicet rerum visibilium formam representaret, per rerum enim visibilium speciem surgit ad rerum invisibilium cognitionem, si quis ex his ad illam quandam trahitur similitudinem. Sic constat quod sine ymaginatione corporalia nesciret; sine quorum cognitione ad celestium contemplationem non ascenderet. Visibilia enim solus intuetur sensus carnis; invisibilia vero solus videt oculus cordis. Est ergo uterque sensus totius exterius, sensus vero cordis totus interius. Ratio foris exire non potest. Sensus corporeus ad illam intrare non potest. Sola enim decebat illam delicatam et teneram et singulariter formosam foris per plateas discurrere. Sed et sensus quidem cum dolet domine sue penetralia secretiora introire, rursus discurrit ergo ymaginatio utpote ancilla inter dominam et servum, inter interiorem et sensum et quicquid exterius accipit per sensum interius representat ad obsequium rationis. Semper ergo ymaginatio rationi assistit. Nec ad momentum quidem ab eius famulatu se subtrahit. Nam sensu deficiente ipsa nuntiare non desinit. Nam in tenebris positus nil video, sed quelibet illic ymaginari possum si volo. Sic semper et in omnibus ymaginatio presto est et eius obsequio ubique ratio uti potest.

Sed et sensualitas non minus satagit, et sollicita est circa frequens ministerium. Verumtamen et ipsa semper et ubique ad domine sue parata obsequium. Hec est que illi solet carnalium delectationum cibos condire et apponere, et ad earum usum ante horam invitare, et ultra mensuram provocare. Que enim alia est quam sensualitas que ad affectionem carnalium voluptatum desiderio inflammat, et earum delectatione inebriat? Hec est que laboriosam illam dominam suam [illegible] previdet, et huc illuc quo circumducit. Nam quia Lya lippa est, et parum videt, illius manuductione semper eam non pudet. Hinc est quod Lya videlicet cum affectio non contempnenda diligit, sic diligenda contempnit, quia dum ei oculos intellectus in iudicio caligat, cuius appetitum sequi non erubescit. Hee sunt duarum uxorum Iacob ancille due, que supra nominate: Zelfa et Bala. Bala Rachelis, Zelfa Lye.

De vitio p(er) imaginationis et sensualitatis. vi.

Vidimus de earum obsequio. Sed non de earum vitio silendum puto. Est enim Bala garrula, Zelfa temulenta. Bale namque loquacitatem sicut ipsi eius domina Rachel compescere poterit. Sed et Zelfe quidem sitim domina sua copia tanta omnino extinguere non potest. Vinum quod Zelfa sitit, gaudium est voluptatis, de quo quanto plus bibit tanto plus sitit. Sola ad saciandum sensualitatis appetitum totus mundus non sufficit. Quantumcumque ergo bibat, semper ad bibendum inhiat. Et ideo Zelfa, hoc est os inhians, vocatur. Sicut enim numquam extinguitur, ymaginatio namque cum tanta importunitate in auribus cordis perstrepit, quando eius clamorem ut dixi ipsa Rachel vel omnino cohibere non possit. Hinc est quod sepe dum psallimus vel oramus fantasias cogitationum vel quarumlibet ymaginationes ab oculis cordis amovere volumus nec valemus. Quam ergo hic perstrepentium cogitationum tumultum corde et intus patimur, quanta vel qualis sit Bale garrulitas cotidiano experimento docemur. Quecumque etenim visa vel audita quandoque que ipsi gessimus vel diximus ad memoriam revocat, et que ipsa iam enarrando explicavit, eadem iterum atque iterum replicare non cessat. Et sepe cum nulla voluntas cordis ei audiendi assensum prebeat, ipsa sermonis quamvis nullo qui audiat narrationem implicat. Sicut nimirum decrepiti senes vel inveterate anus solent, quibus absque ordine audientie referre, et quibuslibet cum eis sermone conferre. Bene non immerito Bala hoc est inveterata dicitur, que vetularum more innititur. Sed de garrulitate Bale seu temulentia Zelfe quis nesciat, nisi forte qui seipsum ignorat?

Qualiter affectus principales et quo ordine vel modo redigantur in virtutes. vii.

Nunc de earum filiis, et prius de filiis Lye dicendum videtur, sicut et ipsa soror prior peperisse legitur. Filii Iacob ex Lya, ut diximus, nichil aliud sunt quam ordinati affectus. Quamvero quod inordinati sunt et utique filii dici non possunt. Septenaria vero hec proles vii sunt virtutes. Siquidem virtus nichil aliud est quam animi affectus ordinatus et moderatus. Ordinatus quando ad id est ad quod esse debet; moderatus quando tantus est quantus esse debet. Principales quidem affectus vii sunt, qui ab una animi affectione alternatim surgunt: spes videlicet et timor, et gaudium et dolor, odium, amor et pudor. Isti omnes possunt esse modo ordinati, modo inordinati. Sed cum fuerint ordinati, tunc inter filios Iacob deputandi. Si non esset timor inordinatus, sermo divinus minime dixisset: Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Item si non esset timor ordinatus, scriptum non esset: Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Item si non esset amor modo ordinatus, modo inordinatus, scriptum certe non hoc preciperet et illud prohiberet: Diligite dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et proximum tuum sicut te ipsum; et alibi: Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Sic debemus et de aliis affectibus intelligere aliquando ordinatos et ideo bonos, aliquando inordinatos et idcirco malos esse. De bonis autem quos et Iacob filios esse dicimus, nunc quo ordine generentur videamus.

no.

Quomodo et unde oriatur et ordinetur timor. viii.

Scriptum est: Initium sapientie timor domini. Hic ergo est prima initium prolis sine quo ceteras habere non potest. Qui talem filium habere desiderat, mala que fecit non solum frequenter sed et diligenter attendat: hinc magnitudinem sui sceleris, illinc potentiam iudicantis. Ex tali consideratione timor nascitur. Filius ille qui vere Ruben, hoc est filius visionis vocatur. Cecus enim est et minime videt qui facere non timet, quem facta mala non pudet, qui non erubescit perpetrare suam, qui non expavescit potentiam divinam. Si incipiat ista videre, incipiat pariter et timere, et quanto perfectius cognoverit, tanto vehementius timebit. Videsne ut arbitror quam iuste Ruben vocetur qui ex tali visione generatur? Recte eo nato mater eius exclamat: Vidit Deus humilitatem meam, eo quod tunc [illegible] incipiat videre et videri. Dum considerat et a Deo cognosci, videt Deum per timorem formidinis, videtur a Deo per respectum pietatis.

Quomodo oriatur vel ordinetur dolor. ix.

Primo filio nato et pullulante crescente secundus nascitur, quia post magnum timorem necesse est ut dolor sequatur. Quanto enim vehementius meruit penam quam timuit, tanto acrius plangit culpam quam fecit. Sed sciendum quod quacumque hora secundus gignitur filius, et [illegible] secundum illud: Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies. Quod tu vides Symeone nato, talis filius, id est exauditio, vocatur. Quem enim vere penitet, quod dolet absque dubio et absque mora indulgentiam accipiet. Oratio que ex corde contrito et humiliato profertur, cito exauditur. Hilaratur per dolorem, consolatur per dolorem. Per Ruben hilaratur, per Symeonem gaudetur et in fletu compungitur. Sed beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Quomodo et unde oriatur et ordinatur spes. x.

Sed consolatio que consolatos promittit esse penitentibus, spes est. Lugentibus amare nichil aliud nisi spes venie. Hic est ille tertius filiorum Iacob, qui recte Levi, id est additus vel additio vocatur. Ex duobus prioribus illis datus hic tertius additur. Iste datur sed additur, sermo divinus hunc filium nominat. Ut ante timorem et condignum premissum dolorem eius de spe venie presumat. Quid enim? Post perpetrata scelera sine timore si de impunitate blanditur, non tam spe erigitur quam presumptione eliditur. Ex tali vero nomine voluit nos divina scriptura cautos efficere, hunc nos videlicet filium non ante illos duos priores posse habere, nisi post illos precedentes hunc etiam posse decere. Venit et absque dubio gaudio quasi frequentius quanto quisque vehementius de suo reatu interno dolore afficitur, tanto citius tanto securius de indulgentia veniam efficitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt animam meam. Hic namque est quem spiritus sanctus paraclitus, hoc est consolator, dicitur, quia animam pro pena lacrimis afflictam tam frequentius quam libenter consolatur. Illam namque frequentius visitat, illam libenter consolatur, et ad venie fiduciam plene resuscitat, quam sua scelera flendo dampnare et dampnando flere desiderat.

Quomodo oriatur vel ordinetur amor. xi.

Incipit esse quedam familiaritas inter Deum et animam, et amicitia confederari, eo quod hec sentiat ab illo sepius visitari, et ex eius adventu non tantum iam consolari, immo aliquotiens quodam inestimabili gaudio repleri. Hanc amicitie confederationem ni fallor Lya representat, que iam nato Levi cum magna exultatione proclamat: Nunc copulabitur mihi vir meus. Verus anime sponsus Deus est, qui [illegible] nobis copulatur, quoniam per verum amorem [illegible]. Immo vero sibi nos colligit, qui nos quibusdam meritis quotiens ad suum amorem accendit et arctius astringit. Quod est enim cor tam durum, tam ferreum, quod divina pietas sua non emolliat prestita, et sua dulcedine non alliciat? Unde fit ut cum post consuescat mens formidare [illegible]

postmodum ardenter amare. Vides iam ut arbitror quod gaudium
post exercitium cordis contritionem nectens liberorum et dolor. Quod utique
post conceptum nata et per cotidiana incrementa proficiente nascitur
amor. Hic utique est ille filiorum Iacob qui quarto loco natus Iudas
id est confessio in scriptura nominatur. Cuius nominis si rationem queramus: citius in-
venimus. Scimus namque quod quisque quod amplius amat, et quanto
amplius amplectitur quanto amplius amat. Et quid est amplecti nisi lauda-
re? Illa utique est vera laudatio, illa est pura confessio, que ex casta dilectione
surgit, que ex laudis admiratione procedit. Vultis nosse aperte que
sit vox exultationis et confessionis, quam novit Iudas solus vel
ceteris aliis excellentius. Quod sit proprium amoris. xiii.

Attende nunc animum alicuius nimium amatorem summo
amore ferventem. Attende quid secum loquatur de eo quem
intime amat, quem valde miratur. Quid enim dicit? Quid secum tacitus
loquitur? O inquit quam bonus, quam benignus. O quam suavis, quam dulcis.
O quam amandus, quam amplectendus. O quam totus amabilis, quam totus
desiderabilis. O beatum quem amat. O felicem quem suo amore dignum
iudicat. O felicem cui eo frui liceat. Omne beatum cui eum possidere
contingat. Hec ni fallor est vox exultationis et confessionis que semper ex
ore Iude resonat in auribus domini pietatis. Quid tu dicis Lya?
Quid tu parturis Iuda? Quid tu reddis domine? Quid retribuis pro tali
puero? Sic inquit confitebor domino. Confitebor domino nimis in ore
meo. Hec utique et alia huiusmodi non solum frequenter sed et indesinenter
domino confitetur si tamen perfecte diligit. Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo.
Semper quod laudas si semper amas et semper desideras. Sed non amares si non
appares. Quid enim est aliud deum confiteri quam laudare? Et ipsa lau-
datio ipsa est confessio. Sic puto quod sufficiat unde quisque tantum corde
non est confitetur et ore. Cupit enim Iudas et aliis commendare et ad
eius amorem accendere, quem omnium amore dignum iudicat,
et ab omnibus amari desiderat. Hec omnia dicta sunt de confessione laudis.
Sed quid dicemus de confessione criminis? An forte Iudas istam ignorat,
quamvis illam tam excellenter agnoscat? Ego non sic existimo quod
et hanc et illam ad honorem dei mirum in modum prave cognoscit. Et scio
quod quem sic ardenter diligit libenter facit quod scilicet honori dei militare cog-
novit. Consultum quippe gaudet bonitate dei non solum largitas sua
sed et miserias nostras. Si enim magnum est nil promerentibus conferre beneficia,
quale quanto erit tribuere bona promerentibus mala. O quanta
pietas, quem nulla nostra fugare potest iniquitas. Alia sunt que misericor-
diter ignoscit, alia que affluenter tribuit. Ignoscit mala nostra,
largitur bona sua. Semper presto ad ignoscendum, semper paratus ad
largiendum. Hic largus, ille pius, utrobique benignus. Confiteamur
ergo illi mala nostra, confiteamur bona nostra illi. Confiteamur a
nobis esse mala nostra ut pie ignoscat, confiteamur ab ipso esse
bona nostra ut conservet et augeat. Hic Iudas utrumque accurat,
ne ingratus appareat vel de dulci venia vel de gratia gra-
tie. Sedere ergo ut arbitror hic filius Iudas id est confessio vocatur. Quia
verus amor semper confitetur. Denique cum scriptum sit quod deus caritas est,
deum non amare quid aliud? Cuius naturam confiteri exultat? Iustus
inquit scriptura in initio accusator est sui. Vide ergo quid agat qui se
putat vel cupit esse amatorem dei. Nisi forte putet aliud esse
amare iustitiam. Ecce iam habemus de iiii primis filiis Lye.
Primus est timor pene, secundus dolor, tertius spes venie, quartus
amor iustitie. Et post hec desiit parere. Sufficiunt enim. Si possit
consummatum cum se sola vera bona iudicat amare quidam. Quomodo per

Sed quid putas in corde invisibile amorem mens illigetur?
Rachel agitur? Quibus putas est ad invisibilium intelligentiam. xiiii.
desideriorum estibus agitatur cum videat sororem suam matrem filiorum,

Laus de pietate dei

liberorum, se autem sterilem permanere. Audiamus quid dicat et
intelligamus quid intellexit. Quid enim dixit Iacob viro suo: Da inquit
mihi liberos, alioquin moriar. Alioquin studium sapientie sine profectu
citius deficit. Sed quantum diligat quod nam esse possit quod na-
to Iuda Rachel ad amorem plus solito amplius inardescit?
Diximus superius quod sicut ad Liam id est affectionem pertinet diligere sic
ad Rachelem id est rationem est cognoscere. Ex illa namque oritur affectus
ordinatus, ex ista sensus veritatis purus. Sed quid est quod per Iudam nas-
citur? Amorem ordinatum, amorem celestium, amorem summi boni. Statim
itaque viso Iuda id est bonorum invisibilium desiderio exurgente atque fer-
vente: incipit Rachel amore plus estuare. Quod incipit ulte-
rius cognoscere. Ubi amor ibi oculus. Libenter aspicimus quod multum
diligimus. Nulli dubium quin qui potuit bona invisibilia diligere
quin velit statim cognoscere et per intelligentiam videre. Et quanto plus
crescat Iudas, ardescat videlicet diligendi: tanto amplius in Rachel fer-
vet desiderium pariendi, hoc est studium cognoscendi. Que sit prima via

Sed quis nesciat quam sit difficile omni ingredienti ad invi-
animo quam pene impossibile mentem sibilium contemplationem scilicet per
carnalem adhuc et spiritualibus studiis imaginationem. xv.
rudem ad invisibilium intelligentiam surgere et in illius contemplationis
oculum figere. Nulla quippe novit adhuc nisi corporalia. Nil aliud
cogitanti occurrit nisi quod cogitare consuevit, sola visibilia. Querit
invisibilia videre, et nil occurrit nisi forme rerum visibilium. Desiderat
incorporea intueri, et non somniat nisi imagines rerum corporalium. Quid
ergo faciet? Quid agere? Nonne melius est quoquomodo illa cogitare quam obli-
vioni vel negligentie tradere? Imo si bonum amat, necesse est ea non facile
obliviscitur. Consulto tamen difficile ad eorum contemplationem invenitur, facit
tamen quod potest: facit ea quomodo potest cogitat per imaginationem, quia nondum videre
valet per intelligentie puritatem. Hec ut arbitror est causa cur Rachel
prius liberos habeat de ancilla quam generet de semetipsa. Quia dulce est
ei saltem imaginando eorum memoriam retinere, quorum intelli-
gentiam nondum valet ratiocinando apprehendere. Sicut enim per Rachel ratio,
sic per eius ancillam intelligitur imaginatio. Suadet ergo ratio esse
quomodo quaslibet iam vera bona cogitare et imaginari, quorum saltem
pulchritudine ad eorum desiderium animum accendere. Quam in sui bonis et
deceptaminis cogitationem figere. Et hoc est quod Racio vult suam
ancillam tradere. Hanc esse primam viam omni ingredienti ad invisi-
bilium contemplationem nemo ignorat. Hinc forte quam ad hanc scientiam
studium experientia informat. Quomodo imaginatio speculationi divine

Sed hoc previdendum quam dicit scriptura scripture alludat. xvi.
huic speculationi alludat et humane infirmitati condescendat.
Res enim invisibiles per rerum visibilium formas describit, et earum me-
moriam per quorundam concupiscibilium specierum pulchritudinem mentibus nostris
imprimit. Hinc est quod nunc terram lacte et melle manantem promittit,
nunc flores nunc odores nominat, nunc per cantus hominum, nunc per
concentus avium celestium gaudiorum armoniam designat. Legite
apocalypsim Iohannis, et invenietis celestem Ierusalem ornatam per
aurum et argentum per margaritas et alias quaslibet gemmas pluribus
multipliciter descriptam esse. Scimus autem quod hoc omnium nihil ibi est. Ubi
tamen nihil omnino deesse potest talium. Namque nihil ibi est per speciem, et tamen totum
est per similitudinem. In his omnibus habet Bala unde suos valeat
delectare, quando et horum omnium memoriam ubi et quando voluerit per no-
tam representare. Hec statim cum volumus imaginari possumus.
Nichil enim imaginatione inter velocius esse potest. Quam cito et in talibus
obsequio deservierit. Quod imaginatio alia sit bestialis alia rationalis

Sed ut de Bale filiis quid dicendum sit prosequamur sciendum is. xvii.
quod imaginatio alia est bestialis, alia rationalis. Bestialis autem

inter filios Iacob annumerari non debet. Sed talem aliquem Rachel adop-
tivum sibi filium facere voluit. Bestialis itaque imaginatio est quando
per ea que paulo ante vidimus vel fecimus sine ulla utilitate absque
omni deliberatione huc illucque vaga mente discurrimus. Hec itaque bestia-
lis est. Ista et hec bestia facere potest. Rationalis autem est illa quam ex hiis que per
sensum corporeum novimus ad imaginationem fingimus. Verbi gratia. Aurum
vidimus. domum vidimus. auream autem domum nunquam vidimus. auream autem
imaginari possumus si volumus. Hoc itaque bestia facere non potest. soli ra-
tionali creature hoc possibile est. Hac imaginatione sepe utimur cum de
futuris vite bona et mala diligenter rimamur. Sicut nunquam hic sola bona.
sicut nunquam hic sola mala: sed permixta simul et bona et mala. et quamvis
in utraque vite sint mala. nusquam tamen inveniuntur sola. Ibi inveniri possunt
bona sine admixtione malorum: et mala invenimus sine admixtione
bonorum. Et hic sunt non sola sicut non summa invenimus. Ibi et summa et
impermixta bona et mala non dubitamus esse. Certe quando ex iuncturis
bonis et malis que in hac vita novimus experimento, qualia vel quanta
esse possunt in futura vite summum bonum sive malum colligimus. et
ex eorum imaginatione quandam futurorum imaginem figuramus. talis itaque
imaginatio rationalis esse facile convincitur. et ad Balam et ad Rachel
pertinere videtur. Ad Balam pertinet quantum imaginatio est. ad Ra-
chel autem quantum rationalis est. Talis itaque proles et imaginationis est per nati-
vitatem: et rationis est per adoptionem. Hanc enim prolem una educat: et
altera generat. Ex Bala namque nascitur: sed per Rachel moderatur. Quod

N[...]emine gerbet quod cum imaginatione rationem voluntate declarat.
et matrem et prolem imaginatio duobus modis accipimus. xvi.
tionem appellemus. Sed hoc volo esse inter matrem et filium: quod est
inter instrumentum et actum. vel hoc est inter matrem et eius prolem: quod
est inter genus et speciem. Sicut enim genus adiuncta sibi differentia ex se
speciem generat: quemadmodum copula viri feminam ad prolem fecun-
dat. et sepe instrumentum et eius actionem uno nomine appellamus.
Sicut illud quod videmus visum vocamus. Sed cum ratio voluerit intellectus
nominatur. aliquando instrumentum. aliquando eius actio intelligitur. et sanctus quod
instrumentum esse prius est quam eius actio. et sine ipso esse non potest. Hoc ergo actio
ab instrumento esse non incipit ab actione. Unde non inconveniens est per
instrumentum matrem. per actionem autem eius filium intelligere. Imagina-
tio ergo quantum instrumentum significat est illa vis anime qua cum voluit quelibet
imaginari potest. Hoc instrumento cum ad aliquid imaginandum mens utitur:
actio procul dubio quedam efficitur que similiter imaginatio vocatur. Hec
voluimus breviter commemorare: sed in hiis morari diutius non est
necesse. Sed iam ad propositum ordinem redeamus. De gemina

D[icimus] quod sola imaginatio speculatione que surgit ex imaginatione. xvii.
ad Rachel pertinere videatur. et quamvis non sit eius adoptione
prolis indigna iudicetur. Sed rationalis imaginatio aliquando per rationem
disposita: aliquando intelligentie permixta. Illa utimur: cum per visibilium
rerum cognitionem speciem invisibilem aliquam in mente disponimus. Sic cum eo invi-
sibile aliquid cogitamus. Ista vero tunc utimur: cum per visibilium rerum speciem
ad invisibilium cognitionem ascendere nitimur. In illa est imaginatio
non sine ratione. In ista intelligentia non sine imaginatione. Sunt
duo filii Bale: quorum primogenitus Dan dicitur. posterior Neptalim vocatur.
Ad Dan itaque pertinet consideratio futurorum malorum. Spectat ad Neptalim
autem speculatio futurorum bonorum. Dan hoc novit in copula. Sed
eam tamen rimatur que longe sunt et a sensu corporeo remota. Neptalim
tamen per rerum visibilium formam surgit ad rerum invisibilium intelli-
gentiam. In talia tormenta longe a sensu corporeo remota non
dubitamus: quia ubi vel qualia sint videre non possumus. Sed tamen hec que scire
volumus per ministerium Dan per oculos cordis habemus. Sicut non fidelium
cum infernum flammam gehenne et tenebras exteriores in scriptura sacra

legitur: hec figuraliter dicta creditur. Sed ista veraciter et corporaliter ali-
cubi esse non diffiditur. Unde sine mirum quamvis hec corporalia ante ocu-
los cordis per imaginationem ponit. Neptalim vero eorum significationem per
spiritualem intelligentiam querit. Quia hec non tantum figuraliter quam historialiter
dicta non dubitatur. Hec ergo horum consideratione ad Dan specialiter pertine-
re dicitur: quia sola imaginatione opus habemus. Quamvis ea in tali ne-
gotio non sine rationis dispositione tractemus. Sed cum terram lacte
et melle manantem. celestis Ierusalem muros ex lapidibus preciosis,
portas ex margaritis, plateas ex auro legimus. Quis sanus non hoc
hoc iuxta litteram velit accipere? Unde statim ad spiritualem intelli-
gentiam acceditur. et quod ibi mistice continetur requiritur. Videsne
quomodo hec talis futurorum descriptio ad Neptalim tantum pertinere videtur?
Ubi sine intelligentia sola imaginatio sufficere non posse minime
ignoratur. Hec ergo dicimus: ut quod ad Dan specialiter pertineat consideratio
futurorum malorum: ad Neptalim autem speculatio futurorum bonorum. contra
tamen quod de tormentis malorum scripta sunt mistice accipienda et simi-
lia de futura vite bonis quamvis corporalia debeant aliter accipi.

Illud autem sciendum est. immo non ignorare De prima speculatione
debemus: quod illa consideratio mediatorum et eius proprietate. xix.
facilius occurrit: que in sola imaginatione consistit. Sed illa que cum
intelligentia permiscetur. quanto sublimior tanto difficilius invenitur.
hoc autem in hac consideratione valde notabile: quod Dan per plenitudinem
rerum imaginationem vera representat et futura imaginatione
fictam. Neptalim vero sepe per descriptionem rei imaginationem fictam
surgit ad intelligentiam veram. Sed non licet de vanis et invisi-
bilibus per spiritualem intelligentiam aliquid fingere falsum. Quamvis absque culpa
sint tormenta malorum multo aliter quam sint per imaginationem cogitare.
Quis enim ea omnino putet sicut in hac vita exemplari sufficiat? Verum
quisque ea per arbitrio mentis non qualia sint sed qualia fingere novit fi-
gurando describit. Unde fortassis hic talis filius Dan .i. iudicium
vocatur: quia in tali representatione non experientie documentum sed immo
discretionis sequitur arbitrium. Sicut quam Dan futura rerum representatione
uniuscuiusque mente ex proprio iudicio formatur: forte etiam ut arbitrium
artificem eiusdem Dan .i. iudicium vocetur. De officio prime

E[st] tamen hoc nomine alia ratio. Que forte quanto speculationis. xx.
subtilior: tanto est invenitur utilior. Sunt etenim viri quidam
sentientes se turpibus cogitationibus pulsari. et ad illicitam cogitationem
vel delectationem trahi: tanto dolent in ipso et temptationis admissa
tormenta ante mentis oculos ponere. Hoc ergo in tali se statim per consi-
derationem pene inlascescunt et dispiciunt blandimenta culpe. Ecce per con-
siderationem Dan illecebras cogitationum deprehendimus arguimus dispicimus et
colligimus: forte cum Dan .i. iudicium vocamus. Sed quid hec de spiritu
cogitationibus tamen loquimur. Cum de quod vanas et inutiles plerumque viri non
leviter ab homine propter illud quod scriptum invenitur. Vere quod cogitat inimicus
Spiritus sanctus discipline ef. f. et a. s. a. c. q. s. s. intel. Quod ergo fieri de
hiis que sentimus non sine quodam illicito affectu. que quidem sunt aufer-
re ab hiis et que sunt sine intellectu. Sepe fit ut in oratione constituti qui-
dam cogitationum fantasias cum importunitate magna se in-
gerentes tolerent. Sed nequaquam sine ira reprehendere eas ne-
gligere debemus. Sed nunc magis eas oportet acriter arguere et in-
de est per reprehensionem pene rememorare irritationem atque etiam
cogitationes cogitationibus castigare. Unde scriptum est: Dan iudicabit
populum suum sicut alia tribus in Israel. Ad filios quippe Zelphe
pertinet disciplina operum. ad filios Lie dispositio voluptatum.
ad filios Rachel sententia affectionum. ad filios vero Bale moderatio
cogitationum. Quelibet ergo cogitatio quasi in sua tribu iudicatur. quando
omne erratum per suum similem corrigitur. quia nolens volens emen-

qui opus operis castigat. altercando altercatione corrigit. Et certe
quod tam aliquid sentimus, quantum timemus ad volumus. Et certe in
ordinatum ad aliquid [illegible] tamen nos reprehensibiles esse minime
ignoramus. Sed nunquid eos esse reprehensione dignos se esse iudi-
cant qui ad vitale vel otiosam cogitationem. Opera et sensus
reprehendere pro suo opere et prava voluntate. Sed pauci sunt qui se
ipsos diiudicent de otiosa cogitatione. Sed quia perfecti viri hic
faciunt et facere eos oportet quod perfecti esse volunt: ideo iacob pre-
dicit dicens. Dan iudicabit populum suum sicut et alia tribus israel.

De vivacitate prime speculationis. xxi.

Si enim dan discrete custodiat populum suum. Si iudicium diligenter exerceat: fi-
et ut in ceteris tribubus raro inveniatur quod iure dampnari debeat.
Obsistit enim qui statim in ipsa suggestione perdit illecebrosam cogitatio-
nem. ne facile rapiatur in pravam delectationem sicut et ceteri qui cohi-
bet tam prave consensum nequaquam transit in actum. Debet ergo dan pre
ceteris omnibus vigil et discretus in iudicio esse: ut de ceteris aliis tribu-
bus ex maiori parte et absque lite et disceptatione iudicet. Semper in-
veniet dan in sua tribu quod examinare debeat quod iuste re-
prehendat. Quamvis in aliis possit sive vix aliquando aliquid cavere sive culpa
valeat invenire. Alia namque culpa est in voluntate. sicut in ma-
lo affectu. sicut malo consensu. sicut malo perfecto: hic ipse vo-
luerit. Malum autem per cogitationem occurrere potest et invito. Sed ad dan
pertinet exigere malum statim cum per cogitationem pulsat in iudicium
adducere. diligenter discutere. deprehensum dampnare et deceptione
cogitationem ex alia consideratione pervertere et repentina mala ex
contrariorum recordatione extinguere. Vides iam ut arbitror quam
recte hic filius dan id est iudicium vocetur de quo solo dubitatur utrum
non populum suum iudicare habeat cum solus sit sive posse ne ceteri
habeant quod iudicent. non solum assidue sed et discrete iudicare
debeat.

De secunda speculatione et eius [illegible]. xxii.

Set sicut ad officium dan spectat per reprehensionem pene re-
pentine exurgentia vitia: sic ad neptalim pertinet per
considerationem premiorum inflammare bona desideria. Mirabilis enim ani-
mum nostrum neptalim ad eorum desiderium accendit: quotiens eorum
bonorum multitudinem et magnitudinem colligit. Illa future vite
gaudia quanta et quam multa esse possunt. Ubi gloria in presenti sepe solis
claritate corpora videbuntur lumine splendere. quanta futura erit lux
illa spiritualis: si tanta tamen quam invisibilis est lux illa corporalis.
Quanta namque putas erit lux illa que erit nobis cum angelis
si tanta est lux illa quam habemus communem cum bestiis. Quanta est
lux illa beatorum si talis est presens ista lux miserorum. Et multi-
plicitatem bonorum invisibilium colligit ex multiplicitate bonorum
visibilium. Quanta ergo putamus ea esse si sic preter ea diminuitur.
Quot sunt oblectamenta oculorum. quot oblectamenta aurium ceterorumque
sensuum. Quot sunt colores quot odores quot sapores. Si ergo tot sunt
delicie corporum quot erunt delicie spirituum. Si tanta presidens in exi-
lio tanta sunt quam et exspectamus in civitate. In hunc ergo modum visibilia cogita-
tione vertit nomen ut dixi et translatione eorum rerum visibilium tui
latione quasi trahit ad rerum invisibilium cognitionem. Ubi gratia
audit in scriptura nominare lucem sicut de eo scriptum est: Qui habitat
lucem inaccessibilem. Cogitat ergo quod lux illa sit incorporea quam hic
vir invisibilis et incorporea dei natura et invenit quod lux illa est ipsa
dei sapientia quod ipsa est lux vera. Sicut enim lux illa exterior quod oculos
corporum illuminat: ita illa procul dubio illuminat omnes oculos cor-
dium. Ecce quomodo neptalim per rerum visibilium formam surgit ad rerum
invisibilium cognitionem. Patet ergo quam recte et utrimque representationem
neptalim dicitur. Neptalim namque conversio vel comparatio interpretatur. Solet
namque cognitionem quam habet rerum visibilium naturam convertere ad spiritualem
intelligentiam. Ea ergo pene que sepe reperit ad spiritualem
intelligentiam convertit: recte conversionis nomen accepit. Et idem quia as-
sidue ut dixi est comparatione utitur: recte nomine neptalim id est compa-
ratio nominatur.

Quod sit familiare seu speciale speculatori secunde. xxiii.

Sciendum autem est illud contemplationis genus quod in pura
intelligentia versatur hic speculative quod per neptalim designatur
quanto [illegible] tanto nimirum excellentius esse cognoscitur. Hic namque hic
speculatio ad singulare valde notabile. Est enim pre ceteris rudibus
ad adhuc mentibus minus quam exercitatis et ad intelligendum facilior et ad
audiendum iocundior. Sicque hec meditatio facilius occurrit et audiendo
dulcius afficit. Est et propior in meditatione et affabilior in
sermone. Unde et pro iacob de neptalim dicitur. Neptalim cervus emissus
dans eloquia pulchritudinis. Cervus namque dicitur propter credi facilitatem
emissus propter credi audacitatem. Cervus est animal velox nimis. mul-
tum currere potest et multum currere cupit quando emissus est. Recte ergo nisi fallor
neptalim cervus emissus dicitur: quia per contemplationem multa percurrere valet
et per contemplationis dulcedinem multum ei currere placet. In terra enim ve-
locitate neptalim ille contemplatio currit in hac terra negotio ali-
quibus exercitium nec ad summa erigitur nec ad ima deprimitur nec
per minima rapitur. Ut ipse autem quid hic pretereatur: semper ipsum sepe-
miret felici magistro edoceri. Et quiescit neptalim ut cervus
emissus dicitur: Sicut dixi sane quod recte non avi volanti sed cervo currenti
comparatur. Illa avis volando longe a terra suspenditur. Cervus vero ad saltus
salit terre innititur. Sed non in ipsis suis saltibus longius a terra separatur.
Sic nimirum sic neptalim dum per rerum visibilium formam querit rerum
invisibilium naturam quasi saltus dare non autem ad plenum volatum
valere consuevit. Quia in eo quod se ad summa erigit terre corpora-
lium secum vestigium trahens ima omnino non deserit.

Quanta sit iocunditas secunde speculationis. xxiiii.

Ecce quomodo sit cervus. Sed quomodo
dans eloquia pulchritudinis: forte hic per exempla evidentius osten-
dimus. persuademus plenius. Visne audire eloquia pulchritudinis. eloquia
suavitatis. plena decore. plena suavitate et dulcedine. Et quia
neptalim scire consuevit velle quia cum scire querit. Oscule me
osculo oris sui. Flante m. flo. f. m. m. q. a. l. fav. d. la. t.
sp. ola. mel et lac s. l. t. odor v. t. s. o. a. Quid quod dicitur hic eloquia
quid loquitur invenitur. Quid tibi eloquia [illegible]. Quid audis audiatur.
Ista verba quod carnale sonare videntur et tamen spiritualia sunt quam per ipsa
describuntur. Sic novit neptalim carnalia cum spiritualibus permis-
cere et per corporalia incorporea describere ut utriusque hominis naturam
in eodem sermone inveniat unde se invisibilis reficiat quod ex corporea natura
et incorporea constat. Hinc est fortassis quod homini tam suaviter sapiunt
quam quamvis ut dixi et utrique eius naturam reficiunt. Illud autem in eius
dictis valde mirabile dignum quod admiratione: quod tamen se sepe de-
lectabiliter blandiuntur que iuxta sensum littere nihil sonare videntur.
Tale est illud. Capilli tui sicut greges caprarum que ascenderunt de m. g.
Dentes t. s. g. t. q. a. d. l. Sicut vitta c. l. t. Sicut fr. m. p. ita gene t.
s. c. h. et huiusmodi autem cum audiuntur vel leguntur: iocunda esse valde
videntur. et tamen in huiusmodi omnibus solam littere sensum sequimur. In eis hic invenimus

quod digne mirentur. Sed forte in hiis dicit hoc quod tam libenter amplectimur quod ex iocunditate quadam ut ita dicam leta serenitate ad spiritualem intelligentiam consurgere curamus. Si quod persensimus digne ... septenarium quod sit expedit in mediante quomodo sit iocundius in Simone est adiunge licet quomodo sit de eo spiritualiter pertinet. septenarium certum est. dicit. cap. pe.

¶ De gemina virtutum specie quam flagitat ex dominica sensualitate.
¶ De rigore abstinentie et vigore patientie et earum comparatione.
¶ Quod sensualitatis appetitus non compescitur si ymaginationis evagatio non restringitur.
¶ Quomodo per abstinentiam et patientiam animus valeat ad omnem obedientiam.
¶ Quomodo ex abstinentia humana laus surgit et quam caute est appetenda cum sit.
¶ Unde magis soleat laus surgere et quod vera laus sit ita voluntate.
¶ Quomodo virtutibus prodeat munimentum disciplina cordis quomodo operis.
¶ Quod disciplina cogitationum non possit custodiri sine disciplina sensuum.
¶ Quomodo in cordis custodia virtutes prodeant vicissim sibi compatientes.
¶ Quod perfectam patientiam semper comitatur misericordia.
¶ Commendatio perfecte patientie. ¶ Quomodo et quando oriatur verum gaudium.
¶ Compuncto timoris et amoris humilis. ¶ Quod soleat utique et verum gaudium.
¶ Quomodo vera dilectio soleat animum et ad fortia robustare et ad humilia inclinare.
¶ Quomodo et quando oriatur in nobis odium vitiorum.
¶ Quomodo sit verum odium vitiorum et zelum intendimus habere.
¶ Quod sit officium veri zelatoris. ¶ Quod veri zelatoris sit vigilare non solum contra sententiam sed et contra fraudulentiam.
¶ Quale sit officium et exercitium habere perfectum zelum animarum.
¶ Quomodo vel unde oriatur ordinatus pudor. ¶ Quod et qualis sit ordinatus pudor. ¶ Quomodo sit verum habere pudorem verum.
¶ Quod sit proprium pudoris. ¶ De utilitate et venustate verecundie.
¶ Quomodo verecundia mentis custodiat mentis custodiam cum per superbiam et humanam gloriam corrumpitur. ¶ Quomodo verecundia mentis ab omnibus sit fraude detrahitur.
¶ Quomodo in uno eodem que ... in una cum perpetue aliqua ... nutriuntur.
¶ Cum contra malitiam et cautela corrigenda sit in tentatione desperata.
¶ Quomodo caute operetur intentionem et morum honestate non deserere.
¶ Quod magna quiditate debeamus intentionis depravationem castigare.
¶ Quod mens in omni corruptione sua deo et parenti dolere et de commisso non desperare.
¶ Quomodo et quam caute per expiationem peccati et per exactionem debiti debeat corrupta mens flagellari. ¶ Quomodo per nimiam afflictionem mens quandoque usque ad impatientiam effrenatur.
¶ Quod non ordinata verecundia sit bona nisi sit et moderata.
¶ De periculo affectionum nimio et ordinandi in expedienda recipiunt.
¶ Quod affectus ordinati veniant sine bona si sit et inordinati.
¶ Quibus modis timor mensuram excedens supergreditur.
¶ Ad quomodo impudentie evagationem nimius timor mentem pertrahit.
¶ De ut et efficiatur affectionis sive quando non mala deserimus non bona inchoamus.
¶ De principalitate affectionis et de aliis affectibus quod ab eis principiatur.
¶ Quomodo virtutes in vitia vertantur nisi per discretionem moderentur.
¶ Quomodo et quam sero oriatur discretio cum sit prima species rationis.
¶ De discretionis utilitate et eius comparatione.
¶ Quod sit utile et in quo sit difficile discretionem perfecte obtinere.
¶ De multiplici officio vere discretionis. ¶ Cont.
¶ De gemina specie rationis scilicet videlicet discretionis et contemplationis.
¶ Quomodo per plenam cognitionem sui soleat animus ad contemplationem dei.
¶ Quod arduum sit vel difficile gratiam contemplationis optinere.
¶ De illo contemplationis genere quod est supra rationem.
¶ De supereminentia spiritualium. ¶ Quomodo sit verum et quam iocundum spirituales thesauros in usum adducere et in oblectamentum vertere.

¶ Quod frustra nitamur ad summa sine gratia scilicet virtute precedente.
¶ Quomodo valeat plena cognitio sui. ¶ Quibus modis ad scientiam divinam profectus.
¶ Suspensa deus esse quam revelata: quam non contemnit spiritualiter archana.
¶ Quomodo sit in prophetia quam mens per excessum videt et revelatione divina.
¶ Quod illa mens dicitur revelationes percipere quam in terminis sensus consuevit.
¶ Quomodo mens se ad interiora colligere debeat quam in celestium contemplationem haurit.
¶ Quomodo sit iocundum et dulce contemplationis genus familiare habere.
¶ De duobus gradibus contemplationis. ¶ Quomodo contemplatio declinat in meditationem vel quomodo meditatio assurgat in contemplationem.

Explicit. Incipit epistola Ieronimi ad Tranquillinum quomodo Origenes legi debeat.

Maiora spiritus vincla esse quam corporis et olim Ablegmius [?] mutue probavimus dilectione et in presens tua habere auro et ego tibi Christi amore coniungor. Ex parte ego Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror quomodo Tertullianum et Novatum, Arnobium et Apollinarem et nonnullos ecclesiasticos scriptores grecos pariter et latinos: ut bona eorum eligamus vitemusque contraria. secundum apostolum dicentem: omnia probate, quod bonum est tenete. Ceterum qui in alterutram partem nimio vel amore vel odio ... ut ... si quis contentiosi inter se amatores eius et obtrectatores sunt dicentes ut nec modum appetunt nec sibi modum. Sed totum aut probent aut improbent. liberius piam rusticitatem quam doctam blasphemiam eligamus. Ad papam Damasum de osanna.

Multi super hoc sermone diversa finxerunt et cetera.

Sicut nos in lingua latina habemus interiectiones quasdam ut gratulando dicamus vah. et admirando pape et in dolendo heu. et quando silentium volumus imperare strictis dentibus spiritum coartamus et cogimus in sonandum: ita hebrei inter ceteras proprietates lingue sue habent interiectionem cum volunt dominum deprecari: ponunt verbum petentis affectu et dicunt ... anna domine quod lxx dixerunt o domine salvum me fac. Et osanna salvifica interpretatur. Anna interiectio deprecantis est. Si ex duobus velis compositum verbum facere: dicetur osanna. sive ut nos loquimur osanna media vocali littera elisa: ... condecet ob ... laborare penitus. et pergo autem ac modare Simoni: quam de aliena lingua dicere vetere sententiam.

Quoniam vetus oriens Ad papam Damasum de fide cui in inter se populorum Anthiochia communicare deberet.

furore collisus et cetera. Quamquam tua me terreat magnitudo tamen invitat humanitas. A sacerdote victime salutem a pastore presidium ovis flagito. facessat invidia romani culminis recedat ambitio. cum successore piscatoris et discipulo Christi loquor. Interrogamus quid tres hypostases posse arbitrantur intelligi tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere non sufficit sensum ipsum nomen efflagitant. quia nescio quid veneni in sillabis latere clamant. Si quis tres hypostases vel tria hypostata hoc est ut tres subsistentes personas non confitetur anathema sit. et quia vocabula non odiamus. heretici iudicamur. Si quis autem hypostasim usiam intelligens non tribus personis unam hypostasim dicit alienus a Christo est. et sub hac confessione nobiscum pariter cauterio unionis inurimini. Discernite obsecro si placet. non timebo tres hypostases dicere. si iubetis condatur post nicenam fidem et similibus verbis cum arrianis confiteamur orthodoxi. tota secularium litterarum schola nichil aliud hypostasim nisi usiam novit. et quisquam rogo ore sacrilego tres substantias predicabit. Una est dei sola natura que vere est. ad id enim quod subsistit non habet aliunde sed suum est. cetera que creata sunt etsi videntur esse non sunt quia aliquando non fuerunt.

et potest rursus non esse quod non fuit. Deus solus qui eternus est, hoc est qui exordium non habet, essentie nomen vere tenet. Idcirco et ad moysen de rubo loquitur: Ego sum qui sum. et rursum: Qui est misit me. Erant utique tunc angeli, celum, terra, maria: et quomodo commune nomen essentie sibi vendicat deus? Sed quia illa est perfecta natura, et in tribus personis deitas una persistit: que et est una natura, et quisquis tria esse hoc est tres ypostasis, id est usyas, dicere nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Et si ita est, cur ab ario parietibus separamur perfidia copulati? Absit hoc a romana fide. Sacrilegium tantum religiosa corda non hauriant. Sufficiat nobis dicere unam substantiam, tres personas subsistentes perfectas, equales, coeternas. Taceantur tres ypostasis si placet, et una teneatur. Non bone suspitionis est, cum in eodem sensu verba dissentiant. Aut si rectum putatis tres ypostasis cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite venenum sub melle latet. Transfiguravit se angelus sathane in angelum lucis. Bene interpretantur ypostasim: et cum id quod ipsi exponunt habere me dicam, hereticus iudicor. Quid tam anxie unum verbum tenent? quid sub ambiguo latitant? Si sic credunt ut interpretantur, non dampno quod retinent. Si sic credo ut ipsi sentire se simulant, permittant me meis verbis suum sensum loqui. Quamobrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum mundi salutem, per omousyam trinitatem, ut mihi epistulis tuis sive tacendarum sive dicendarum ypostaseon detur auctoritas. Et ne forte aliud ambiguitatis nomen ut auctoritas questionis vestre fallat, tres ypostasis cum antiquis sensu predicemus. Ad papam damasum unde supra

Importuna in euangelio mulier etc. Deus ipse qui nullis conceditur ... superbi vincitur, publicani precibus inclinatur. Simulque civitas quia peccato perit, flectibus stetit. Christus in paradysum de cruce latronem intulit. Et ne quis aliquando seram conversionem putaret, fecit homicidium pena martirium. Ego igitur ut antea iam scripsi Christi veste in romana urbe suscepi. nunc barbaro syrie limite teneor. Verum ut ait gentilis poeta, celum non animum mutant qui trans mare currunt. Ita me incessabilis inimicus post tergum persecutus est, ut maiora in solitudine bella nunc patiar.

Item ad damasum papam de seraphim et calculo.

Hieronymus damaso. Et missum est ad me unus de seraphym etc. Vnum de seraphym aquila et theodotion. Et volavit ad me unus de seraphim. Quia a celo interpretes permulti esse volasse dixerunt, intellige de his velocem adventum super eos qui digni societate illius iudicantur. In genere quoque diversitas est. lxx. aquila et theodotion seraphym neutro genere transtulerunt. Symachus masculino. Nec putandum sexum esse in virtutibus dei, cum et ipse spiritus sanctus secundum proprietates lingue hebree feminino genere proferatur, ruah, grece vero neutro, to pneuma, latine masculino spiritus. Ex quo intelligendum est, quando de superioribus disputatur, et masculinum aliquid seu femininum ponitur, non tam sexum significari, quam ydioma sonare lingue. Siquidem ipse deus invisibilis et incorruptibilis omnibus pene linguis profertur genere masculino. et cum in eum non cadat sexus illorum. quia pro hoc arctum coarguendus error qui in orationibus et oblationibus suis audent dicere, qui sedes super cherubyn et seraphyn, siquidem et super cherubyn sedere dominum, ut ibi qui sedes super cherubyn ostenderet. Super seraphyn vero sedere dominum nulla scriptura commemorat.

et nec ipsa quidem seraphyn circa dominum stantia excepto presenti loco in scripturis omnibus invenimus. lxx. Et in manu habebat carbonem etc. Aquila et theodotion. Et in manu eius calculus etc. Quod ad historiam pertinet, videtur deus sedere in templo iherusalem et ad eum de altari secundum lxx. ad ysaiam carbo defertur, de altari vero incensi sive holocaustorum. Quod autem ad misticos intellectus, ille est ignis mittitur, quem seminas esse non potest. Qui cum arcana nostre penetrarit, ita nos dissolvit, ita a veteri homine in novum excoquit, ut in illam vocem possimus erumpere: Vivo autem iam non ego, sed christus in me. Qui enim dei quem in me est. Forcipes quoque in quibus tenetur, cetera licet in sacerdotali supellectile fuerint, diversas gratias debemus accipere, quibus multipharie et multis modis olim deus patribus nostris locutus est in prophetis. Quod in hebreo pro carbone calculus legitur, videtur mihi sermo divinus calculi appellatione signari. Sicut enim calculus genus est lapidis durissimi et rotundi et omni puritate levissimi: ita sermo dei qui nec hereticorum neque omnium adversariorum pravis contradictionibus cedere. Calculus vero de hoc calculo sephora filium suum circumcidit. ex. iiii. et ihesum populum purgat a vitiis. et in apocalypsi dominus pollicetur vincentibus ut accipiant calculum et scribatur super eum nomen novum. Videtur autem mihi et lxx. transtulisse anthracem. Quem nos carbunculum interpretamur. genus lapidis fulgidi atque lucentis quem et in xii. lapidibus invenimus. Sive igitur calculum sive carbunculum lapidem accipimus. In calculo divini sermonis veritas et rigor. In carbunculo lucet doctrina et manifesta monstratur. Quia autem in manu habebat, ita nunc intelligamus operationem. Aut certe vere manus apparuit ut per similitudinem humane forme de manu eius porrigentis propheta non timeat. Iuxta quod et ipsum deum et angelos in humanas videmus mutasse formas ut metum videntibus demerent. lxx. Et dixit. Ecce tetigit hoc labia tua et auferet iniquitates tuas et peccata tua purgabit. Primum scire debemus ut labia nostra tangantur. Deinde cum tacta fuerint, fugetur iniquitas. et cum iniquitas fuerit effugata, propiciatur deus. Purgatis autem peccatis nostris, audiens vocem domini dicentis: Quem mittam? et respondens: Ecce ego mitte me. lxx. Et audivi vocem domini dicentis: Quem mittam? et quis ibit ad populum istum? Aquila, theodotion et symachus. Et audivi vocem domini dicentis: Quem mittam? et quis ibit nobis? De quibus ysaias et moyses, quorum alius ministerium recusavit, alius se offerens dura perpessus sit, in alio loco disputavimus. Sed sic videmus aliquid preterisse eorum quos iudei vocant vel deuterosin. et in quibus omnium scientiam ponunt, sicut ubi dicitur in actibus quare in hebreo sic positum est: Et quis ibit nobis? Sicut dixit: Qui ... ad id quod dominus dixerat: Quem mittam? et quis ibit nobis? propheta respondit ex parte: Ecce ego mitte me. et de sequenti, iacentis intelligere illum hominem dignum esse qui deo pergeret et omne iter suum eius facere esse qui mitteret. Quem hominem deus adiuvet, qui se se sedis putaverit indignum, propheta autem sequentia dicentis: Vade et dixit: Ecce ego sum. Quemque vocaverit statim fuerat obviare. Vnde propheta properat a viciis ausus est dicere: Ecce ego sum. Sermo sancti Iohannis de morte ozie regis et de seraphyn et calculo in ysaia propheta.

Et factum est in anno quo mortuus est rex ozias. Principio videtur quod sit ozias. Fuit vir iustus et fecit rectum in conspectu domini. Edificavit templum

aquaeductum fabricatus offerens: et per haec multo adiutorio
supernorum, quod maximum pietatis indicium est, habens multos
in suo tempore prophetas. Hic quamdiu vixit Zacharias sacerdos
cognomento intelligens placuit deo, et cum omni veneratione de-
lubrum eius ingressus est. Postquam vero Zacharias obiit, volens
per se offerre donaria sacerdotalem non tam pie quam audacter
invasit: et reclamantibus levitis et ceteris sacerdotibus: Non es tu
Ozias rex, sed sacerdotes. Audire noluit. Statim quoque lepra per-
fusus in fronte est: qua corporis partem sacerdos auri lamina
protegebat. Unde et in Ezechiel dominus iubet thau litterae impressione
signari. In quo allophilorum procax funde lapidis ictu interiit.
Regnavit autem Ozias annis .lij. Quo tempore apud Latinos A-
mulius: apud Athenienses Agamestor .xi. imperabat. Post cuius
mortem Ysaias hanc visionem vidit, id est eo anno quo Romulus
romani imperii conditor natus est. Vivente leproso rege in quantum
est sacerdotium dissipante, Ysaias videre visionem non potuit. Quam-
diu ille regnum tenuit in Iudea, propheta oculos non levavit
ad celum: non ei sunt reserata caelestia. Quando vero ille mor-
tuus est: universa quae in subsequentibus sermo monstravit aperto sese lu-
mine prodiderunt. Tale quiddam et in Exodo scriptum est. Dum Pharao
vixit, populus Israhel ex luto lateres paleasque opere pressus
non suspiravit ad dominum. Dum ille regnavit, nemo quaesivit
deum patrem Abraham, Ysaac et Iacob. Quando vero ille mor-
tuus est: suspiraverunt filii Israhel, ut scriptura dicit, et ascendit cla-
mor eorum ad dominum: cum utique iuxta historiam tunc magis
gaudere debuerint et ante suspirare cum viveret. Ezechiel
quoque prophetante Saltias filius Banae occubuit. Si ergo intelligas
in Ozia et Pharaone et Saltia et ceteris huiusmodi contrarias forti-
tudines: videbis quando illis viventibus nullus nostrum videat ac
suspiret et in penitentiam corruat. Vidi inquit dominum super
thronum sedentem dominum patrem et duo Seraphin quae ex utraque
parte stantia praedicantur dominum nostrum Ihesum Christum et spiritum sanctum in-
terpretata sunt. Cum ego auctoris quamvis sit eruditissimi non asser-
tio. Melius sit vide melius est vera rustice quam diserte falsa proferre.
Maxime cum Iohannes evangelista in hac eadem visione non deum patrem
sed Christum scribat esse conspectum. Nam cum de incredulitate diceret
Iudaeorum Io. xi. statim causas incredulitatis exposuit: et ideo non poterant
credere in eum, quia dixit Ysaias: Aure audietis et non intelligetis
et cetera. Haec autem dixit quando vidit gloriam unigeniti et testificatus est
de eo. Io. i. Et licet in Actibus Apostolorum adversus Iudaeos inter se dissi-
dentes Paulus dicat: Bene spiritus sanctus locutus est per Ysaiam prophetam
ad patres vestros dicens: Vade ad populum et dic: Aure audietis et
non intelligetis. Michi tamen persone diversitas non facit quaestionem cum
sciam et Christum et spiritum sanctum unius esse substantiae. Nec alia spiritus sancti verba esse
quam filii, nec aliud filium iussisse quam spiritum. Sequitur: Et plena erat
domus a maiestate eius. Domus dei quae sursum est gloria plena conspicitur.
Nos quoque dicamus eos plenos in terra gloria esse qui possint dicere: Nos omnes
de plenitudine eius accepimus. Io. i. Sequitur: Et Seraphin stabant in cir-
cuitu eius. In communione domini deprecantis: ut mihi quoque de altari car-
bo mittatur, et omni peccatorum sorde detersa primo possim dei sacra-
menta conspicere, dehinc enarrare quae videro. Seraphin autem inter-
dum aut principium oris eorum interpretantur: Creditum quod sit incendium
salvator ait: Ignem veni mittere in terram, et quid volo nisi ut ardeat. Luc. xii.
Duobus discipulis quibus dominus in itinere scripturas aperuerit a Moyse et
omnibus prophetis incipiens: postquam reserati sunt oculi eorum cogn-
oscentes eum dixerunt ad alterutrum: Nonne cor nostrum ardens erat
in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas? Et in Deuteronomio iiii.:
Deus tuus scriptum est ignis consumens. Et in Ezechiele quoque a renibus
usque ad pedes videtur igneus. Et eloquia domini eloquia casta argen-
tum igne examinatum probatum septuplum. Et multa alia quae non de scrip-
turis omnibus volo replicare prolongum est. Quaerimus ubi sit hoc incen-
dium salvatoris. Nulli dubium in sacris voluminibus: ex quorum lectione
universa hominum vitia purgantur. Initium oris et quae eloquia. Et hoc omne
quod loquimur hebraea lingua quo vetus testamentum scriptum est universa
antiquitas tradidit. Postquam vero in fabricatione turris per offensam dei
linguarum diversitas attributa est: tunc sermonis diversitas et nationes
in omnes nationes dispersa est. Igitur et incendium et initium oris in duobus
audiuntur testamentis quae circa dominum stare non mirum est: cum per ea ipse
dominus discitur. Sex alae uni et sex alae alteri. Victorinus inter .xii. apos-
tolos interpretatur est. Nos possumus et .xii. lapides altaris quos ferrum non
tetigit, et .xii. gemmas ex quibus sacerdotis insigne diadema contex-
tum est accipere, quas Ezechiel memorat et Apocalypsis non tacet.
Sequitur: Et duabus quidem velabant faciem non suam sed dei. Quo-
niam principium scire non possit. Sequitur: Et duabus velabant pedes eius non suos 15
sed dei. Extrema eius scire quis potest? Quid post consummationem seculi futurum
quid priusquam genus hominum fuit iudicatum quod regere vitam mundi fue-
rit. Alia sunt cum fuerit: et post transitionem alia futura elementa et alii
mundus, sol quoque condendus sit post ora annuntiante misericordia et semitas quae
futura sunt: et dicam quod dii estis. Ait Ysaias significans neminem
posse quod ante mundum fuit, et quod post mundum futurum sit enarrare.
Et duabus velabant. Media tantum cognoscimus quae ex scripturarum nobis
lectione panduntur. Quando mundus factus sit, quando plasmatus homo, quando
diluvium, quando lex data sit, ut ex uno homine universa terra
terrarum completa sit et in extremo tempore dei filius pro nostra salute
susceperit carnem. Sciendum quoque quod Vetus Testamentum interpretes dominum Sabaoth
et dominum omnipotentem expresserint. In hebraeo sit positum dominus Sabaoth
et elevatum est superliminare. Legimus in veteri testamento quod semper deus Mo-
ysi et Aaron ad ostium tabernaculi sit locutus, quasi ante evangelium
fidum eos in sancta sanctorum introduxit. Sic et ecclesia per Salomonem dicens
dicit: Introduxit me rex in cubiculum suum. Cum igitur dominus noster
descendit ad terras superliminare sublatum est, et quasi quoddam obstaculum intre-
cipientibus sublatum est: et universus hic mundus impletus est fumo, id est
gloria dei. Ubi autem in Latino elevatum legimus, in Graeco sublatum positum
est, quod illa ambiguitas verbi nos interpretari possit elevatum,
interpretata sit pro ablato. Et domus impleta est fumo. Deus ut
superdixi ignis est. Hic cum in Sina monte descendisset ad Moy-
sen: ad adventum eius videbantur lapides discurrentes et plenus
omnis mons fumo. Unde et in psalmis dicitur: Qui tangit montes et fumigant.
Ex igne igitur quem totam substantiam capere non possumus levior quaedam
in universum mundum et ut ita dicam tenuior fumi natura dispergitur,
quam nos capientes dicimus: Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus,
et nunc videmus per speculum in enigmate. Et Seraphin stabant
in circuitu eius. Sex alae uni et sex alae alteri. Quidam Graecorum ad prime
eruditus Seraphin quasdam virtutes in caelis esse exposuit quae ante
tribunal dei assistentes laudent eum, et in diversa ministeria mittantur,
maxime quoque ad eos qui purgatione indigent, et ob pristina peccata aliquid
ex parte suppliciis purgari merentur. Quod autem sublatum est inquit
superliminare et domus impleta est fumo: signum est templi Iudaici

descendi et incendium urbis terruit. Simul illud in superiori-
bus considerandum in extrema parte dissertum. Sed et superliminare sublatum
illo tempore predicatur, quando uelum templi scissum est et uniuersa domus
israhel errore subuersa confusa. Quando josephus refert sacerdotes ex ab-
ditis templi uirtutum celestium audisse uocem: transeamus ex his
sedibus. Sed sane ut quidam putant in septuaginta uiri simplicia pla-
num in his absconditum est. Ad literam autem Simon magus tangitur.
Ascensurus deus ad celum quia apostoli ut homines terre miscentes adhuc
habebant fortasse sordibus pedes pollutos, uult eos a delictis pe-
nitus liberare, ut eis possit propheticus sermo congruere: Quam speciosi
pedes euangelizantium pacem, et imitari ualeat ecclesie uerba dicentis: Laui
pedes meos quomodo inquinabo illos? Sed licet apostoli indigebant purgatione
tunc pedum. Sic quoque ysaias cum in sermone peruenit labia in-
munda habere, et quantum ego arbitror quia etiam in templum irruens
esse non corripuerat. Non iuxta hebreos quoque illa uoce ipsum
designarat: labia inmunda habere. Quod confitetur et se miserum
contestatur, et purgatione dignus efficitur. Populus uero non solum non agens
penitentiam sed nesciens quod quia labia habeat inmunda, purgationis re-
medium non meretur. Interrogabis quomodo stet illa sententia: Nemo
faciem meam uidebit et uiuet. Respondebit unus uobis pro pu-
sillitate humana deum uisum sed ut est: sed ut uoluit se uidi-
Ecce ego mitte me. Audiui ego hoc in loco non paruam
hebrei mei disputationem. Dicebat enim melius fecit Moyses
uerum ne Moyses quod cum a deo mitteretur ad populum ait: Precor
domine sed sum dignus. Et rursum: Prouide alium quem mittas. An
ysaias qui cum non fuisset electus ultro se obtulit dicens: Ecce
ego mitte me. Sciebat igitur dicebat periculosum esse de meritorum
nimis disputare et ad uel minus uel plus differre. Vel de eo
quem deus coronauit: sed quia ipse dixit: Querite et inuenietis
pulsate et aperietur uobis: et nos non de aliquo detrahamus. Sed
ut scripture sensum sciretis ad eum nos dirigamus exempla. De
beniuolentie quidem quia pro fide contentionem. Ecce moysi testatur auctor est
humilitatis eius predicat ac mansuetudinem quia se indignum iudi-
cans ministerio dei maior effectus sit. Et econtrario quam ardentior est
ysaie: Sed et propheta de propheta qui non tam suo merito quam uera dei
confisus dicebat ocius soluisse tempore et ultro in ministerium dei
quia a peccatis liberum zelo se obtulisse fidei. Moysen uero quam
secularibus eruditus sit disciplinis et interfecto egyptio conscientia
eius aliquatenus ex parte sorduerat. Vnde et uox sancti sic: Ne accedas
huc: solue calciamentum. Et scierit se aduersus magos aduersus
pharaone pessimum regem futurum esse tamen se excusasse. Ex
quo manifeste intelligi potest ysaiam esse per cherubin labia in-
ter se obtulisse ministerium et moysen adhuc incircumcisum labiis
tam grande officium recusasse. Ad damasum de filio pro-
Beatitudinis tue interrogatio disputatio fuit et sic digo.
B...isse querendo uiam et dedisse questionis. Sapienter querere
interrogationem sapientia reputabitur. Ait enim iste in euangelio patris
qui duobus filiis substantiam diuidit et certe quod in euangelio plenius explicat
ait: Si ait aut de iusto et peccatore uoluimus esse parabolam: iusto
non poterit querere ut de salute alterius et fratris maxime contristetur.
Si utique peccatore iusti et inuiacris inuidia poterit tempestatis lex
quoque iustitie tenax clementiam non haberet. Sed quomodo mortali cri-
mine tenebatur: ista uera penitentie lauabatur a clementie. Auctoritate
legis euangelium gratia comparatur. Vnde paulus: Gratia uobis id est et pax.
Gratia quia non ex merito retribuitur: sed ex donante concessa est. Pax uero
quia reconciliati deo sumus habentes propitiatorem dominum ihesum qui dedit

in donatione delicta nostra. Sed ut maior dementia prorsus est quam ut filii
dei homines filios putaret. Sed ut tristabiliter omnia uidentes publicanos
et peccatores ad penitentiam procedebat. Conuiuium quoque eorum expetens
ut in conuiuia doceret. Sic mansuetum esse potest eius quam euangelia
saluatoris mente peregit quando et alibi est et potus et deambulabat et
uniuersa que gessit saluti hominum prouenire. Sed uidentes scribe et
pharisei eum ante reprehendunt quia curaret in sabbato. Deus enim ut
hanc eorum accusationem clementie sue superaret tres parabolas
posuit. Vt quando ibi nonaginta nouem pecorum et dragme lecta est an
gelorum et hominum ueniamus uicinarum. Sic in publicanorum peccatorumque
penitentia omnium debet esse leticia et quibus non sit necessaria penitentia. Vnde
uehementer admiror tertulianum in eo libro quem de pudicicia
aduersus penitentiam scripsit et sententiam ueterem noua opinione dissoluit
sed uoluisse sentire quod publicani et peccatores qui cum deo uesce-
bantur ethnici fuerint dicente scriptura: Sed erit uectigal penden-
s ex israhel. Quasi uero et matheus non ex circumcisione fuerit publicanus. Et ille
qui cum phariseo in templo orans oculos ad celum non audebat eri-
gere non ex israhel fuerit publicanus. Ac non lucas memorat: et omnis
populus audiens et publicanum iustificauerunt deum baptizati baptismo
iohannis. Aut quomodo posset credibile uideri ethnicum templum ingressum
aut dominum cum ethnicis habuisse conuiuium cum id maxime caueret
ne legem soluere uideretur. Et primum uenit ad oues perditas domus
israhel. Chananee quoque deprecanti pro filie salute respondet: Sed non est
tollere panem filiorum et dare eum canibus. Et alibi discipulis pre-
cipit: In uiam gentium ne abieritis et in ciuitates samaritano-
rum ne intraueritis. Ex quibus omnibus edocemur in publicanis non tam gentilium
quam generaliter omnium peccatorum id est qui erant et de gentibus et de iudeis
accipi posse personas. Ille autem quia iuxta uanas blasfemias su-
as id dogmatis defendebat quod christianos uellet recipere peni-
tentes frustra argumentatur est publicanos iudeos non fuisse
ut in persona eorum gentilium tamen populos posse intelligi. Iam sic lo-
gum faciat ipsum euangelicum uerba componat et in modum compararem quod
in uideatur ad singula querens connecta. Homo quidam habebat duos
filios. Homo deus dicitur multis testimoniis approbatur. Vt ibi dicitur
hominum testimonium uerum est: et ego testimonium de me dico: et pater
qui me misit. Quod autem ait duos filios: omnes pene scripture duo-
rum uocatione populorum plene sunt sacramentis. Et dixit adolescenti-
or patri: da mihi portionem substantie. Sapientia dei et omne quod uiuimus sapimus. Co-
gitamus in uerba prorumpimus. Hoc deo esse uiuimus et in que largi-
tur est. Iste est dexter oculus qui ab scandalis obstrudendus est. Hec lucerna
corporis. Hoc talentum quod non est in sudario colligendum id est delicate et
otiose tractandum. Nec in terra defodiendum, terrenis scilicet cogitationibus
obscurandum. Qui diuisit eis substantiam id est dedit liberum arbitrium dedit
mentis proprie uoluntate. Et ut uiuerent unusquisque non ex imperio dei
sed obsequio suo id est non ex necessitate sed ex uoluntate. Vt uirtus haberet
locum ut a ceteris animantibus distaret: deus ad exemplum dei nobis permissum
est facere quod uelimus. Vnde et in peccatores equum iudicium et in sanctos autem
in iustitia premium retribuitur. Peregre profectus est in regionem longinquam.
Sciendum non locorum spatiis sed affectu aut esse nos cum deo: aut ab
eo discedere. Quomodo enim ad discipulos loquitur: Ecce ego uobiscum sum
Jam ad eos qui sui negligentiam preferent et esse cum domino non merentur
dicat: Discedite a me. Recessit igitur iunior filius cum uniuersa
substantia a patre: et peregre profectus est. Et chayn egressus a facie domini ha-
bitauit in terra naid quod interpretatur fluctuatio. Quicumque enim a deo recedit
statim seculi fluctibus quatitur. Dissipauit substantiam suam uiuens lu-
xuriose. Luxuria inimica deo inimica uirtutibus prodit omnem substantiam

patris et ad presentem voluptatem delinitus futuram non sinitur cogitare paupertatem. Et postquam consumpsisset omnia: facta est fames valida per regionem illam. Qui a patre acceperat facultates ut invisibilia eius per ea que facta sunt visibilia cognosceret et ex pulchritudine creaturarum consequenter intelligeret creatorem, qui veritatem in iniustitia detineret et per deos idola colens nature bona universa consumpsit. Et consumptis omnibus cepit egere virtutibus derelicto fonte virtutum. Facta est fames valida per regionem illam. Et coniunxit se uni de principibus regionis illius. Deserto nutritio qui ad primam vocem bona ei suadet cuncta largitus: iunxit se principi mundi huius id est diabolo rectori tenebrarum. Plures esse intelligimus principes qui per istum volitant aerem et cunctorum fraude vitiorum genus hominum sibi subiciant. Sequitur. Et misit illum in agro suo ut pasceret porcos. Porcus animal immundum est quod ceno et sordibus delectatur. Talis est demonum multitudo que per idola manufacta cruore pecudum et victimis pascitur et novissime saginationis eorum hostia ipsius hominis morte satiatur. Cupiebat saturari ventre suum de siliquis porcorum et nemo illi dabat. Demonum cibus est ebrietas, luxuria, fornicatio et universa vitia. Hec blanda sunt et lasciva et sensus voluptate demulcent. Statim quoque ut apparuerint ad usum sui provocant. Quibus ideo luxuriosus adolescens non potest saturari: quia semper voluptas famem sui habet et transacta non satiat. Et Sathanas cum aliquem sua arte deceperit et suo eum imposuerit iugo: ultra ad vitiorum habundantiam non procurat, sciens esse iam mortuum, sicuti multos perditarum videmus primis vitiis et egestate confectos. Possumus autem et aliter siliquas interpretari. Demonum cibus est carmina poetarum, secularis sapientia, rhetoricorum pompa verborum. Hec sua omnes suavitate delectant: et dum aures versibus dulci modulatione currentibus capiunt: animam quoque penetrant et pectoris interna devinciunt. Verum ubi cum summo studio fuerint ac labore perlecta: nichil aliud nisi inanem sonum et sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt. Nulla ibi saturitas veritatis: nulla iustitie refectio reperitur. Studiosi earum in fame veri et virtutum penuria perseverant. Unde philosophos legimus … cum in manus nostras libri venerint sapientie secularis. Si quid in eis utile reperimus: ad nostrum dogma convertimus. Si quid vero superfluum de ydolis, de amore, de cura secularium rerum: hec radimus. Absit ut de ore christiano sonet Iupiter omnipotens et Mehercule et Mecastor et cetera magis portenta quam numina. At nunc etiam sacerdotes dei omissis evangeliis et prophetis videmus comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba cantare, tenere Virgilium: et id quod in pueris necessitatis est: crimen in se facere voluptatis. Et finem mercenarium et cetera. Mercenarios accipimus qui ob spem tamen bona legis precepta custodiunt. Hii iusti sunt et misericordes non ob ipsam iustitiam et ob ipsam misericordie bonum: sed ut a deo retente felicitatis et longe vite premia consequantur. Qui autem desiderat illa: ipsis compellitur ad obsequium preceptorum, sicut eorum prevaricatione que vult sibi carere conspicit. Porro ubi metus est: non est dilectio. Similiter qui diligit non ideo iura custodit quia aut timore penarum aut premiorum cupiditate compellatur: sed quia hoc ipsum quod a deo iubetur est optimum. Surgens ibo ad patrem meum. Pecorum iacere: stare hominum est. Pater peccavi in celum et coram te. Frustra quidam argumentantur non patrem in ydolis tamen inquirere: cum et deum patrem vocet quem se filium nomine confitetur indignum. Simul forte patrem ideo audet vocare: quia plena mente conversus est. Celerius proferte stolam priorem quam Adam perdiderat peccando. Stolam quam in alia parabola induitur dicitur nuptialem id est vestis spiritus sancti: quam qui non habuerit non potest regis interesse convivio. Et

dare anulum in manu illius signaculum similitudinis Christi. Hic signaculum in manu datur cum opera iustitie scriptura signantur. Et calciamenta in pedibus eius. Sponsi quippe perdiderat dignitatem: nudis pedibus pascha celebrare non poterat. Sed ubi colubri insidiantur plantam ingredientis viatoris: et super scorpiones et serpentes securus ambularet: ut preparatus ad evangelium pacis non secundum litteram sed secundum spiritum et ei conveniret: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem. Et afferte vitulum saginatum et occidite. Vitulus saginatus qui ad penitentiam immolatur salutem: ipse salvator est cuius cotidie carne pascimur cruore potamus. Et ceperunt epulari. Hoc quoque convivium cotidie celebratur. Erat autem filius illius senior in agro. Et cum veniret … laboriosus labore desudans longe a gratia spiritus sancti est. Audivit symphoniam et chorum. Male autem quidam de latinis symphoniam putant esse genus organi: cum chorus in laude concors ex hoc verbo significetur. Symphonia quippe consonantia exprimitur in latinum. Interrogavit quidnam esset hoc. Emulatione cruciatus paternam scire non potest voluntatem. Cepit rogare eum. Quam benignus et clemens pater. Rogat filium ut letitie domus particeps fiat. Ecce tot annis servio tibi. Pater suppliciter ad gaudia deprecatur. Ille iustitiam quam in lege se fecisse credebat iactat: dei iustitie non satiatur. Porro quam maior iustitia dei quam ignoscere penitentibus: filium suscipere redeuntem. Ecce tot annis servio tibi et numquam mandatum tuum preterivi. Quasi hoc ipsum non sit preterire mandatum salutem alterius invidere: ante deum se iactare iustitie: cum nemo coram eo mundus sit. Filius meus es, semper mecum es lege qua stringeris. Mecum es quia in captivitatibus erudiris. Mecum es non quia mea precepta complesti: sed quia te in longinquam regionem abire non passus sum. Propterea in qua filius senior gloriatur: tamen esse quaeritur dum in iudicia non ambulat et eius mandata non facit. Et quomodo ista non sentiet cum patre semper fuisse docetur? Dum peccans visitatur in virga et visitato misericordia non negatur. Sed mandatum patri eum ausum fuisse mentiri: quia fratri potuit invidere. Maxime cum in die iudicii quidam impudentius interrogant: Domine in nomine tuo comedimus et bibimus et virtutes multas fecimus et demonia eiecimus. Numquam dedisti michi hedum ut cum amicis meis epularer. Rectius iste diceret potius ut tecum epularer. Aut pater tecum esse … non potes tecum celebrare convivium. Hic frater tuus mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Confidamus ergo et nos vivere posse per penitentiam: qui fueramus mortui per delicta. Cum inquit legem sepultus commovetur quod vir iustus salutem fratris invideat et morum iracundia repleatur: ut nec fratris misericordia nec patris precibus nec totius domus iocunditate superetur. Ad quod breviter respondebimus omnem mundi istius iustitiam ad dei comparationem non esse iustitiam. … peccatis … Sodoma iustificatur: non quod ipsa sit iusta: sed quod maioribus delictis fiant minora delicta. Ita et hominum universa iustitia non est deo collata iustitia. Ut autem docemus in senioris quoque persona cadere posse invidiam et soli deo perfectam clementiam derelinqui: filiorum Zebedei considerentur exemplum: … invideant esse blasphemum: quia et in apostolis invidie malum diximus potuisse subrepere: cum et de angelis hoc putemus. Solus deus est in quem peccatum non cadit. Ceteri cum sint liberi arbitrii iuxta quod et homo ad ymaginem et similitudinem dei factus est: in utramque partem possunt suam flectere voluntatem. Quod si in hac sententia non adduceris: saltem illius auctoritate commovere: in qua per totum diem operarii mittuntur ad vineam. Et in prima hora vocatur Adam, Abel, Seth. In tertia Noe. In sexta Abraham.*

Mecdor

H mecastori

dilao

*In nona Moyses. In undecima gentium populus cui dicitur: Quid hic statis tota die otiosi? Et ille respondit: Nemo nos conduxit. Quod autem in extrema hora nostri sit salvatoris adventus: testis est Iohannes apostolus dicens: Filioli novissima hora est. Si hec displicet interpretatio: sequere quam dixi: … ut eos qui vocati sunt primum iustos esse fateamur. Quod cum operimento: illud iterum. Et quomodo iusti murmuraverunt dicentes: Hii qui novissimi venerunt et cetera. Videtur quidem iuste dicere non eosdem esse in eodem et cetera. Sed ipsa iustitia hec est in se livore quod alterius invideat felicitati. Denique et deus oculum in eis arguit invidentem. Unde et ab apostolo solus invisibilis dicitur immortalis: non quia et angeli et iusti sint et mortales: sed quia ipse sit immortalis et iustus: cui collata universa iustitia iniusta inveniuntur. Unum ipsi te scire ob non eosdem labore et vocationis spatia divina esse premium liberi accipiunt. In novissimo tamen operario id est in gentium salute discordant et cetera. Itaque ignosce dolentibus oculis id est dictatum maxime cum in ecclesiasticis rebus non queratur ulla secularis sermonis … pluribus sit una sufficientia non … Explicit.

Incipit primus liber augustini episcopi de baptismo paruulorum.

Quamuis in mediis et magnis curarum estibus atque ardoribus quorum nos detinent a peccatoribus delinquentibus legem dei, licet ea quam ipsa illorum et peccatorum minus imputemus, studio tamen tuo marcelline karissime quo nobis es gratior atque iocundior diutius esse debitor nolui. atque ut uerum dicam non potui. Sic enim me compulit uel ipsa caritas qua in uno incommutabili bono sumus in melius commutandi, uel timor ne in te offenderem deum qui tibi tale desiderium donauit, cui seruiendo illi seruiam qui donauit. Sic igitur me compulit, sic duxit et traxit ad dissoluendas pro exiguis uiribus questiones quas mihi scribendo proposuisti, ut eas etiam in animo meo prolixius uicerem alias, donec ad efficiendum quod me bone tue uoluntati et eorum quibus hec cure sunt, et si non sufficienter tamen obedienter debuisse constaret. Qui dicunt adam sic creatum ut etiam sine peccati merito moreretur, non pena culpe sed necessitate nature, profecto illud quod in lege dictum est: Qua die ederitis morte moriemini, non ad mortem corporis sed ad mortem anime que in ipso peccato fit referre conantur. Qua morte mortuos significauit dominus infideles, de quibus ait: Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Quid ergo respondebunt cum legitur hoc dominum primo homini etiam post peccatum increpando et dampnando dixisse: Terra es et in terram ibis. Non enim secundum animam sed secundum quod manifestum est secundum corpus terra erat, et morte eiusdem corporis erat iturus in terram. Quamuis enim secundum corpus terra esset, et corpus in quo creatus est animale gestaret, tamen si non peccasset in corpus fuerat spirituale mutandus, et in illam incorruptionem que fidelibus et sanctis promittitur sine mortis periculo transiturus. Cuius rei desiderium nos habere non solum ipsi sentimus in nobis, uerum etiam monente apostolo agnoscimus ubi ait: Etenim in hoc ingemiscimus habitaculum nostrum quod de celo est superindui cupientes. Si tamen induti non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri ut absorbeatur mortale a uita. Proinde si non peccasset adam non erat expoliandus corpore, sed superuestiendus immortalitate et incorruptione, ut absorberetur mortale a uita, id est ab animali in spirituale transiret. Neque enim metuendum fuit ne forte si diutius hic uiueret in corpore animali senectute grauaretur, et paulatim ueterascendo perueniret ad mortem. Si enim deus israelitarum uestimentis et calciamentis prestitit quod per tot annos non sunt attrita, quid mirum si homini obedienti eadem potentia prestaretur, ut animale ac mortale habens corpus haberet in eo quendam statum quo sine defectu esset annosus, tempore quo deus uellet a mortalitate ad immortalitatem sine media morte uenturus. Sicut enim hec ipsa caro quam nunc gerimus non ideo non est uulnerabilis quia non est necesse ut uulneretur, sic illa non ideo non fuit mortalis quia non erat necesse ut moreretur. Talem puto habitudinem adhuc in corpore animali atque mortali etiam illis qui sine morte hinc translati sunt fuisse concessam. Sed enim enoch et helyas per tam longam etatem senectute marcuerunt. Nec tamen credo eos iam in illam spiritualem qualitatem corporis commutatos qualis in resurrectione promittitur que in domino prima precessit. Nisi quia isti forsitan nec his cibis egent qui sumptione consumuntur et reficiunt, sed ex quo translati sunt ita uiuunt ut talem habeant saturitatem illis quadraginta diebus quibus helyas ex calice aque et ex collirida panis sine cibo uixit. Aut si et huius sustentaculi opus est, ita in paradyso forsitan pascuntur sicut adam priusquam propter peccatum exinde exire meruisset. Habebat enim quantum existimo et de lignorum fructibus refectionem contra defectionem, et de ligno uite stabilitatem contra uetustatem. Preter hoc autem quod puniens deus dixit: Terra es et in terram ibis, quod nisi de morte corporis quomodo intelligi possit ignoro. Sunt et alia testimonia quibus euidentissime appareat non tantum spiritus sed etiam corporis mortem propter peccatum inuasisse genus humanum. Ad romanos apostolus dicit: Si autem christus in uobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iusticiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit ihesum a mortuis habitat in uobis, qui suscitauit christum ihesum a mortuis uiuificabit et mortalia uestra corpora propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Puto quod non expositore sed tantum lectore opus habet tam clara et aperta sententia. Corpus inquit mortuum est non propter fragilitatem terrenam quia de terre puluere factum est, sed propter peccatum. Quid querimus amplius? Et uigilantissime non ait mortale sed mortuum. Namque antequam immutaretur in illam incorruptionem que in sanctorum resurrectione promittitur, poterat esse mortale quamuis non moriturum, sicut hoc nostrum potest ut ita dicam esse egrotabile quamuis non egrotaturum. Cuius enim caro est que non egrotare posset, etiam si aliquo casu priusquam egrotet occumbat? Sic et illud corpus iam erat mortale, quam mortalitatem fuerat absumptura mutatio in eternam incorruptionem, si in homine iusticia, id est obediencia, permaneret. Sed ipsum mortale non est factum mortuum nisi propter peccatum. Que uero in illa resurrectione futura mutatio est, non solum nullam mortem que facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est quam corpus animale habuit ante peccatum. Non ait: Qui suscitauit christum ihesum a mortuis uiuificabit et corpora uestra mortua, cum superius dixisset corpus mortuum; sed uiuificabit inquit et mortalia corpora uestra, ut scilicet iam non solum non sint mortua, sed nec mortalia, cum animale resurget in spirituale, et hoc mortale induet immortalitatem, et absorbebitur mortale a uita. Mirum ergo si adducitur quod hac manifestatione lucidius non fuerit audiendum, et quod huic sententie contradicitur, ut mortuum corpus eo illum modum hic intelligamus quo dictum est: Mortificate membra uestra que sunt super terram. Sed hoc ideo corpus propter iusticiam mortificatur, non propter peccatum. Ut enim operemur iusticiam, mortificamus membra nostra que sunt super terram. Aut si putant ideo additum propter peccatum ut non intelligamus quod factum est, sed ut peccatum non fiat, tamquam dixerit: corpus quidem mortuum est propter non faciendum peccatum, quid sibi ergo uult quod cum adiunxisset spiritus autem uita est, addidit propter iusticiam? Sufficeret enim si adiungeret uita est spiritus, ut etiam hic subaudiretur propter non faciendum peccatum, ut sic utrumque propter unam rem intelligeremus, et mortuum esse corpus et uitam esse spiritum propter non faciendum peccatum. Ita quippe et si tantum uellet dicere propter iusticiam, hoc est propter faciendam iusticiam, utrumque ad hoc posset referri, mortuum esse corpus et uitam esse spiritum propter faciendam iusticiam. Sed nunc et mortuum esse corpus dixit propter peccatum, et spiritum esse uitam propter iusticiam, diuersa merita diuersis rebus attribuens: mortem quidem corporis merito peccati, uite autem spiritus merito iusticie. Quapropter si ut dubitari non potest spiritus uita est propter iusticiam, hoc est merito iusticie, profecto corpus mortuum propter peccatum, quod aliter quam merito peccati intelligere debemus aut possumus? Si apertissimum scripture sensum non pro arbitrio peruertere ac detorquere conamur, huc etiam illorum consequentium lumen accedit. Cum enim presentis temporis gratiam determinans diceret mortuum quidem esse corpus propter peccatum, quia in eo nondum per resurrectionem renouato peccati meritum manet, hoc est necessitas

mortis. Spiritum autem vitam esse propter iustitiam, quia licet adhuc corpore mortis huius teneremur, iam secundum hominem interiorem spiritu cepta renovatione in fidei iustitiam respiramus. Tamen ne hanc humanam ignorantiam de resurrectione corporis nichil sperare, et ipsum quod propter meritum peccati in presenti seculo dicitur mortuum, in futuro propter iustitie meritum dicit vivificandum, nec sic ut tantum ex mortuo vivum fiat, verum etiam ex mortali inmortale. Quamquam itaque verear ne res manifesta exponendo potius obscuretur, applicate tamen sive lumine attende. Si autem, inquit, Christus in vobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam. Hoc dictum est ne ideo putarent homines vel nullum vel parvum se habere beneficium de gratia Christi, quia necesse moriatur sit corpore. Attendere debent quidem corpus quod adhuc peccati meritum gerere quod condicioni mortis obstrictum est, sed iam spiritum cepisse vivere propter iustitiam fidei, quia et ipse in homine fuerat quadam morte infidelitatis extinctus. Non ergo, inquit, parvum vobis munus putetis esse collatum propter id quod Christus in vobis est, quod in corpore propter peccatum mortuo iam propter iustitiam vester spiritus vivit. Nec ideo de vita corporis ipsius desperetis. Si enim spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis habitat in vobis, qui suscitavit Christum a mortuis vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis. Quid adhuc contra lucem tam clarissimam contentiosis obsidentur? Clamat apostolus: corpus quod mortuum est in vobis propter peccatum. Sed vivificabuntur et mortalia corpora vestra propter iustitiam, propter quam spiritus nunc iam vita est. Quod totum perficietur per gratiam Christi, hoc est per inhabitantem spiritum eius in vobis. Et adhuc reclamatur? Dicit etiam quemadmodum fiat ut vita in se mortem mortificando consumat. Ergo, inquit, fratres, debitores sumus non carni ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quid est aliud quam hoc: si secundum mortem vixeritis, totum morietur; si autem secundum vitam vivendo mortem mortificaveritis, totum vivet? Item quod ait: per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum, quid aliud quam de morte corporis intelligi potest? Cum ut hoc diceret de resurrectione corporis loquebatur eamque intentissima et acerrima intentione suadebat. Quid est igitur quod hic ait ad Corinthios: per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum? Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Sicut quod ait et ad Romanos: per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, hanc illi mortem non corporis sed anime intelligi volunt. Quasi aliud dictum sit ad Corinthios: per hominem mors, ubi omnino anime mortem accipere non sinuntur, quia de resurrectione corporis agebatur, que morti corporis est contraria. Ideo et sola mors ibi per hominem facta commemorata est, non etiam peccatum, quia non agebatur de iustitia que contraria est peccato, sed de corporis resurrectione que contraria est corporis morti. Hoc autem apostoli testimonium in quo ait: per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, conari eos quod talia nova detorquere opinione tuis litteris intimasti. Sed quidnam illud sit quod in his illi opinentur, tacuisti. Quantum autem ex aliis comperi hoc ibi sentiunt quod et mors illa que illic commemorata est non sit corporis, quam nolunt Adam peccando meruisse, sed anime que in ipso peccato fit, et ipsum peccatum non propagatione in alios homines ex primo homine sed imitatione transisse. Hinc enim etiam in parvulis nolunt credere per baptismum solvi originale peccatum quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed si apostolus peccatum illud commemorasse voluisset quod in hunc mundum non propagatione sed imitatione intravit, eius principem non Adam sed diabolum diceret, de quo scriptum est: ab initio diabolus peccat. De quo etiam legitur in libro Sapientie: Invidia autem diaboli intravit mors in orbem terrarum. Nam quoniam ista mors sic a diabolo venit in homines, non quia ab illo sunt propagati, sed quod eum sunt imitati, continuo subiecit: Imitantur autem eum qui sunt ex parte ipsius. Proinde apostolus cum illud peccatum ac mortem commemoraret que ab uno in omnes propagatione transisset, eum principem posuit a quo propagationis generis humani sumpsit exordium. Imitantur etiam quod Adam commisit per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Nam et Christum imitantur sancti eius ad sequendam iustitiam, unde idem apostolus dicit: Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Sed preter hanc imitationem gratia eius illuminationem iustificationemque nostram etiam interius operatur, illo opere de quo idem predicator eius dicit: Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hac enim gratia baptizatos quoque parvulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem nondum valent. Sicut ergo ille in quo omnes vivificantur, preter quod se ad iustitiam exemplum imitantibus prebuit, dat etiam suis spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit et parvulis; sic et ille in quo omnes moriuntur, preter quod eis qui preceptum domini voluntate transgrediuntur imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentie sue tabificavit in se omnes de sua stirpe venturos. Hinc omnino non aliunde apostolus ait: Per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccaverunt. Hoc si ego dicerem, resisterent isti meque non recte dicere, non recte sentire clamarent. Nullam quippe in his verbis intelligerent sententiam cuiusque hominis qui hec diceret, nisi istam quam in apostolo intelligere nolunt. Sed quia ei verba sunt cuius auctoritati doctrineque succumbunt, nobis intelligendi obiciunt tarditatem cum ea que tam perspicue dicta sunt in sensum quod aliud detorquere conantur. Per unum, inquit, hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors. Hoc propagationis est, non imitationis; nam si imitationis, per diabolum diceret. Quod autem nemo ambigit, istum primum hominem dicit qui est appellatus Adam. Et ita, inquit, per omnes homines pertransiit. Deinde quod sequitur: In quo omnes peccaverunt, certe manifestum est alia esse propria cuique peccata in quibus tantum ipsi peccant quorum peccata sunt; aliud hoc unum in quo omnes peccaverunt quando omnes ille unus homo fuerunt. Si autem non peccatum, sed ipse unus homo intelligitur in quo uno homine omnes peccaverunt, quid etiam ista manifestatione manifestius? Sicut legimus iustificari in Christo qui credunt in eum propter occultam communicationem et inspirationem gratie spiritualis qua quisquis heret domino unus spiritus est, quamvis eum et imitentur sancti eius, legatur tamen tale aliquid de his qui sanctos eius imitati sunt? Verum quisquam dicere se iustificari in Paulo aut in Petro aut quolibet horum quorum in populo Dei magna excellit auctoritas? Sed quia in Abraham dicimur benedici, sicut ei dictum est: Benedicentur in te omnes gentes, propter Christum qui semen eius est secundum carnem. Quod manifestius dicitur cum hoc idem ita dicitur: Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Deinde autem quemquam dicis eo quis peccasse vel peccare in diabolo? Cum enim imitentur ipsum omnes impii, nescio utrum quisquam reperiatur. Quid tamen cum apostolus de primo homine dixit in quo omnes peccaverunt, adhuc de peccati propagine disceptatur, nescio qua nebula imitationis opposita? Attende et que sequuntur. Cum enim dixisset in quo omnes peccaverunt, secutus adiunxit: Usque enim ad legem peccatum in mundo fuit. Hoc est quia nec lex potuit auferre peccatum. Que subintravit ut magis abundaret peccatum, sive naturalis lex in qua quisque iam ratione utens

incipit peccato originali Adae et propria, sive ipsa quae scripta per Moysen populo data sit. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Secundum eum non reputabatur cum non esset lex. Quod est non reputabatur, non ignorabatur, et peccatum esse non putabatur; sed non ab ipso Deo tanquam non esset habebatur, cum scriptum sit: Quicumque sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, id est a primo homine usque ad ipsum etiam legem quae divinitus promulgata est. Quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum enim mortis ubi intelligi vult? quando ita dominatur in hominibus reatus peccati ut eos ad vitam aeternam quae vera vita est venire non sinat, sed ad secundam etiam quae poenalis est aeterna morte trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit salvatoris, quae operata est et in antiquis sanctis quoscumque antequam in carne Christus veniret ad eius adiuvantem gratiam non ad legis litteram quae iubere tantum non adiuvare poterat pertinebant. Hoc namque occultabatur in veteri testamento pro temporum dispensatione iustissima, quod nunc revelatur in novo. Igitur in omnibus regnavit mors ab Adam usque ad Moysen quibus Christi gratia non adiuta est, ut in eis regnum mortis destrueretur, etiam in eis qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, id est qui nondum sua et propria voluntate sicut ille peccaverunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt, qui est forma futuri, quia in illo constituta est forma condemnationis futuris posteris qui ex eius propagine crearentur, ut ex uno omnes in condemnationem nascerentur, ex qua non liberat nisi gratia salvatoris. Scio quidem plerosque latinos codices sic habere: Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae. Quod et ipsum qui ita legerunt ad eundem referunt intellectum, ut in similitudinem praevaricationis Adae peccasse accipiant qui in eo peccaverunt, ut ei similes crearentur, sic ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, ex mortuo morituri, damnato quoque damnati. Graeci autem codices unde in latinam linguam interpretatio facta est aut omnes aut paene omnes id quod a me primo positum est habent. Sed non sicut delictum ita et donum. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundavit. Non magis multos, id est multo plures homines; sed enim plures iustificantur quam condemnantur; sed multo magis abundavit. Adam quippe ex uno suo delicto reos genuit. Christus autem et quae homines delicta propria voluntate ad originale in quo nati sunt addiderunt gratia sua solvit atque donavit. Quod evidentius in consequentibus dicit. Verum illud diligenter intuere quod ait: ob unius delictum multos mortuos. Cur enim ob illius unius et non potius ob delicta sua propria, si hoc loco intelligenda est imitatio, non propagatio? Sed attende quod sequitur: Et non sicut per unum peccantem, ita et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem; gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Dicat nunc ubi locum habeat in his verbis illa imitatio. Ex uno, inquit, in condemnationem. Quo uno nisi delicto? Hoc enim explanat cum adiungit: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Cur ergo iudicium ex uno delicto in condemnationem, gratia vero ex multis delictis in iustificationem? Si originale nullum est delictum, non solum ad iustificationem gratia, sed et iudicium ad condemnationem ex multis delictis homines duceret? Sicut enim gratia multa delicta donat, ita et iudicium multa delicta condemnat. Aut si propterea ex uno delicto in condemnationem dicitur quia omnia delicta quae condemnantur ex illius unius imitatione commissa sunt, eadem causa et ex uno delicto est ad iustificationem dicta intelligatur, quia omnia delicta quae iustificatis remittuntur ex illius unius imitatione commissa sunt. Sed hoc videlicet non intelligebat apostolus quando dicebat: Iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia vero ex multis delictis in iustificationem. Immo vero nos intelligamus apostolum et videamus ideo dictum iudicium ex uno delicto in condemnationem, quia sufficeret ad condemnationem etiam si non esset in hominibus nisi originale solum. Quamvis enim condemnatio gravior sit eorum qui originali delicto etiam propria coniunxerunt, et tanto singulis gravior quanto gravius quisque peccavit, tamen etiam illud solum quod originaliter trahitur non tantum a regno Dei separat, quo parvulos sine accepta Christi gratia defunctos intrare non posse ipsi etiam confitentur, verum etiam a salute ac vita aeterna facit alienos, quae nulla esse alia potest praeter regnum Dei, quo sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab Adam in quo omnes peccavimus non omnia nostra peccata, sed tantum originale traduximus; a Christo vero in quo omnes iustificamur non illius tantum originalis, sed etiam ceterorum quae ipsi addidimus peccatorum remissionem consequimur. Ideo non sicut per unum peccantem, ita et donum. Nam iudicium quidem ex uno delicto, si non remittitur, id est originali, in condemnationem valet perducere. Gratia vero ex multis delictis remissis, hoc est non solum originali verum etiam omnibus ceteris, ad iustificationem perducit. Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt in vita regnabunt per unum Iesum Christum. Cur ob unius delictum mors regnavit per unum, nisi quia mortis vinculo tenebantur in illo uno in quo omnes peccaverunt, etiam si propria peccata non adderent? Alioquin non ob unius delictum mors per unum regnavit, sed ob delicta multa multorum per unumquemque peccantem. Nam si propterea ceteri ob alterius hominis delictum mortui sunt, quia illum in delinquendo praecedentem subsequentes imitati sunt, ille quoque multo magis ob alterius delictum mortuus est, quem diabolus delinquendo ita praecessit ut ei delictum et ipse suaderet. Adam vero non nisi suasit imitatoribus suis. Et multi quique eius imitatores dicuntur cum suasisse et tale aliquid commisisse vel non audierint vel omnino non credant. Quanto ergo rectius, sicut iam dixi, diabolum principem constituisset apostolus, a quo uno peccatum et mortem per omnes transisse diceret, si hoc loco non propagationem sed imitationem dici voluisset. Multo enim rationabilius Adam dicitur imitator diaboli, quem suasorem habuit peccati, si potest quisquam imitari etiam illum qui nihil tale suasit vel omnino quem nescit. Quid est autem qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, nisi quia non ei tantum peccato in quo omnes peccaverunt, sed etiam eis quae addiderunt gratia remissionis datur, et quia hominibus tanta iustitia donatur, ut cum Adam consenserit ad peccatum suadenti, isti non cedant nec cogenti? Et quod multo magis in vita regnabunt, cum mortis regnum multo plures in aeternam poenam traheret, sic intelligamus eos ipsos in utroque dici qui transeunt ab Adam ad Christum, id est a morte ad vitam, quia in vita aeterna sine fine regnabunt, magis quam in eis mors temporalis et cum fine regnavit. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae. Hoc unius delictum si imitationem attendamus non erit nisi diaboli. Sed quia manifestum est de Adam, non de diabolo dici, restat intelligenda non imitatio sed propagatio peccati. Nam et quod ait de Christo per unius iustificationem, magis hic expressit quam per unius iustitiam diceret. Eam quippe iustificationem dixit qua Christus iustificat impium, quam non imitandam proposuit, quia solus hoc potest. Nam potuit apostolus recte dicere: Imitatores mei estote sicut et ego Christi. Sed numquam diceret: Iustificamini a me sicut ego iustificor a Christo. Quoniam possunt esse et sunt et fuerunt multi iusti homines et imitandi; iustus autem et iustificans nemo nisi Christus. Unde dicitur: credenti in eum qui iustificat impium deputatur fides eius

ad iustificationem. Quis ergo ausus fuit dicere iustifico te? Quis ausus est ut diceret: Crede in me? Quod nemo sanctorum dicere potuit recte nisi sanctus sanctorum: Credite in deum et in me credite, ut quia iustificat impium, deputetur credenti fides ad iustitiam. Nam si sola imitatio facit peccatores per adam, cur non et per christum sola imitatio iustos facit? Sicut enim inquit per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, sic per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae. Proinde isti unus et unus non adam et christus, sed adam et abel constitui debuerunt. Cum enim multi nos in huius vitae tempore praecesserint peccatores, eos quoque imitati sunt qui posteriore tempore peccaverunt. Sed tamen noluit iste nisi adam commemorare in quo omnes imitatione peccaverunt, quia primus hominum ipse peccavit. Ac per hoc abel dici potuit in quo uno similiter homines imitatione iustificentur, quoniam ipse primus hominum iuste vixit. Quod si propter quendam articulum temporis ad novi testamenti exordium pertinentem christus positus est propter imitationem caput iustorum, iudas autem traditor eius debuit poni peccatorum. Porro si propterea christus unus est in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regenerans gratia, propterea et adam unus est in quo omnes peccaverunt, quia non sola eius imitatio peccatores facit, sed per carnem generans poena. Ob hoc dictum est omnes et omnes. Sed non enim qui generantur per adam, idem ipsi omnes per christum regenerantur. Sed hoc recte dictum est, quia sicut nullus carnalis generationis nisi per adam, sic spiritalis nullus nisi per christum. Nam si aliqui possent carne generari non per adam et aliqui generari spiritu non per christum, non liquide omnes sive hic sive ibi dicerentur. Eosdem autem omnes postea multos dicit, possunt quippe in aliqua re omnes esse qui pauci sunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos et spiritalis, quamvis non tam multos haec spiritalis quam illa carnalis. Verumtamen quemadmodum illa habet omnes homines, sic ista omnes iustos homines. Quia sicut nemo praeter illam homo, sic nemo praeter istam iustus homo, et in utraque multi. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius iusti multi constituentur. Lex autem subintravit ut abundaret delictum. Hoc ad originale homines addiderunt iam propria voluntate, non per adam. Sed hoc quoque solvitur et sanatur per christum. Quia ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia, ut quemadmodum regnavit peccatum in morte, et quod non ex adam traxerunt homines, sed sua voluntate addiderunt, sic et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam. Non tamen aliqua iustitia praeter christum, sicut aliqua peccata praeter adam. Ideo cum dixisset: quemadmodum regnavit peccatum in morte, hic non addidit per unum aut per adam, quia iam supra dixerat et de peccato illo quod subintrante lege abundavit, et hoc utique non est originis, sed propriae voluntatis. Cum autem dixisset: sic et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam, addidit per ihesum christum dominum nostrum, quia generante carne illud tantummodo trahitur quod est originale peccatum; regenerante autem spiritu non solum originalis, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum. Potest proinde recte dici parvulos sine baptismo de corpore exeuntes in damnatione mitissima omnium futuros. Multum autem fallit et fallitur qui eos in damnatione praedicat non futuros, dicente apostolo: Iudicium ex uno delicto in condemnationem, et paulo post: per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. Cum ergo peccavit adam non obediens deo, tunc eius corpus quamvis esset animale ac mortale gratiam perdidit qua eius animae omni ex parte obediebat. Tunc ille exstitit bestialis motus pudendus hominibus quem in sua erubuit nuditate. Tunc et morbo quodam ex repentina et pestifera corruptione concepto factum in illis est ut illa

in qua creati sunt stabilitate aetatis amissa per mutabilitatem aetatum irent in mortem. Quamvis ergo annos multos postea vixerint, illo tamen die mori coeperunt quo mortis legem qua in senium veterascerent acceperunt. Non enim stat vel temporis puncto, sed sine intermissione labitur quidquid continua mutatione sensim currit in finem non perficientem sed consumentem. Sic itaque impletum est quod dixerat deus: Qua die ederitis morte moriemini. Ex hac ergo inobedientia carnis, ex hac lege peccati et mortis quisquis carnaliter generatur, regenerari spiritaliter opus habet, ut non solum ad regnum dei perducatur, verum etiam a peccati damnatione liberetur. Simul itaque peccato et morti primi hominis obnoxii nascuntur in carne, et simul iustitiae vitaeque aeternae secundi hominis sociati renascuntur in baptismo. Sic et in ecclesiastico scriptum est: A muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur. Sive autem a muliere sive ab adam dicatur, utrumque ad primum hominem pertinet. Quoniam sicut novimus mulier ex viro est, et utriusque una caro est. Unde et illud quod scriptum est: Et erunt duo in carne una, legitur: Iam non duo sunt, sed una caro. Quapropter qui dicunt parvulos ideo baptizari ut haec remittantur eis quae in hac vita propria contraxerunt, non quod ex adam traxerunt, non magno molimine refellendi sunt. Cum enim secum ipsi paululum sine certandi studio cogitaverint quam sit absurdum nec dignum disputatione quod dicunt, continuo sententiam commutabunt. Quod si noluerint, non usque adeo de humanis sensibus desperandum est ut metuamus ne hoc christianis suadeant. Ipsi quippe ut hoc dicerent aliqua alia, sicut puto, iudicio, nisi fallor, impulsi sunt, ac propterea cum remitti baptizatis peccata necesse faterentur, nec fateri vellent ex adam ductum esse peccatum quod remitti in infantibus faterentur, ipsam infantiam coacti sunt accusare, quasi tutior accusator in hac causa fieret quia accusatus ei respondere non posset. Sed istos ut diximus omittamus. Sed non enim sermone vel documentis opus est quibus innocentia probetur infantium, quam ad eorum pertinet universa quae recenti ortu in se ipsis agitur. Si etiam non agnoscit sensus humanus nullis adminiculis egens disputationis adiutorium. Sed illi movent et aliquid consideratione ac discussione dignum videntur afferre, qui dicunt parvulos recenti vita editos visceribus matrum non propter remittendum peccatum percipere baptismum, sed ut spiritalem procreationem non habentes creentur in christo et ipsius regni caelorum participes fiant, eodem modo filii et heredes dei, coheredes autem christi. A quibus tamen si quaeras utrum non baptizati et non effecti coheredes christi regni quoque caelorum participes habeant saltem beneficium salutis aeternae in resurrectione mortuorum, laborant vehementer nec exitum inveniunt. Quis enim christianorum ferat cum dicitur ad aeternam salutem posse quemquam pervenire si non renascatur in christo, quod per baptismum fieri voluit eo tempore quo tale sacramentum constituendum fuit regenerandis in spem salutis aeternae? Unde dicit apostolus: Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Quam tamen salutem in spe dicit esse cum hic vivimus, ubi ait: Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus. Sine ista ergo regeneratione salvos in aeternum posse parvulos fieri quis audeat affirmare, quasi non pro eis mortuus sit christus? Etenim christus pro impiis mortuus est sine ulla peccati originalis aegritudine. Isti autem qui ut manifestum est nihil in sua propria vita impie commiserunt, si nec originali ullo impietatis vinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus est qui pro impiis mortuus est? Si nulla originalis peccati aegritudine sauciati sunt, quomodo ad medicum christum, hoc est ad percipiendum sacramentum salutis aeternae suorum currentium pio timore

putantur et non eis in ecclesia dicitur: Auferte hinc innocentes istos: non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non venit Christus vocare iustos, sed peccatores. Numquam dictum est et numquam dicitur in ecclesia Christi tale commentum. Ac ne quis existimet ideo parvulos ad baptismum afferri oportere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt: quomodo ergo quidam huius aetatis iustitiam a Domino laudatam esse commemorant, qui ait: Sinite parvulos venire ad me; talium est enim regnum caelorum? Si enim hoc non propter humilitatis similitudinem, quia humilitas parvulos facit, sed propter puerorum vitam laudabilem dictum est, profecto et iusti sunt: non enim recte aliter dici poterit, talium est regnum caelorum, cum esse non possit nisi iustorum. Sed forte hoc quidem non congruenter dicitur, quod parvulorum vitam laudaverit Dominus dicens: talium est regnum caelorum, cum verior sit ille intellectus, quod humilitatis similitudinem in parva aetate posuerit. Verumtamen fortassis hoc tenendum est, quod dixi, ipsos parvulos baptizari debere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt. Sed cum dixisset: non veni vocare iustos, quasi ei responderetur: quos ergo vocare venisti? continuo subiecit: sed peccatores in paenitentiam. Ac per hoc quemadmodum si iusti sunt, ita si peccatores non sunt, non eos venit vocare qui dixit: non veni vocare iustos, sed peccatores; et ideo ad baptismum eius, quos non vocat, non tantum frustra verum etiam improbe videntur irruere. Quod absit ut sentiamus. Vocat eos ergo medicus, qui non est opus sanis, sed aegrotantibus, nec venit vocare iustos, sed peccatores in paenitentiam. Et ideo quia in nulla sua vita propria peccatis nullis adhuc tenentur obnoxii, originalis in eis aegritudo sanatur in eius gratia, qui salvos facit per lavacrum regenerationis. Dicet aliquis: Quomodo ergo et ipsi vocantur in paenitentiam? Numquid tantillus potest ad paenitendum? Huic respondetur: Si ipsi paenitentes dicendi non sunt, quia sensum paenitendi non habent, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi non habent. Si autem ipsi recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur non prius et paenitentes habentur, cum per eorundem verba gestantium diabolo et huic saeculo renuntiare monstrantur? Totum hoc in spe fit in virtute sacramenti et divinae gratiae, quam Dominus donavit ecclesiae. Ceterum quis ignorat quod baptizatus parvulus, si ad rationales annos veniens non crediderit nec se ab illicitis concupiscentiis abstinuerit, nihil ei prodest quod parvus accepit? Verumtamen si percepto baptismate de hac vita emigraverit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine veritatis, quod incommutabiliter manens in aeternum iustificatos praesentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines et Deum, quae solvuntur Christi gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cum iustificat impium. Exterret autem illa sententia Domini dicentis: Nisi quis natus fuerit denuo, non videbit regnum Dei. Quod cum exponeret, ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit in regnum caelorum. Et ideo conantur parvulis non baptizatis innocentiae merito salutem ac vitam aeternam tribuere, sed quia baptizati non sunt, eos a regno caelorum facere alienos, nova quadam et mirabili praesumptione, quasi salus ac vita aeterna possit esse praeter Christi hereditatem, praeter regnum caelorum. Habent enim videlicet quo confugiant atque ubi delitescant, quia non ait Dominus: Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non habebit vitam, sed ait: non intrabit in regnum Dei. Nam si illud dixisset, nulla hinc dubitatio posset oboriri. Auferatur ergo dubitatio; iam Dominum audiamus, non suspiciones coniecturasque mortalium. Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de sacramento lavacri dicentem, sed de sacramento sanctae mensae suae, quo nemo rite nisi baptizatus accedit: Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in

vobis. Quid ultra quaerimus? Quid ad hoc responderi potest, nisi pertinacia pugnaces nervos adversus constantiam perspicuae veritatis intendat? An vero quisquam et hoc dicere audebit, quod ad parvulos haec sententia non pertineat possintque sine participatione corporis huius et sanguinis in se habere vitam, quia non ait: Qui non manducaverit, sicut de baptismo: Qui non renatus fuerit, sed ait: Si non manducaveritis, velut eos alloquens qui audire et intellegere poterant, quod utique non valent parvuli? Sed qui hoc dicit, non attendit quia, nisi omnes ista sententia teneat, ut sine corpore et sanguine filii hominis vitam habere non possint, frustra etiam aetas maior id curat. Potest enim, si non voluntatem, sed verba loquentis attendas, eis solis videri dictum, quibus tunc Dominus loquebatur, quia non ait: Qui non manducaverit, sed: Si non manducaveritis. Et ubi est quod eodem loco de hac ipsa re pronuntiat: Panis quem ego dabo caro mea est pro saeculi vita? Secundum hoc enim et ad nos pertinere illud sacramentum intellegimus, qui tunc nondum fuimus, quando illa dicebat, quia non possumus dicere ad saeculum nos non pertinere, pro cuius vita Christus suam carnem dedit. Quis autem ambigat saeculi nomine homines significari, qui nascendo in hoc saeculum veniunt? Nam sicut alibi ait: Filii huius saeculi generant et generantur. Ac per hoc et pro parvulorum vita caro data est, quae data est pro saeculi vita, et si non manducaverint carnem filii hominis, nec ipsi habebunt vitam. Hinc est et illud: Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam aeternam; qui autem incredulus est filio, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. In quo ergo horum genere ponemus infantes? In eorum qui credunt in filium, an in eorum qui sunt increduli filio? In neutro, ait aliquis, quia cum adhuc credere non possint, nec increduli deputandi sunt. Non hoc indicat ecclesiastica regula, quae baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Porro si isti qui baptizantur per virtutem celebrationemque tanti sacramenti, quamvis suo corde atque ore non agant quod ad credendum confitendumque pertinet, tamen in numero credentium computantur, profecto illi quibus sacramentum defuerit, in eis habendi sunt qui non credunt filio; atque ideo, si huius inanes gratiae de corpore exierint, sequitur eos quod dictum est: non habebunt vitam, sed ira Dei manet super eos. Unde hoc, cum eos clarum sit peccata propria non habere, si nec originali peccato teneantur obnoxii? Bene autem non ait: ira Dei veniet super eum, sed: manet super eum. Ab hac quippe ira, quae omnes sub peccato facit, de qua dicit apostolus: Fuimus enim et nos aliquando naturaliter filii irae sicut et ceteri, nulla res liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Haec gratia cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta potest esse causa, iniusta non potest. Numquid enim iniquitas apud Deum? Absit. Sed prius sanctarum scripturarum auctoritatibus colla subdenda sunt, ut ad intellectum per fidem quisque perveniat. Neque enim frustra dictum est: iudicia tua sicut abyssus multa. Cuius abyssi altitudinem velut expavescens exclamabat apostolus: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! Praemiserat quippe sententiam mirae profunditatis dicens: Conclusit enim Deus omnes in incredulitate, ut omnibus misereatur. Cuius profunditatis velut horrore perculsus: O altitudo, dixit, divitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius! (margin: vel inscrutabilia) Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen. Valde ergo parvum sensum habemus ad discutiendam iustitiam iudiciorum Dei, ad discutiendam gratiam gratuitam, nullis meritis praecedentibus non iniquam, quae non eum movet cum praestatur indignis, quam tamen eque indignis aliis denegatur. Ista et huiusmodi quibus videntur iniustum ut parvuli sine gratia Christi de corpore exeuntes

non solum regno dei quod et ipsi fatentur verum per baptismum renatos intrare non posse, verum etiam vita eterna et salute privantur. Querens quomodo iustum sit ut alius ab originali inquinatione solvatur, alius non solvatur, cum eadem sit utriusque conditio, ipse respondeat per sententiam suam quomodo videlicet iustum sit ut huic prestetur baptismus quo intret in regnum dei, illi non prestetur, cum sit utriusque par causa. Si enim movet cur ex his duobus cum ex equo ambo sint originalis peccati rei, alius ab hoc vinculo solvitur cui conceditur baptismus, alius non solvitur cui talis gratia non conceditur, non pariter movet quare ex duobus originaliter innocentibus alius accipit baptismum quo in regnum dei possit intrare, alius non accipit ne ad regnum dei possit accedere? Nempe in utroque causa ad illam exclamationem redditur: O altitudo divitiarum. Ex ipsis deinde baptizatis parvulis dicatur michi quare alius rapitur ne malicia mutet intellectum eius, et alius vivit impius futurus. Nonne si ambo interirent ambo in regnum celorum ingrederentur? Et tamen non est iniquitas apud deum. Quid illud quem non moveat, quem non in tante altitudinis exclamare compellat, quod alii parvuli spiritu immundo vexantur, alii nichil tale patiuntur, alii etiam in utero matrum sicut Ieremias sanctificantur, cum omnes si est originale peccatum pariter rei sint, vel si non est pariter innocentes sint? Unde ista tanta diversitas nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius? An forte illud iam explosum repudiatumque sentiendum est, quod anime prius in celesti habitatione peccantes gradatim atque paulatim ad suorum meritorum corpora veniant ac pro ante gesta vita magis minusve corporeis pestibus affligantur? Cui opinioni quamvis sancta scriptura apertissime contradicat que cum gratiam commendaret: nondum natis inquit qui nec egerant aliquid boni aut mali ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus sed ex vocante, dictum est quia maior serviet minori: nec ipsi tamen qui hec sentiunt evadunt huius questionis angustias, sed in eis coartati et herentes sic et ipsi exclamant. O altitudo. Unde enim fit ut ab ineunte etate homo modestior, ingeniosior, temperantior, ex magna parte libidinum victor, qui oderit avariciam, luxuriam detestetur, atque in virtutibus ceteris provectior aptiorque consurgat, et tamen eo loco sit ubi ei predicari gratia christiana non possit? Quomodo enim invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitiis et facinoribus coopertus ita gubernetur ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut si detinetur hic, laudabiliter hic vivat. Ubi duo isti tam diversa merita contraxerunt? Non dico ut ille credat, ille non credat, quod est proprie voluntatis; sed ut ille audiat quod credat, ille non audiat. Hoc enim non est in hominis potestate. Ubi inquam isti hec tam diversa merita contraxerunt? Si in celo egerunt aliquam vitam ut pro suis actibus compellerentur vel laberentur in terras congruisque sibi ante acte vite corporeis receptaculis tenerentur, ille utique melius ante hoc mortale corpus vixisse credendus est qui eo non multum meruit pregravari ut bonum haberet ingenium, et cupiditatibus mitioribus urgeretur quas posset facile superare. Et tamen ei gratiam sibi predicari non meruit qua sola posset a secunda morte liberari. Ille autem pro meritis deterioribus sicut putant graviori corpori implicatus et ob hoc corporis obtusus, cum carnis illecebris ardentissima cupidine incenderetur et per nequissimam vitam peccatis pristinis quibus ad hoc venire meruerat adderet peiora terrena, aut in cruce tamen audivit: hodie mecum eris in paradiso, aut alicui cohesit apostolo quo predicante mutatus est, aut per lavacrum regenerationis salvus effectus est, ut ubi habundavit peccatum superhabundaret gratia.

Quid hic respondeant omnino non video qui volentes humanis coniecturis iusticiam dei defendere et ignorantes altitudinem gratie fabulas improbabiles texuerunt. Consona enim dici potuerunt de miris vocationibus hominum, sive quas legimus sive quas experti sumus, quibus eorum opinio subvertatur qui credunt ante ista corpora sua quandam propriis meritis vitam gessisse animas hominum quibus ad hec venirent pro diversitate meritorum diversa hec excipere vel bona vel mala. Sed terminandi huius operis cura non sinit in his diutius immorari. Unum tamen quod inter multa mirabile comperi non tacebo. Quis non illos qui ex meritis prioris vite ante hoc corpus in celestibus geste animas terrenis corporibus magis minusve gravari opinantur affirmet eos ante istam vitam sceleratius immaniusque peccasse qui merent lumen sic amittere mentis ut sensu vicino pecoribus nascerentur? Non dico tardissimi ingenio, nam hoc de aliis dici solet, sed tam excordes ut etiam cirrati ad demoniorum risum exhibeant cordatis delicias, quorum nomen ex greco derivatum moriones vulgus appellat. Talium tamen quidam fuit christianus, ut cum esset omnium iniuriarum suarum mira fatuitate patientissimus, iniuriam tamen Christi nominis vel in se ipso religionis qua imbutus erat sic ferre non posset ut blasphemantes videlicet cordatos a quibus hic ut provocarent audiebat incessari lapidibus non desisteret, nec in ea causa vel dominis parceret. Tales ergo predestinari et creari arbitror ut qui possunt intelligant dei gratiam et spiritum qui ubi vult spirat ob hoc omne ingenii genus in filiis misericordie non preterire, item quod omne genus ingenii in gehenne filiis preterire, ut qui gloriatur in domino glorietur. Illi autem qui pro meritis vite superioris accepisse animas diversa terrena corpora affirmant quibus alie magis alie minus graventur, et pro eisdem meritis humana ingenia variari ut acutiora sint quedam et alia obtusiora, per que ipsi vite superioris meritis divinam quoque gratiam liberandis hominibus dispensari, quid de isto poterunt respondere? Quomodo ei tribuent ad decimam vitam superiorem ex hoc fatuus nasceretur? Cedant igitur et consentiant auctoritati sancte scripture que nescit falli nec fallere, et sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni vel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse quod per unum hominem intravit in mundum et per omnes homines pertransiit, a quo non liberat nisi gratia dei per dominum Ihesum Christum. Cuius medicinalis adventus non est opus sanis sed egrotantibus, quia non venit vocare iustos sed peccatores. In cuius regnum non intrabit nisi qui renatus fuerit ex aqua et spiritu, sic preter regnum eius salutem ac vitam possidebit eternam. Quoniam qui non manducaverit carnem eius et qui incredulus est filio non habebit vitam sed ira dei manet super eum. Ab hoc peccato, ab hac egritudine, ab hac ira dei, cuius naturaliter filii sunt qui etiam si per etatem non habent proprium, trahunt tamen originale peccatum, non liberat nisi agnus dei qui tollit peccata mundi, non nisi medicus qui non venit propter sanos sed propter egrotos, non nisi salvator de quo dictum est generi humano: natus est vobis hodie salvator, non nisi redemptor cuius sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere non esse Christum infantium salvatorem nec redemptorem? Unde autem salvos facit si nulla in eis est originalis egritudo peccati? Unde redimit si non sunt per originem primi hominis venundati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio preter baptismum Christi salus eterna promittatur infantibus quam non promittit scriptura divina humanis omnibus ingeniis preferenda. Optime christiani baptismum ipsum nichil aliud quam salutem et sacramentum corporis Christi nichil aliud quam vitam vocant. Unde nisi ex antiqua ut existimo

et apostolica traditione qua ecclesiae Christi insitum tenent praeter baptismum et participationem mensae dominicae non solum ad regnum dei sed nec ad salutem et vitam aeternam posse quemquam hominum pervenire. Hoc enim et scriptura testatur secundum ea quae supra diximus. Nam quid aliud tenent qui baptismum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est: Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Et quod Petrus ait: Sic et vos similem formam baptisma salvos facit. Quid aliud et qui sacramentum mensae dominicae vitam vocant, nisi quod dictum est: Ego sum panis vivus qui de caelo descendi. Et panis quem ego dedero caro mea est pro saeculi vita. Et si non manducaveritis carnem filii hominis et sanguinem biberitis, non habebitis vitam in vobis. Si ergo ut tot et tanta divina testimonia concinunt, nec salus nec vita aeterna sine baptismo et corpore et sanguine domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur parvulis. Porro si a salute ac vita aeterna hominem nihil nisi peccata separant, per haec sacramenta non nisi reatus peccati in parvulis solvitur. De quo reatu scriptum est neminem esse mundum nec si unius diei fuerit vita eius. Unde est et illud in psalmis: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis mater mea me in utero aluit. Aut enim ex persona generali hominis ipsius dicitur, aut si ipse David hoc de se dicit, utique non de fornicatione sed de legitimo connubio natus fuit. Non itaque dubitemus etiam pro infantibus baptizandis sanguinem fusum qui priusquam funderetur sic in sacramento datus est et commendatus ut diceretur: Hic est sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Nam illos liberari qui sibi peccatum esse nolunt fateri, sed unde liberentur si nulla servitute peccati tenentur adstricti? Ego, inquit, lux in saeculum veni, ut omnis qui credit in me non maneat in tenebris. Hoc dicendo quid ostendit nisi in tenebris esse omnem qui non credit in eum et credendo efficere ne remaneat in tenebris? Has tenebras quid nisi peccata intelligimus? Si quid autem aliud intelligantur hae tenebrae, profecto qui non credit in Christo manebit in eis, et utique poenales sunt, non sicut noctis ad quietem animantium necessariae. Proinde si parvuli per sacramentum quod ad hoc divinitus institutum est in credentium numerum non transeunt, profecto in his tenebris remanebunt. Quamvis eorum nonnulli mox natos illuminari credant, sic intelligentes quod scriptum est: Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et si ita est, mirandum est quomodo illuminati ab unico filio qui erat in principio verbum deus apud deum non admittantur ad regnum dei, ut sint heredes dei coheredes autem Christi. Hoc enim eis nisi per baptismum non praestari et hi qui sentiunt confitentur. Deinde si iam illuminati ad capescendum regnum dei non sunt idonei, saltem ipsum baptismum quo ad hoc idonei fiunt laeti suscipere deberent. Cum tamen eos videamus magnis fletibus reluctari, eam quoque ignorantiam in illa aetate contemnimus, ut sacramenta quae illis prodesse novimus etiam reluctantibus compleamus. Cur enim et apostolus ait: Nolite pueri effici mentibus, si iam illo lumine verbo quod verbum dei est eorum mentes illuminatae sunt? Sed illud quod in evangelio positum est: Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur nisi illo lumine veritatis quod deus est, ne quisquam putaret ab eo se illuminari a quo audit ut discat, non dico si quemquam magnum hominem sed nec si angelum eius contingat habere doctorem. Adhibetur enim sermo veritatis extrinsecus vocis ministerio corporalis, verumtamen neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Audit quippe homo dicentem vel hominem vel angelum, sed ut sentiat et cognoscat verum esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur quod aeternum manet, quod et in tenebris lucet. Sed sic sol

iste a caecis quamvis eos radiis contingens vestiat, sic a stultitiae tenebris non comprehenditur. Cur autem cum dixisset quod illuminat omnem hominem addidit venientem in hunc mundum, unde haec opinio nata est quod in exortu corporali ab utero matris recentissimos illuminat mentes nascentium parvulorum? Quamvis in graeco ita sit positum ut possit intelligi et lumen ipsum venientem in hunc mundum. Tamen si hominem in hunc mundum venientem accipi ut simpliciter deum arbitrantur, sic multa in scripturis reperiuntur quae decenter nisi sine minuantur. Aut si quam aliquam distinctionem additam esse credendum est, fortassis hoc dictum est ad discernendam spiritalem illuminationem ab ista corporali quae sive per caeli luminaria sive quibuscumque ignibus illuminat oculos carnis, ut hominem interiorem dixerit venientem in hunc mundum, quia exterior corporeus est sicut hic mundus, tamquam diceret: illuminat omnem hominem venientem in corpus, secundum illud quod scriptum est: Sortitus sum animam bonam et veni in corpus incoinquinatum. Aut ergo sic dictum est, ut si distinctionis aliquid gratia dictum est illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, tamquam dictum esset: illuminat omnem interiorem hominem, quia homo interior cum vere fit sapiens non nisi ab illo illuminatur qui est lumen verum. Aut si rationem ipsam qua humana anima rationalis appellatur, quae in eis adhuc velut quieta et quasi sopita tamquam insita et quodammodo seminata in parvulis latet, illuminationem voluit appellare tamquam insitam creationem, non est resistendum, et ea sic eam animae creationem. Et non absurde hoc intelligi cum homo venit in mundum. Verumtamen et ipse quamvis iam creatus oculos necesse est in tenebris maneat si non credit in eum qui dixit: Ego lux in saeculum veni ut omnis qui credit in me non maneat in tenebris. Quod per sacramentum baptismatis in parvulis fieri non dubitat mater ecclesia, quae corde et ore materno eis praestat, ut sacris mysteriis imbuantur, quoniam nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cunctatur, quod a credendo utique nomen est, quamvis hoc non ipsi sed alii pro eis inter sacramenta responderint. Nimis longum fiet si ad singula testimonia sic disputemus. Unde commodius esse arbitror coacervare quae occurrere potuerint vel quae sufficere videbuntur, quibus appareat dominum Christum non aliam ob causam in carne venisse et forma servi accepta factum oboedientem usque ad mortem crucis, nisi ut hac dispensatione misericordissimae gratiae omnes quibus tamquam membris in corpore constitutis caput est ad capescendum regnum caelorum vivificaret, salvos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret, qui prius fuissent in peccatorum morte, languoribus, servitute, captivitate, tenebris constituti sub potestate diaboli principis peccatorum, ac sic fieret mediator dei et hominum, per quem post inimicitias peccati nostri illius gratiae pace finitas reconciliaremur deo in aeternam vitam ab aeterna morte quae talibus impendebat erepti. Hoc enim cum abundantius apparuerit, consequens erit ut ad istam Christi dispensationem quae per eius humilitatem facta est pertinere non possint qui vita salute liberatione redemptione illuminatione non indigent. Et quoniam ad hanc pertinet baptismus quo Christo consepeliuntur ut incorporentur illi membra eius hoc est fideles eius, profecto nec baptismus necessarius est eis qui illo remissionis et reconciliationis beneficio quod fit per mediatorem non opus habent. Porro quia parvulos baptizandos esse concedunt qui contra auctoritatem universae ecclesiae procul dubio per dominum et apostolos traditam venire non possunt, concedant oportet eos egere illis beneficiis mediatoris, ut abluti per sacramentum caritatemque fidelium ac sic incorporati Christi corpori quod est ecclesia reconcilientur deo

ut in illo uiui · ut salui · ut liberi · ut redempti · ut illumina-
ti simus · Unde nec a matre sine reatu · subiectione · ueneris
sexus · Et quia nulla in creatura illa per suam uitam peccatum commi-
serat: restat originale peccatum · hoc documento te certe for-
tior: cum ea que plurima testimonia in libro congessero · Iam supposuimus
Non ueni uocare iustos sed peccatores · Item cum ad zacheum esset
ingressus hodie inquit salus domui huic facta est quia et iste
filius est abrahe · Uenit enim filius hominis querere et saluare quod
perierat · hoc et de oue perdita et relictis nonaginta no-
uem quesita et inuenta · hoc et de dragma que perierat ex de-
cem · Unde oportebat ut diceret predicari in nomine eius penitentiam
et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab ierusalem ·
Marcus quoque in fine euangelii sui dominum dixisse testatur · Euntes
in mundum uniuersum predicate euangelium omni creature · Qui cre-
diderit et baptizatus fuerit saluus erit · Qui uero non crediderit condempnabitur ·
Qui autem nesciat credere et infantibus baptizari non credere autem
non baptizari · Ex iohannis autem euangelio quis iam non nulla posuimus
attende et ista iohannis baptiste de illo · Ecce agnus dei ecce
qui tollit peccata mundi · Et ipse de se ipso · Que de ouibus meis
sunt uocem meam audiunt · et ego noui illas et sequuntur me ·
Ego uitam eternam do illis et non peribunt in eternum · Quia ergo de o-
uibus eius non esse incipiunt paruuli nisi per baptismum: profecto si hoc non
acceperint peribunt · Uitam enim eternam quam suis dabit ouibus
non habebunt · Item alio loco · Ego sum uia et ueritas et uita · Ne-
mo uenit ad patrem nisi per me · Hanc doctrinam suscipientes
apostoli unde contra contentiones declarant · Petrus in prima epistola
benedictus inquit pater domini nostri ihesu christi qui secundum misericordiam magnam
suam qui regenerauit nos in spem uite eterne per resurrectionem
ihesu christi in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam florentem
conseruatam in celis uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem
in salutem paratam palam fieri in tempore nouissimo · Et paulo post ·
Inueniamini inquit in laudem et honorem ihesu christi quem ignorabi-
tis in quem nunc non uidentes creditis · quem cum uideritis exultabi-
tis gaudio inenarrabili et glorificato reportantes [?] fi-
dei salutem animarum uestrarum · Item alio loco · Uos inquit estis ge-
nus electum regale sacerdotium · Gens sancta · populus in adoptione
ut uirtutes enuntietis eius qui uos de tenebris uocauit in
admirabile lumen suum · Et item · christus inquit pro peccatis nostris
passus
mortuus est iustus pro iniustis ut nos adduceret ad deum ·
Item cum commemorasset in archa noe octo homines saluos factos
sic et uos inquit simili forma baptisma saluos facit · Ab hac
ergo salute et luce alieni sunt paruuli et in perditione ac tenebris
remanebunt: nisi per adoptionem populo dei iungantur sociati
tenentes christum passum iustum pro iniustis ut eos adduceret
ad deum · Ex epistola quoque iohannis hec mihi congeruit que huic questioni
necessaria uisa sunt · Qui si in luce inquit ambulemus sicut et ipse est
in luce societatem habemus adinuicem · et sanguis ihesu filii eius
purgabit nos ab omni delicto · Item alio loco · Si testimonium
inquit hominum accipimus: testimonium dei maius est · Quia hoc est
testimonium dei quod maius est: quia testificatus est de filio suo · Qui
credidit in filium dei habet testimonium dei in semet ipso · Qui non
credidit deo mendacem facit eum · quia non credidit in testimo-
nium quod testificatus est · Et hoc est testimonium quia uitam eternam
dedit nobis deus · et hec uita in filio eius est · Qui habet filium: habet

uitam · Qui non habet filium uitam non habet · Non solum ergo regnum
celorum sed nec uitam paruuli habebunt: si filium non habebunt quem nisi per
baptismum eius habere non possunt · Item alio loco · In hoc inquit manifestatus
est filius dei: ut soluat opera diaboli · Non ergo pertinebunt paruuli
ad gratiam manifestationis filii dei · si non in eis soluat o-
pera diaboli · Iam nunc attende in hac re pauli apostoli
testimonia · tanto utique plura: quanto plures epistolas scripsit · et
quanto diligentius curauit commendare gratiam dei aduersus eos
qui operibus gloriabantur · atque ignorantes dei iustitiam et suam
iustitiam uolentes constituere: iustitie dei non erant subiecti ·
In epistola ad romanos · Iustitia inquit dei in omnes qui credunt ·
Non est enim distinctio · Omnes enim peccauerunt et egent gloria dei · Iustifica-
ti gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo ihesu quem proposu-
it deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem
iustitie eius propter propositum precedentium peccatorum in dei patientia ad o-
stendendam iustitiam ipsius in hoc tempore ut sit iustus et iustificans
eum qui ex fide est ihesu · Item alio loco · Ei qui operatur inquit merces
non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum · Ei uero qui non operatur credenti autem
in eum qui iustificat impium deputatur fides eius ad iustitiam
sicut et dauid dicit beatitudinem hominis cui accepto deus fert iustitiam
sine operibus · Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt
peccata · Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum · Item paulo post ·
Non est autem scriptum inquit propter illum tantum quia deputatum est illi: sed et
propter nos quibus deputabitur credentibus in eum qui suscitauit ihesum
christum dominum nostrum a mortuis qui traditus est propter delicta nostra
et resurrexit propter iustificationem nostram · Et paulo post ·
Ut quid enim christus inquit cum infirmi essemus adhuc secundum tempus pro
impiis mortuus est · Et alibi · Scimus inquit quia lex spiritualis est:
ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato · Quod enim operor
ignoro · Non enim quod uolo hoc ago: sed quod odi illud facio · Si
autem quod nolo hoc facio: consentio legi quoniam bona · Nunc autem iam
non ego operor illud: sed id quod in me habitat peccatum · Scio enim
quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum · Uelle enim
adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio · Non enim quod uolo
facio bonum: sed quod nolo malum hoc ago · Si autem quod nolo ego
hoc facio: iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum · Inue-
nio ergo legem mihi uolenti facere bonum quoniam mihi malum adiacet ·
Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem · Uideo autem
aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee
et captiuantem me in lege peccati que est in membris meis · Infelix
ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius · Gratia dei per
ihesum christum dominum nostrum · Dicant qui possunt homines nati non in
corpore mortis huius ut possint et dicere non esse necessariam gratiam dei
per ihesum christum qua liberentur de corpore mortis huius · Item paulo post ·
Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem deus
filium suum mittens in similitudine carnis peccati · et de peccato damp-
nauit peccatum in carne · Dicant qui audent contendere natum
christum in similitudine carnis peccati nisi nos natos esse in carne
peccati · Item ad corinthios · Tradidi enim uobis in primis inquit
quod et accepi quia christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas ·
Item ad eosdem corinthios in secunda · Caritas enim christi compellit
nos iudicantes hoc quoniam unus pro omnibus mortuus est · ergo omnes
mortui sunt · et pro omnibus mortuus est christus ut et qui uiuunt iam non
sibi uiuant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit · Iam

nos amodo neminem novimus secundum carnem, et si noveramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non novimus. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt; ecce facta sunt nova. Omnia autem ex deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis. Quemadmodum: quia deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, et ponens in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo reconciliari deo. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Cooperantes autem et rogamus, ne in vacuum gratiam dei suscipiatis. Dicit enim: Tempore acceptabili exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Ad hanc reconciliationem et salutem si non pertinent parvuli, quis eos quaerit ad baptismum Christi? Si autem pertinent, inter eos homines mortuos sunt pro quibus ille mortuus est, nec ab eo reconciliari et salvari possunt, nisi dimissa et non reputata delicta eorum. Item ad Galathas: Gratia nobis et pax a deo patre et domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eximeret nos de praesenti saeculo maligno. Et alio loco: Lex transgressionis gratia proposita est, donec veniret semen cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est, deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ad Ephesios autem: Et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in filiis diffidentiae. In quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostrae, facientes voluntatem carnis et affectionum, et eramus naturaliter filii irae, sicut et ceteri. Deus autem qui dives est in misericordia propter multam dilectionem qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cuius gratia salvi facti sumus. Et paulo post: Gratia, inquit, salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit deus ut in illis ambulemus. Et paulo post: Quia eratis, inquit, in illo tempore sine Christo alienati a societate Israel et peregrini testamentorum et promissionis, spem non habentes et sine deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans, ut duos conderet in se in unum novum hominem faciens pacem, et commutaret utrosque in uno corpore deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso; et veniens evangelizavit pacem vobis qui eratis longe, et pacem his qui prope, quia per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Item alibi: Sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem eum qui corrumpitur secundum concupiscentias deceptionis. Renovamini autem spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem eum qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Et aliud: Nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Ad Colossenses autem ita loquitur: Gratias agentes deo patri, idoneos facienti nos in parte sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii caritatis suae, in quo habemus redemptionem in remissione peccatorum. Et alio loco: Et estis, inquit, in illo repleti,

qui est caput omnis principatus et potestatis, in quo et circumcisi estis circumcisione non manufacta in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in quo et conresurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitavit illum a mortuis. Et vos cum essetis mortui delictis et praeputio carnis vestrae, vivificavit cum illo, donans nobis omnia delicta, delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci; exuens se carne, principatus et potestates exemplavit fiducialiter, triumphans eos in semetipso. Et ad Timotheum: Fidelis, inquit, sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores salvos facere, quorum primus sum ego. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet primo Christus Iesus omnem longanimitatem ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam aeternam. Item dicit: Unus enim deus, unus et mediator dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. In secunda etiam ad eundem: Noli, inquit, erubescere testimonium domini nostri, neque me vinctum eius, sed collabora evangelio secundum virtutem dei, salvos nos facientis et vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum et gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante saecula aeterna, manifestata autem nunc per adventum domini nostri Iesu Christi, evacuantis quidem mortem, illuminantis autem vitam et incorruptionem per evangelium. Ad Titum etiam: Exspectantes, inquit, beatam illam spem et manifestationem gloriae magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum abundantem, aemulatorem bonorum operum. Et alio loco: Cum autem benignitas et humanitas illuxit salvatoris nostri dei, non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos per Iesum Christum salvatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia heredes efficiamur secundum spem vitae aeternae. Ad Hebraeos quoque epistola, quamvis nonnullis incerta sit, tamen quia legi quosdam huic nostrae de baptismo parvulorum sententiae contraria sentientes eam quibusdam opinionibus suis testem adhibere voluisse, magis me movet auctoritas ecclesiarum orientalium, quae hanc etiam in canonicis habent, quanta pro nobis testimonia contineat advertendum est. In ipso eius exordio legitur: Multis partibus et multis modis olim deus locutus est patribus in prophetis, postremo in his diebus locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit et saecula. Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius, gerens quoque omnia verbo virtutis suae, purgatione peccatorum facta sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Et post pauca: Si enim qui per angelos dictus est sermo factus est firmus, et omnis praevaricatio et inobedientia iustam accepit mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Et alio loco: Quoniam ergo, inquit, pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse compari modo eorum participavit, ut per mortem evacuaret eum qui potestatem habebat mortis, id est diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam rei erant servitutis. Et paulo post: Unde debuit, inquit, per omnia fratribus similis esse, ut misericors fieret et fidelis princeps sacerdotum eorum quae sunt ad deum, ad propitiandum pro delictis populi. Et alibi: Teneamus, inquit, confessionem. Non enim habemus sacerdotem qui non possit compati infirmitatibus nostris, temptatum autem per omnia secundum similitudinem sine peccato. Et alio loco: Intransgressibile, inquit, habet sacerdotium. Unde et salvos perficere po-

eos q adueniunt p ipm ad dm semp uiuens ad interpellandu
p eis. Talem .n. decebat nos hre pncipem sacerdotum
iustu sine macula segregatum separatu a peccatorib altio
rem celis factu. no hntem cotidiana necessitate sic pncipes
sacerdotu prius p suis peccatis sacrificiu offerre. deinde p pplo
hoc .n. semel fecit offerens se. 7 alio loco. Non .n. in manu fa
bricata sca introiuit xpc q sunt exemplaria uerorum: s ipm ce
lu apparere ante faciem dei p nob. Non ut sepe offerat semet
ipm sic pnceps sacerdotu intrat in sca in anno semel cu
sanguine alieno. Ceterum oportebat eu sepe pati a mundi con
stitucione. Nunc aut semel in consummatione seclorum ad remissionem
peccatorum p sacrificium manifestatus est. Et sic constitutu est hoibz
semel tm mori 7 post h iudicium: Sic 7 xc semel oblatus est
ut multorum peccata exhauriret. Secundo sine peccato apparebit eis q eum
sustinent ad salutem. Apocalipsis 7 iohis hac laudes xpo
p canticu noui testamenti offerri. Dignus es accipe librum 7 apire
signacula eius qm occisus es 7 redemisti nos deo in sanguine tuo
de omni gente 7 lingua 7 pplo 7 natione. Item in actib apostolorum.
Incipiente uite petrus aps dixit dnm ihm. Increpans iudeos
q occidissent eum ita loquens. Vos aut scm 7 iustum honastis
7 negastis 7 postulastis hoiem homicidam donari nobis.
auctorem uite occidistis. Et alio loco. hic est lapis
reprobatus a nob edificantib q factus est in caput anguli. Non est .n. aliud
nomen sub celo datum hoibz in q oporteat nos saluos fieri. 7 alibi.
Deus patrum suscitauit ihm quem uos interemistis suspenden
tes in ligno. hunc deus pncipem 7 saluatorem exaltauit in
gloria sua dare penitenciam isrl 7 remissionem peccatorum in illo.
Item alio loco. Huic omnes prophete testimonium phibent remis
sionem peccatorum accipere p nomen illius omnes credentes in eum.
Item in eodem libro aps paulus. Notum g sit uob uiri
fratres qm p hunc uobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus
quibus non potuistis in lege moysi iustificari. In h omnis cre
dens iustificatur. hec tanto age testimoniorum qd adhuc uerbi
dei claritatem n premat. Et multa quidem alia repiri posse. sz
7 finiendi h opus cura non negligenda. Inde est. De libris q
noui testamenti multas grauitates diuinorum eloquiorum adhibere
in hac summam superuacaneum putaui. quando quidem illis qd oc
cultatur sub uelamento uelut terrenarum promissionum hoc in
noui testamenti predicatione reuelatur. Et ipse dns librum ue
teris ueritate breuiter demonstrauit. 7 diffiniuit dicens op
tuisse impleri q de illo scripta essent in lege pphis 7 psalmis
7 hec ipa esse q oportebat xpm pati 7 resurgere a mortuis
tercia die. 7 predicari in noie eius penitenciam 7 remissionem peccatorum
p omnes gentes incipientibz ab ierlm. Et petrus dixit q paulo
ante commemoraui: huic omnes pphas testimonium phibere
remissionem peccatorum accipere p nomen eius omnem credentem in eum. Verumtamen
quomodo est etiam ex ipso ueteri testamento testimonia pauca
deprompsi q uel ad supplementum uel potius ad cumulum ualere de
bebunt. Ipse dns p pphetam in psalmo loquens ait. Sanctis q in terra sunt
eius mirificauit omnes uoluntates meas in eis. Non merita eorum
s uoluntates meas. Non illorum quod n qd sequitur multiplicate sunt in
firmitates eorum. Supra q intrauit eant ad h 7 lex subintrauit
ut habundaret delictum. Sz qd adiungit postea accelerauerunt.
multiplicatis infirmitatib h est habundante delicto alacrius medicum

quesierunt. ut ubi habundauit peccatum superhabundaret 7 gra
Deniq: Non congregabo inqt conuenticula eorum de sanguinibz q multas
sacrificiorum sanguinibus cum pmum in tabernaculo uel in templo congre
garentur: conuocabantur potius peccatores quam mundabantur. Non g in
quit de sanguinib congregabo conuenticula eorum. Vnus .n. sanguis p multis
datus est q uere mundaret. Deniq sequitur. Nec memor ero
nominum eorum p labia mea tamquam mutator. Non nomina eo
rum erant prius filii carnis. filii seculi. filii ire. filii diaboli. immundi
peccatores impii. Postea uero filii dei hoi nouo nouum nomen
canticum nouum p testamentum nouum. Non ut ingrati hoies gre
dei pusilli cum magnis a minore usqz ad maiorem. Totius
ecclesie uox est. Erraui sicut ouis perdita. Omnium membrorum xpi uox
est. Omnes ut oues errauimus: 7 ipse traditus est p peccatis nris.
Qui totus pphie locus apud ysaiam est. p philippum sub exposito
spado ille eunuchus regine in eum credidit. Vide quemadmodum h
ipm commendet. 7 tamquam superbis nescio quibus uel contenciosis id
tidem inculcet. Homo inqt in plaga 7 q sciat ferre infirmitatem.
ppter qd 7 auertit se. facies eius ignominiata est n magnus estimata
est. Hic infirmitates nras portat. 7 p nob in doloribus est 7 in
pena. Et nos existimabimus illum in doloribus. Ipse aut uulneratus
est ppter peccata nra. infirmatus est ppter iniquitates nras. erudicio pa
cis nre sup eum. In liuore eius sanati sumus. Omnes ut oues
errauimus. 7 dns tradidit illum p peccatis nris. 7 ipse quam male
tractatus est non apuit os. Vt ouis ad immolandum ductus est. 7
ut agnus ante eum q se tonderet fuit sine uoce sic non
apuit os suum. In humilitate sublatum est iudicium eius. Generatio
nem eius quis enarrabit? Quoniam tollet de terra uita eius. Ab iniqui
tatib ppli mei ductus est ad mortem. Dabo g 7 malos ppter sepul
turam eius 7 diuites ppter mortem eius. ob hoc quidem iniquitatem non fe
cit n dolum ore suo. Vult dns purgare illum de plaga. Si de
deritis uos ob delicto uestra animam uestram uidebitis semen longe
uiue uite. Et uult dns auferre doloribus animam eius. Ostendere illi
lucem 7 effigiare p sensum. iustificare iustum bene seruientem pluribus
7 peccata illorum ipse sustinebit. Ppterea ipse hereditabit complures 7
fortium partietur spolia. ppter qd traditus est ad mortem anima eius
7 inter iniquos estimatus est. 7 ipse peccata multorum sustinuit 7 ppter
iniquitates eorum traditus est. Audite 7 illud pphe eidem qd de
se completum lucas 7 sibi officio in sinagoga ipse recitauit.
Spc dni sup me ppter qd unxit me euangelizare humilibus
misit me ut refingerem contritos in pressura cordis. Predi
care captiuis remissionem 7 cecis uisum. Omnes g agnoscamus ut
nullus exceptus sit eorum q uolumus corpori eius herere p eam
in ouile eius intrare ad uitam 7 salutem quam sibi pmisit
penitenciam premere. Omnes inqm agnoscamus eum qui peccatum
n fecit 7 peccata nra pertulit in corpore suo sup lignum ut
a peccatis separati cum iusticia uiuamus. Cuius cicatricib sanati sumus
infirmi cum essemus tamquam pecora errantia. Que cum ita sint
neminem uero eorum q ad xpm accesserunt p baptismum sana
fides 7 sana doctrina putatur exceptum a gra remissionis
peccatorum. Nec esse posse aliud preter regnum eius eterna salute
Hec .n. parata est reuelari in tempore nouissimo h est in resurrectione
mortuorum pertinentium n ad mortem eternam q secunda mors a
pellatur. s ad uitam eternam quam pmittit non mentiens deus
scis 7 fidelib suis. cui nunc preces esse n iustificat

nisi in Christo sic in Adam omnes moriuntur. Quemadmodum enim omnes omnino pertinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur nisi in Adam in quo omnes peccaverunt, sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem voluntatis spiritus non vivificantur nisi in Christo in quo omnes iustificantur. Quia sicut per unum omnes ad condempnationem, sic per unum omnes ad iustificationem. Nec est ullus ulli medius locus ut possit esse nisi cum diabolo qui non est cum Christo. Hinc et ipse dominus volens auferre de cordibus male credentium istam nescio quam medietatem quam conantur quidam parvulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentie sint in vita eterna, sed quia non sunt baptizati non sint cum Christo in regno eius, diffinitivam protulit ad hec ora obstruenda sententiam ubi ait: Qui mecum non est adversum me est. Constitue igitur quemlibet parvulum: si iam cum Christo est, ut quid baptizatur? Si autem quod habet veritas ideo baptizatur ut sit cum Christo, profecto non baptizatus non est cum Christo, et quia non est cum Christo adversus Christum est. Nec enim eius tam manifestam debemus aut possumus infirmare vel inmutare sententiam. Unde igitur adversus Christum si non ex peccato? Neque enim ex corpore et anima que utraque dei creatura est. Porro si ex peccato, quod in illa etate nisi originale et antiquum? Una quippe est caro peccati in qua omnes ad dampnationem nascuntur, et una est caro in similitudine carnis peccati per quam omnes a dampnatione liberantur. Nec ita dictum est omnes velut quicumque nascuntur in carne peccati idem ipsi omnes mundari intelligantur per carnem similem carnis peccati. Non enim omnium est fides. Sed omnes pertinentes ad generationem connubii carnalis non nascuntur nisi in carne peccati, et omnes pertinentes ad generationem connubii spiritalis non mundantur nisi per carnem similem carnis peccati. Hoc est illi per Adam ad condempnationem, illi per Christum ad iustificationem. Tamquam si dicamus verbi gratia: una est obstetrix in hac civitate que omnes excipit, et unus est hic litterarum magister qui omnes docet, sed ibi possunt intelligi omnes nisi qui nascuntur, sed hic omnes nisi qui discunt. Non tamen omnes qui nascuntur litteras discunt, sed cuivis daret quod et ille recte dictus est omnes docere preter cuius magisterium nemo discit. Consideratis autem omnibus divinis testimoniis que commemoravi sive singillatim de unoquoque disputans sive acervatim in la congestas vel que ipsa non commemoravi veritate, hoc quod universa ecclesia tenet, quod adversus omnes prophanas novitates vigilare debet, omnem hominem separari a deo nisi qui per mediatorem Christum reconciliatur deo; nec separari quemquam nisi peccatis intercludentibus posse; non ergo reconciliari nisi peccatorum remissione per unam misericordiam salvatoris, per unam victimam verissimi sacerdotis. Ac sic omnes filios mulieris que serpenti credidit ut libidine corrumperetur non liberari a corpore mortis huius nisi per filium virginis que angelo credidit ut sine libidine fetaret. Bonum igitur coniugii non est fervor concupiscentie, sed quidam licitus et honestus illo fervore utendi modus propagande proli non explende libidini accommodatus. Voluntas igitur illa membrorum corporis mortis huius inobedientium motus, ut totum animum in se deiectum conatur attrahere, et nec cum mens voluerit exsurgit, sed cum mens noluerit congeritur, hoc est malum peccati quo nascitur omnis homo. Cum autem ab illicitis corruptionibus refrenatur et ad solum generis humani supplementum ordinate propaganda permittitur, hoc est bonum coniugii per quod ordinata societate nascitur homo. Sed nemo renascitur in Christi corpore nisi prius nascatur in peccati corpore. Sicut autem bono male uti malum est, sic malo bene uti bonum est. Duo igitur hec bonum et malum, et alia duo usus bonus et usus malus sibimet adiuncta quattuor differentias faciunt. Bene utitur bono continentiam dedicans deo; male utitur bono continentiam dedicans ydolo; male utitur malo concupiscentiam relaxans adulterio; bene utitur malo concupiscentiam restringens connubio. Sicut igitur melius est bene uti bono quam bene uti malo, cum sit utrumque bonum, ita qui dat virginem suam bene facit, et qui non dat melius facit. De qua questione multo uberius et multo sufficientius in duobus libris, uno de bono coniugali, altero de sancta virginitate, quantum deus dedit pro virium mearum exiguitate disserui. Non itaque per nuptiarum bona defendant concupiscentie malum qui carne et sanguine puerorum adversus carnem et sanguinem extolluntur redemptoris; nec erigantur in superbia erroris alieni de quorum parvula etate nobis dedit deus humilitatis exemplum. Solus sine peccato natus est quem sine virili complexu non concupiscentia carnis sed obedientia mentis virgo concepit. Sola nostro vulneri medicinam parere potuit que non ex peccati vulnere germen pie prolis emisit. Iam nunc servientem diligentius quantum adiuvat deus et ipsum evangelii capitulum ubi ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non intrabit in regnum dei. Qua illi sententia nisi moverentur omnino parvulos non baptizandos esse censerent. Sed quia non ait inquiunt: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non habebit salutem vel vitam eternam; tantummodo autem dixit: non intrabit in regnum dei; ad hoc parvuli baptizandi sunt ut sint cum Christo in regno dei, ubi non erunt si baptizati non fuerint. Quamvis et sine baptismo si parvuli moriantur salutem vitamque eternam habituri sint, quoniam nullo peccati vinculo obstricti sunt. Hec dicentes primo nunquam explicant iusti quare iusta nullum peccatum habens ymago dei separetur a regno dei. Deinde videamus utrum dominus Ihesus unus et solus magister bonus in hac ipsa evangelica lectione non significet et ostendat non nisi per remissionem peccatorum ad regnum dei pervenire baptizatos. Quamvis recte intelligentibus sufficere debuerit quod dictum est: Nisi quis natus fuerit denuo non potest intrare in regnum dei. Et nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest intrare in regnum dei. Cur enim nasci opus est denuo nisi renovandus? Unde renovandus nisi a vetustate? Qua vetustate nisi in qua vetus homo noster simul crucifixus est cum illo ut evacuetur corpus peccati? Aut unde ymago dei non intrat in regnum dei nisi impedimento prohibente peccati? Verumtamen ut proposuimus totam ipsam circumstantiam evangelice lectionis ad rem de qua agitur pertinentem intente quantum possumus diligenterque videamus. Erat autem homo unus ex phariseis Nichodemus nomine princeps Iudeorum. Hic venit ad Ihesum nocte et dixit ei: Rabbi, scimus quia a deo venisti magister; nemo enim potest facere hec signa que tu facis nisi fuerit deus cum eo. Respondit Ihesus et dixit ei: Amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum dei. Dicit ad eum Nichodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris sue iterum introire et renasci? Respondit Ihesus: Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Quod natum est de carne caro est, et quod natum est de spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, sed nescis unde veniat aut quo vadit. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nichodemus et dixit ei: Quomodo possunt hec fieri? Respondit Ihesus et dixit ei: Tu es magister in Israel et hec ignoras? Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis, quomodo si dixero vobis celestia credetis? Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo.

Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Sic enim Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Non enim misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur; qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt magis homines tenebras quam lucem; erant enim mala eorum opera. Omnis enim qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur eius opera, quia in Deo sunt facta. Hucusque est ad rem de qua querimus pertinens totus sermo ille. Deinceps in aliud narrationis ascendit. Cum ergo Nicodemus que dicebantur non intelligeret, quesivit a Domino quomodo possent ista fieri. Videamus quid Dominus respondeat. Profecto enim si ad interrogata respondere dignabitur quomodo possint hec fieri, hoc dicturus est quomodo possit fieri generatio spiritualis venientis hominis ex generatione carnali. Ostensa itaque pusillula eius imperitia qui se ceteris de magisterio preferebat, et omnium talium incredulitate reprehensa quod testimonium non acciperent veritatis, addidit se terrena illis dixisse nec eos credidisse, querens vel admirans quomodo essent celestia credituri. Sequitur tamen et respondet, quod alii credant si illi non credunt, ad illud quod interrogatus est quomodo possint ista fieri: Nemo, inquit, ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo. Sic, inquit, fiet generatio spiritualis ut sint celestes homines ex terrenis, quod adipisci non poterunt nisi membra mea efficiantur, ut ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascendit nisi qui descendit. Nisi ergo in unitatem Christi omnes mutandi levandique concurrant, ut Christus qui descendit ipse ascendat, non aliud deputans corpus suum, id est ecclesiam suam, quam se ipsum, quia de Christo et ecclesia verius intelligitur: Erunt duo in carne una; de qua re ipse dixit: Itaque iam non duo sed una caro, ascendere omnino non poterunt. Quod ait: Nemo ascendit in celum nisi qui de celo descendit filius hominis qui est in celo, cernimus enim in terra factum esse filium hominis, divinitatem tamen suam que in celo manens descendit ad terram non indignam censuit nomine filii hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine filii Dei. Ne enim quasi duo Christi ista accipiantur, unus Deus et alter homo, sed unus atque idem homo et Deus. Deus, quia In principio erat verbum et Deus erat verbum; homo, quia verbum caro factum est et habitavit in nobis. Ac per hoc per distantiam divinitatis et infirmitatis filius Dei manebat in celo et filius hominis ambulabat in terra; per unitatem vero persone qua utraque substantia unus est Christus, et filius Dei ambulabat in terra et idem ipse filius hominis manebat in celo. Fit ergo credibiliorum fides ex incredibilibus creditis. Si enim divina substantia longe distantior atque incomparabili diversitate sublimior potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam ut una persona fieret, ac sic filius hominis qui erat in terra per carnis infirmitatem idem ipse esset in celo per participatam carni divinitatem, quanto credibilius alii homines sancti et fideles eius fiunt cum homine Christo unus Christus, ut omnibus eius hac gratia societate ascendentibus ipse unus Christus ascendat in celum qui de celo descendit. Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis cum sint multa unum est corpus, ita et Christus. Non dixit: ita et Christi, id est corpus Christi vel membra Christi, sed: ita et Christus, unum Christum appellans caput et corpus. Magna hec misericordia et dignatio, que quoniam non fit nisi per remissionem peccatorum, sequitur et dicit:

Et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Quod tunc in deserto factum sit novimus. Serpentum morsibus multi moriebantur. Tunc populus peccati sui confessus per Moysen deprecatus est Dominum ut hoc ab eis virus auferret. Ac sic Moyses ex precepto Domini exaltavit in deserto eneum serpentem, admonuit quoque populum ut illum exaltatum quisquis a serpente morsus fuerit attenderet. Hoc facientes continuo sanabantur. Quid est exaltatus serpens nisi mors Christi, eo significandi modo quo efficiens per id quod efficitur significatur? A serpente quippe mors venit, qui peccatum quo mori mereretur homini persuasit. Dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tamquam venenum serpentis, sed tamen transtulit mortem, ut esset in similitudine carnis peccati pena sine culpa, unde in carne peccati et culpa solveretur et pena. Sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpentem et a veneno sanabatur et a morte liberabatur, sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismumque eius, et a peccato per iustificationem et a morte per resurrectionem liberatur. Hoc est enim quod ait: Ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Quid ergo opus est ut Christi morti per baptismum conformetur parvulus, si morsu serpentis non est omnino venenatus? Deinde nequid sequitur dicens: Sic Deus dilexit mundum ut filium unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Periturus parvulus erat nec habiturus vitam eternam, si per sacramentum baptismi non crederet in unigenitum Dei filium, dum interim sic venit ut non iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum. Presertim quia sequitur et dicit: Qui credit in eum non iudicatur; qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Ubi ergo parvulos ponimus baptizatos nisi inter fideles, sicut universe ubique ecclesie clamat auctoritas? Ergo inter eos qui crediderunt. Hoc enim eis acquiritur per virtutem sacramenti et offerentium responsionem. Ac per hoc eos qui baptizati non sunt inter eos qui non crediderunt. Porro si illi qui baptizati sunt non iudicantur, isti quia carent baptismo iudicantur. Quod vero adiungit: Hoc est iudicium quia lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem; unde lux venit in mundum nisi de suo dicit adventu? Sine cuius adventus sacramento quomodo parvuli esse dicuntur in luce? Aut quomodo non et hoc in dilectione tenebrarum habent, qui quemadmodum ipsi non credunt, sic nec baptizandos suos parvulos arbitrantur, cum eis mortem corporis timent? In Deo autem facta dicit opera eius qui venit ad lucem, quia intelligit iustificationem suam non ad sua merita sed ad Dei gratiam pertinere. Deus est enim, inquit apostolus, qui operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate. Hic modus ergo fit omnium ex carnali generatione ad Christum venientium regenerationis spiritualis. Ipse hunc aperuit, ipse monstravit, cum ab eo quereretur quomodo possent ista fieri. Nemini hominum argumentationem in hac re liberam fecit. Non alienentur parvuli a gratia remissionis peccatorum. Non aliter transitur ad Christum. Nemo aliter potest Deo reconciliari et ad Deum venire nisi per Christum. Quid de ipsa forma sacramenti loquar? Vellem aliquis istorum qui contra sapiunt mihi baptizandum parvulum afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Ipse certe mihi responsurus erat pro eo quem parvulum gestaret, quia pro se ille respondere non posset. Quomodo ergo dicturus erat eum renuntiare diabolo, cuius in eo nihil esset? Quomodo converti ad Deum a qui-

esse ausus. Credere enim certam remissionem peccatorum quam illi nullam tribuerent? Ego quidem si quis hoc eum sentire contestaretur, nec ad sacramenta cum paruulis intrare permitterem. Ipse autem in hoc qua fronte ad homines, qua mente ad deum se ferret ignoro. Sed nolo aliquid grauius dicere. Falsam quippe uel fallacem tradi paruulis baptismatis formam, in qua sonaret atque agi uideretur et tamen nulla fieret remissio peccatorum, uiderunt aliqui eorum quam execrabile ac detestabile dici posse atque sentiri. Proinde quod attinet ad baptismum paruulorum, ut eis sit necessaria redemptio, ipsi quoque opus esse concedunt, sicut cuiusdam eorum libello breuissimo continetur. Qui tamen ibi remissionem alicuius peccati aperte exprimere noluit. Sicut autem mihi ipse litteris tuis intimasti, fatentur iam, ut dicis, etiam in paruulis per baptismum fieri remissionem peccatorum. Nec mirum: non enim redemptio aliud nisi possit intelligi. Non tamen originali, inquiunt, sed in uita iam propria, postea quam nati sunt, peccatum habere ceperunt. Quocirca uides quantum iam distet inter eos et eum quem in hoc opere diu iam multumque dissero. Certe enim unius librum legi ea continentem que ut potui refutaui. Inter istos ergo, ut dicere ceperam, qui omnino paruulos ab omni peccato et originali et proprio puros et liberos esse defendunt, et istos qui eos iam natos propria putant contraxisse peccata a quibus eos credunt per baptismum oportere purgari, quantum intersit uides. Proinde isti posteriores intuendo scripturas et auctoritatem ecclesie et formam ipsius sacramenti bene uiderunt in paruulis per baptismum peccatorum fieri remissionem. Sed utrum originale esset, quod est illud in eis esse, uel nolunt dicere uel non possunt. Illi autem priores in ipsa natura humana que ab omnibus ut consideretur in promptu est bene uiderunt quod facile fuit, etatem illam in sua tam uita propria nullum peccatum potuisse contrahere. Sed ne peccatum originale fateantur, nullum esse omnino peccatum in paruulis dicunt. Prius ergo inter se ipsi concilientur et consentiant sibi, ut a nobis nulla ex parte dissentiant. Nam si paruulis baptizatis remissionem fieri peccatorum concedant illi istis, per illos ut ipsa natura in tacitis infantibus clamat, sue uite propria nullum adhuc contraxisse peccatum concedant; illi istis concedent utrique nobis nullum nisi originale restare quod per baptismum soluatur in paruulis. An uero et hic querendum et hoc disputandum et tempus ad hoc insumendum sumus, ut probemus atque doceamus quantum per propriam uoluntatem sit quod nullum proprie uite per se esse peccatum nichil mali commiserit? Interea quis per hoc uocatur ab omnibus innocentes, sicut tanta infirmitas animi et corporis, tanta ignorantia rerum, nulla omnino precepti capacitas, nullius uel naturalis uel conscripte legis sensus aut motus, nullius in alterutram partem rationis usus, hoc multo testatione silentio quam sermo noster proclamat atque indicat? Valeat aliquid ad se ipsum persuadendum ipsa euidentia. Nam nusquam sic non inuenio quod dicam, quantum uero res de qua dicitur manifestior est omni quod dicitur. Velle tamen quisquis hic sapit dicere quod peccatum uidit uel putauit in tantum recenter ab utero edito, fatetur iam baptismum festinantium. Quid mali in hac propria uita sua per animum gessit corpus uel commisit? Si flere quod plorat tedioque maioribus molestus sit, non mirari non irasci... hec ut diligantur parati, dicendum est. An quod ipso fletu nulla sua nisi nulla causa prohibente compescitur? At hoc ignorantie est in qua profundissima iacet, qua et matrem cum post contagium tempus nullum peruenit in morsus et sepe ipsas eius mamas quas diu esuriens congerit. Hec non modo feruntur sed etiam diliguntur in paruulis et hec quo affectu nisi carnali quo et risus iocusque delectant, acutorum quoque hominum ipsa quam

absurditate conditus. Qui si eo modo sentiret ut dicitur, non tam illi tacere sed tamquam fatuum riderent. Ipsos quippe fatuos et excordes, quos uulgo moriones uocant, ad cordatorum delicias adhiberi et in mancipiorum estimatione pretiosiores esse cordatis tamen ualet naturalis affectus et nimie fatuorum in delectatione alieni mali. Nam cum homini iocunda sit aliena fatuitas, nequaquam tamen ipse talis esse uoluisset. Et si suum paruulum filium, a quo garrire talia prius letus expectat et prouocat, talem preuideret esse futurum, cum creuerit, sine dubitatione miserabilius lugendum esse quam mortuum. Sed dum spes subest incrementorum et ingenii lumen accessurum creditur etatis accessu, fit ut contumelia paruulorum etiam in parentes non solum iniuriosa non sit, uerum etiam grata atque iocunda sit. Quod quidem prudentum nemo probauerit, ut a quibus uel factis honestis non prohibeantur, cum prohiberi iam possint. Sinunt enim in hec et gaudent studio ridendi et uanitate maiorum. Nam plerumque illa etas iam patrem matremque agnosceret, neutrum eorum audet maledicere nisi ab altero eorum aut ab utroque uel permissa uel iussa. Sinunt hec eorum sunt paruulorum qui iam in linguam prorumpunt et animi sui motus qualibuscumque lingue indiciis proprie iam possunt. Illa potius recentium natorum profundissima ignorantiam uideamus ex qua ad istam non permansuri balbutientem fatuitatem transeuntes ad sciam locutionem que tenderet proficiendo ueniret. Illas nimirum consideremus tenebras mentis irrationalis in quibus et deum prius ignorant, cuius sacramentis etiam cum baptizantur obsistunt. In has quero unde et quando demersi sint. Itane uero etiam hic contraxerunt et in hac uita sua iam propria per nimiam negligentiam obliti sunt deum? Prudentes uero uel religiosi uixerunt uel in uteris matrum? Dicant ista qui audent, audiant qui uolunt, credant qui potuerint. Ego autem puto quod omnes quorum mentes non obnubilat defendende sue sententie peruicacia hec sentire non possunt. An nullum ignorantie malum et ideo non purgandum? Et quid ait illa uox: Delicta iuuentutis et ignorantie mee ne memineris. Et si enim damnabiliora sunt peccata que a scientibus committuntur, tamen si ignorantie peccata nulla essent, hoc non legeremus quod commemoraui: Delicta iuuentutis mee et ignorantie mee ne memineris. In illas igitur ignorantie densissimas tenebras ubi anima infantis recens ab utero utique anima hominis utique anima rationalis non solum indocta uerum etiam indocilis iacet. Cur aut quando aut unde contrusa sit, si natura hominis sic incipere et non iam uitiosa est illa natura? Cur non talis creatus est Adam? Cur ille capax precepti et ualens coniugi et omnibus animalibus nomina imponere? Nam et de illa dixit: Hec uocabitur mulier. Et quodcumque uocauit Adam animam uiuam hoc est nomen eius. Iste autem nescit ubi sit, quid sit, a quo creatus, a quibus genitus sit, iam reus delicti nondum capax precepti, tam profunda ignorantie caligine inuolutus et pressus ut nec de sopno excitari possit ut hec saltem demonstrata cognoscat. Sed expectatur tempus quo hanc nescio quam uelut ebrietatem non per unam noctem sicut quamuis grauissima solet, sed per aliquot menses atque annos paulatim digerat. Quod donec fiat, tam multa que in maioribus punimus tolleramus in paruulis ut numerari omnino non possint. Hoc tam magnum ignorantie atque infirmitatis malum si in hac uita nati iam paruuli contraxerunt, ubi quando quantum aliquid magna impietate commissa repente tantas tenebras inuolui meruerunt dicat aliquis. Si hec natura purum initium sed uitiosa primordia

qualis factus est creatus Adam, cur Christus longe excellentior et certe sine ullo peccato natus ex virgine in hac tamen infirmitate atque etate parvulus apparuit? Huic propositioni respondemus: Adam quippe ideo non talem creatum, quia nullius parentis precedente peccato non est creatus in carne peccati. Nos ideo tales, quia illius precedente peccato nati sumus in carne peccati. Christus ideo talis, quia ut de peccato condempnaret peccatum, natus est in similitudine carnis peccati. Sed non hic agitur de Adam quod pertinet ad corporis quantitatem, quia non parvulus factus est sed perfectorum membrorum mole. Potest enim dici et pecora sic creata, sicut tamen eorum peccato factum non est ut ex eis pulli parvuli nascerentur. Cur ergo esse sic nunc non quirimus. Sed agitur de illius mentis quadam valentia et usu rationis, quo preceptum Dei legemque mandati et docilis Adam caperet et facile posset custodire si vellet. Nunc autem homo sic nascitur ut omnino non possit propter horrendam ignorantiam atque infirmitatem non carnis sed mentis, cum omnes fateamur in parvulo non aliam sed eiusdem esse substantie cuius in primo homine fuit. Hoc est invalentiam animam degere, quamquam et ipsa tanta carnis infirmitas nescio quid quasi arbitror penale demonstret. Movet enim si primi illi homines non peccassent, utrum tales erant filios habituri qui nec lingua nec manibus nec pedibus uterentur. Nam propter uteri capacitatem forsitan necesse fuit parvulos nasci; quamvis cum exigua sit corporis pars costa, non tamen propterea Deus parvulam viro coniugem fecit, quam edificavit in mulierem. Unde et eius filios poterat omnipotentia creatoris mox editos grandes perficere. Sed ut hoc omittam, poterat certe quod multis et pecoribus prestitit, quorum pulli quamvis sint parvuli, nec accedentibus corporis incrementis et mente proficiant, quam rationalem animam non habent, tamen et minutissimi et currunt et matrem agnoscunt, nec suggendi ubera cura et ope admonentur aliena, sed ea ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mirabili facilitate noverunt. Contra homo natus nec ad incessum pedes idoneos nec manus saltem ad scalpendum habiles habet, et nisi ope nutricum admoveantur labris papille, ubi sint nesciunt, et iuxta se iacentibus mammis magis possunt esurientes flere quam suggere. Prorsus infirmitati mentis congruit haec omnino infirmitas corporis. Nec fuisset caro Christi in similitudine carnis peccati, nisi caro esset ista peccati, cuius pondere rationalis anima sic gravatur, sive et ipsa ex parentibus tracta sit, sive ibidem creata, sive desuper inspirata, quod nunc querere differo. In parvulis certe gratia Dei per baptismum eius qui venit in similitudine carnis peccati id agitur ut evacuetur caro peccati. Evacuatur autem non ut in ipsa vivente carne concupiscentia conspersa et innata repente absumatur et non sit, sed ne obsit mortuo que inerat nato. Nam si post baptismum vixerit atque ad etatem capacem precepti pervenire potuerit, ibi habet cum qua pugnet eamque adiuvante Domino superet, si non in vacuum gratiam eius susceperit, si reprobus esse noluerit. Nam nec grandibus hoc prestatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili omnipotentissimi creatoris, ut lex peccati que inest in membris repugnans legi mentis penitus extinguatur et non sit; sed ut quicquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum est, cum eidem concupiscentie subiecta mente serviret, totum aboleatur ac velud factum non fuerit habeatur. Ipsa vero soluto reatus vinculo quo per illam diabolus animam retinebat, et interclusione destructa qua hominem a suo creatore separabat, manet in certamine quo corpus nostrum castigamus et servituti subiciamus, vel ad usus licitos et necessarios relaxanda vel continentia cohibenda. Sed quoniam divino spiritu quem nullo modo fallit nos omnia genus humanum noverit vel preterita vel futura et presentia, talis vita humana progenita atque fundata est ut non iustificetur in conspectu Dei omnis vivens, sit ut per ignorantiam et infirmitatem non exeras adversus eam totis viribus voluntatem eius ad iustitiam, et in ulla cedimus tanto magis et crebrius quanto deteriores, tanto minus et rarius quanto meliores sumus. Sed cum de hac questione in qua queritur utrum possit homo sit fuerit futurus ne sit homo sine peccato in hac vita excepto illo qui dixit: Ecce venit princeps mundi et in me non invenit aliquid, diligentius disserendum est, iste sit huius voluminis modus, ut illud ab alio sumamus exordio. Explicit liber de baptismo parvulorum primus. Incipit secundus.

De baptismo parvulorum, Marcelline karissime, quod non solum eis ad regnum Dei verum etiam ad salutem vitam quam eternam adipiscendam detur, quam nemo sine Dei regno et sine Christi salvatoris societate in qua nos suo sanguine redemit habere ullus potest, superiore libro satis ut arbitror disputavimus. In hoc autem iam nunc ne aut in hoc seculo vel aliquis vixerit vel vivat vel victurus sit sine ullo omnino peccato excepto uno mediatore Dei et hominum homine Christo Ihesu qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, quanta ipse donat diligentia vel facultate disserendum esse suscepi. Cui disputationi si se deinde aliqua necessitate vel opportunitate inseruerit questio de peccato vel baptismo parvulorum, cunctandum non erit nec defugiendum, ut eis locis ad omnia que versione nostra flagitant sicut valemus respondeamus. Huic autem questioni solo de hominis vita sine ulla subreptione vel preoccupatione peccati propter cotidianas et nimis orationes magne necessarie sunt. Sunt enim quidam tantum presumentes de libero humane voluntatis arbitrio ut nec ad peccandum nec adiuvandos nos divinitus opinentur, semel ipsa natura concesso libero voluntatis arbitrio. Unde sit consequens ut nec orare debeamus ne intremus in temptationem, hoc est ne temptatione vincamur, vel cum fallit et preoccupat nescientes, vel cum premit atque urget infirmos. Quam sit autem noxium et saluti nostre que in Christo est perniciosum atque contrarium ipsi religioni qua imbuti sumus et pietati qua Deum colimus, quam vehementer adversum et contra tali accipiendo beneficio Dominum non rogemus atque in ipsa oratione dominica sine nos inferas in temptationem frustra positum existimemus, verbis explicare non possumus. Acute autem sibi videntur dicere, quasi nostrum hoc ullus ignoret, quod si nolumus non peccamus, nec preciperet Deus homini quod esset humane impossibile voluntati. Sed hoc non vident, quod ad nonnulla superanda vel que male cupiuntur vel que male metuuntur magnis aliquando et totis viribus opus est voluntatis, quas nos non perfecte in omnibus adhibituros previdit, qui per prophetam veridice dici voluit: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Tales itaque nos futuros Dominus previdens quedam salubria remedia contra reatum peccatorum et vincula etiam post baptismum dare ac valere dignatus est, opera scilicet misericordie, cum ait: Dimittite et dimittetur vobis; date et dabitur vobis. Quis enim cum aliqua spe adipiscende salutis eterne de hac vita emigraret manente illa sententia: Quicumque totam legem servaverit, offendit autem in uno, factus est omnium reus, nisi post paululum sequeretur: Sic loquimini et sic facite tamquam per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio. Concupiscentia igitur tamquam lex peccati manens in membris corporis mortis huius cum parvulis nascitur, in parvulis baptizatis a reatu solvitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla dampnatione

presertim parvulos non baptizatos vos mitteretis et cetera que ille filios et si parvuli moriantur ad condempnationem trahit. In grandibus autem baptizatis in quibus iam ratio utitur, quicquid eidem concupiscentie mens ad peccandum consentit, proprie voluntatis est. Deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu qui vinctos originaliter detinebat, ad agonem interim manet, non sibi ad illicita consentientibus nichil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoria et pace perfecta nichil quod vincatur existat. Consentientes autem sibi ad illicita reos tenet, et nisi per medicinam penitentie et opera misericordie per celestem sacerdotem pro nobis interpellantem sanentur, ad secundam mortem damnationemque perducit. Propter hoc et dominus orare nos docens inter cetera monuit ut dicamus: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inferas in temptationem, sed libera nos a malo. Manet enim malum in carne nostra, non natura in qua divinitus creati sumus, sed vitio quo voluntate prolapsi sumus, ubi amissis viribus non eadem qua vulneratur voluntatis facilitate sanatur. De hoc malo dicit apostolus: Scio quod non habitat in carne mea bonum. Cui malo nos non obedire precipit cum dicit: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius. Si ergo huius desideriis concupiscentie carnis illicita voluntatis inclinatione consentimus, ad hoc sanandum dicamus: Dimitte nobis debita nostra, adhibentes remedium ex operibus misericordie in eo quod addimus: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Ut autem non ei consentiamus, deprecamur adiutorium dicentes: Et ne nos inferas in temptationem, vel sicut nonnulli codices habent: Ne nos inducas in temptationem. Non quia ipse deus tali temptatione aliquem temptet — deus enim intemptator malorum est, ipse autem neminem temptat — sed ut si forte temptari ceperimus a concupiscentia nostra, adiutorio eius non deseramur, ut in eo possimus vincere, ne abstrahamur illecti. Deinde addimus quod perficietur in fine, cum absorbebitur mortale a vita: Sed libera nos a malo. Tunc enim nulla erit concupiscentia cum qua certare et cui non consentire iubeamur. Sic ergo totum hoc in tribus verbis breviter peti potest: Ignosce nobis ea in quibus sumus abstracti a concupiscentia, adiuva ne abstrahamur a concupiscentia, aufer a nobis concupiscentiam. Ad peccandum namque non adiuvamur a deo; iusta autem agere vel iustitie preceptum omni ex parte implere non possumus nisi adiuvemur a deo. Sicut enim corporis oculus non adiuvatur a luce ut ab eadem luce clausus aversusque discedat, ut autem videat adiuvatur ab ea, neque hoc omnino nisi illa adiuverit potest: ita deus qui lux est hominis interioris adiuvat nostre mentis obtutum, ut non secundum nostram sed secundum eius iustitiam boni aliquid operemur. Si autem ab illo avertimur, nostrum est, et tunc secundum carnem sapimus, tunc concupiscentie carnis ad illicita consentimus. Conversos ergo deus adiuvat, aversos deserit. Sed et ut convertamur ipse adiuvat, quod certe oculis corporis lux ista non prestat. Cum ergo nobis iubet dicens: Convertimini ad me et convertar ad vos, sicut nos illi dicimus: Converte nos deus sanitatum nostrarum, et: Deus virtutum converte nos, quid aliud dicimus quam: Da quod iubes? Cum iubet dicendo: Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, sicut nos illi dicimus: Da michi intellectum ut discam mandata tua, quid aliud dicimus quam: Da quod iubes? Cum iubet dicendo: Post concupiscentias tuas non eas, sicut nos dicimus: Scimus quia nemo potest esse continens nisi deus det, quid aliud dicimus quam: Da quod iubes? Cum iubet dicendo: Facite iustitiam, sicut

dicitur: Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur, a quo debemus petere cibum potumque iustitie nisi ab illo qui esurientibus eam et sitientibus promittit eius saturitatem? Repellamus itaque ab auribus et mentibus nostris eos qui dicunt accepto semel libero voluntatis arbitrio nec orare nos debere ut deus nos adiuvet ne peccemus. Talibus enim tenebris nec Phariseus ille cecabatur, qui cum erraret in hoc quod sibi addendum ad iustitiam nichil putabat seque arbitrabatur eius plenitudine saturatum, deo tamen gratias agebat quod non esset sicut ceteri homines, iniusti, raptores, adulteri, sicut ille publicanus, quod bis in sabbato ieiunaret, quod omnium que possidebat decimas daret. Non iam sibi ad iustitiam petebat; sed tamen ex his que habebat gratias deo agendo ab illo se accepisse omnia fatebatur. Et tamen improbatus est, et quia velut saturatus nichil de alimentis iustitie rogabat accipere, et quia eam publicano esurienti et sitienti se velut insultans preferre gestiebat. Quid ergo illis fiet qui et si fatentur se non habere vel non plenam habere iustitiam, tamen a se ipsis habendam non a suo creatore, ubi horreum eius et fons eius est, deprecandam esse presumunt? Nec ideo tamen solum de hac re nobis agendum est ut non subveniatur ad nitendo et nostre efficacia voluntatis. Adiutor enim noster deus dicitur, nec adiuvari potest nisi qui aliquid etiam sponte conatur. Quia non sicut in lapidibus insensatis aut sicut in eis in quorum natura rationem voluntatemque non condidit, salutem nostram deus operatur in nobis. Cur autem illum adiuvet, illum non adiuvet, illum tantum, illum autem tantum, istum illo, illum isto modo, penes ipsum est et equitatis tam secrete ratio et excellentia potestatis. Sed qui dicunt esse in hac vita posse hominem sine peccato, non est eis continuo incauta temeritate obsistendum. Si enim esse posse negaverimus, et hominis libero arbitrio qui hoc volendo appetit, et dei virtuti vel misericordie qui hoc adiuvando efficit derogabimus. Sed alia questio est utrum esse possit, alia utrum sit, alia si cum possit esse cur non sit, alia utrum qui omnino nunquam ullum peccatum habuerit non solum quisquam sit verum etiam potuerit aliquando esse vel possit. In hac quadripartita propositione questionum, si a me queratur utrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per dei gratiam et liberum eius arbitrium, ipsum quoque liberum arbitrium ad dei gratiam hoc est ad dei dona pertinere non ambigens, nec tantum ut sit verum etiam ut bonum sit, id est ad facienda mandata domini convertatur, atque ita dei gratia non solum ostendit quid faciendum sit sed adiuvat etiam ut possit fieri quod ostenderit. Quid enim habemus quod non accepimus? Unde et Ieremias dicit: Scio domine quia non est in homine via eius, nec viri est ut ambulet et dirigat gressus suos. Hinc et in psalmis cum dixisset deo: Tu precepisti mandata tua custodiri nimis, continuo non de se presumpsit, sed optavit ut faceret: Utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar cum inspicio in omnia mandata tua. Quis autem optat quod in potestate sic habet ut ad faciendum nullo indigeat adiumento? A quo autem id optet, quia non a fortuna vel a fato vel a quolibet alio preter deum, in consequentibus satis ostendit ubi ait: Itinera mea dirige secundum verbum tuum, et non dominetur michi omnis iniquitas. Ab huius execrande dominationis servitute liberantur quibus dominus Ihesus receptus dedit potestatem filios dei fieri. Ab ista horrenda dominatione liberandi fuerant quibus dicit: Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis. His atque huiusmodi aliis innumerabilibus testimoniis dubitare non possum nec deum aliquid impossibile homini precepisse, nec deo ad opitulandum et adiuvandum quo fiat quod iubet aliquid impossibile esse. Ac per hoc potest homo si velit esse sine peccato adiutus a deo. Si autem

quod secundo loco posuerunt quaerentes utrum sit, esse non credo dicentem: Ne intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Et ideo misericordia dei opus est, quae superexaltat iudicio, quod illi non erit qui non fecit misericordiam. Et quod propheta cum diceret: Dixi pronuntiabo adversus me delictum meum domino, et tu remisisti impietatem cordis mei, continuo subiunxit: Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Non quidem omnis peccator, sed omnis sanctus. Vox enim sanctorum est: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Unde in eiusdem apostoli apocalypsi illa centum quadraginta et quattuor milia sanctorum qui se cum mulieribus non coinquinaverunt, virgines enim permanserunt, et non est inventum in ore eorum mendacium, quia irreprehensibiles sunt; profecto ideo sunt irreprehensibiles quia se ipsos veraciter reprehenderunt. Et ideo non est inventum in ore eorum mendacium, quia si dicerent se peccatum non habere, se ipsos deciperent et veritas in eis non esset. Et utique mendacium esset, ubi veritas non esset. Quando iustus cum in sermonis exordio accusator sui est, non utique mentitur. Ac per hoc in eo quod scriptum est: Qui natus est ex deo non peccat, et non potest peccare quia semen eius in ipso manet, et si quid aliud eo modo dictum est, multum fallitur minus considerando scripturas. Non enim advertit eo quemque fieri filios dei quo esse incipiunt in novitate spiritus et renovari in interiorem hominem secundum imaginem eius qui creavit eos. Non enim ex qua hora quisque baptizatur omnis vetus infirmitas eius absumitur, sed renovatio incipit a remissione omnium peccatorum et in quantum spiritualia sapit quisque qui iam sapit. Cetera vero in spe facta sunt donec fiant et in re usque ad ipsius corporis renovationem in meliorem statum inmortalitatis et incorruptionis quae induemur in resurrectione mortuorum. Nam et ipsam dominus regenerationem vocat, non utique talem qualis fit per baptismum, sed in qua etiam in corpore perficitur quod nunc spiritu inchoatur. In regeneratione, inquit, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super .xii. sedes iudicantes .xii. tribus Israel. Nam in baptismo quamvis tota et plena fiat remissio peccatorum, tamen si continuo tota et plena etiam hominis in aeternam novitatem mutatio fieret, non dico et in corpore, quod certe manifestum est adhuc in veterem corruptionem atque in mortem tendere in fine postea renovandum, quando vere tota novitas erit, sed excepto corpore si in ipso animo, qui est homo interior, perfecta in baptismo novitas fieret, non diceret apostolus: Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem. Profecto enim qui de die in diem adhuc renovatur, nondum est renovatus totus. In tantum adhuc in vetustate est. Proinde ex hoc quod adhuc in vetustate sunt quamvis iam baptizati, ex hoc etiam adhuc sunt filii saeculi. Ex hoc autem quod in novitate sunt, hoc est ex plena et perfecta remissione peccatorum et quantumcumque illud est quod spiritualiter sapiunt et quod congruos mores agunt, filii dei sunt. Intus enim exuimus veterem hominem et induimus novum, quando ibi deponimus mendacium et loquimur veritatem et cetera quibus apostolus explicat quid sit exuere veterem hominem et induere novum qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Et hoc ut faciant iam baptizatos fideles hortatur, quod adhuc monendi non essent si hoc in baptismo iam perfecte factum esset. Et tamen factum est sicut et salvi facti sumus. Salvos enim nos fecit per lavacrum regenerationis. Sed alio loco dicit quemadmodum hoc factum est. Non solum autem, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes et ipsi in nobis metipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus.

Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet etiam corporis nostri. Primitias itaque spiritus nunc habemus. Unde iam filii dei re ipsa facti sumus. In ceteris vero spe sicut salvi, sic renovati, sic etiam filii dei. Re autem ipsa quia nondum salvi, ideo nondum plene innovati, nondum etiam filii dei, sed filii saeculi. Proficimus ergo in renovationem vitamque iustam per quod filii dei sumus, et per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur etiam illud quo adhuc filii saeculi sumus. Per hoc enim peccare adhuc possumus. Ita fit ut et qui natus est ex deo non peccet, et si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos decipiamus et veritas non sit in nobis. Consumetur ergo quod filii carnis et saeculi sumus, et perficietur quod filii dei et spiritu renovati sumus. Unde idem Iohannes: Dilectissimi, nunc filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus. Quod est hoc: sumus et erimus, nisi quia sumus in spe, erimus in re? Sequitur denique et dicit: Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nunc ergo et similes esse ei iam coepimus primitias habentes spiritus, et adhuc dissimiles sumus per reliquias vetustatis. Proinde et in quantum similes, in tantum regenerante filii dei in spiritu; in quantum autem dissimiles, in tantum filii carnis et saeculi. Illinc ergo peccare non possumus, hinc vero si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos decipimus, donec totum transeat in adoptionem et non sit peccator et quaeris locum eius et non invenies. Frustra itaque inaniter et illud argumentantur ut dicant: Si peccator genuit peccatorem ut parvulo eius reatus originalis peccati in baptismi acceptione solvatur, etiam iustus iustum gignere debuit. Quasi ex hoc quisque carnaliter gignat quod iustus est, et non ex hoc quod in membris eius concupiscentialiter movetur ad usum propagandi lex peccati repugnans legi mentis. Ex hoc ergo gignit quod adhuc vetustum trahit inter filios saeculi, non ex hoc quod in novitatem promovit inter filios dei. Filii enim saeculi huius generant et generantur. Unde et quod nascitur tale est, quia et quod nascitur de carne caro est. Iusti autem non sunt nisi filii dei. In quantum autem sunt filii dei carne non gignunt, quia spiritu et ipsi non carne nati sunt. Sed ex hoc carne gignunt quicumque eorum gignunt, ex quo nondum in novitatem perfectam totas vetustatis reliquias commutarunt. Unde quisquis filius de hac parte naturae vetustate infirmatur, necesse est ut etiam ipse vetustus sit et infirmus. Ideo opus est ut et ille in alia generatione per remissionem peccati spiritu renovetur. Quod si in eo non fit, nihil ei proderit pater iustus. Spiritu enim iustus est, quo eum non genuit. Si autem fit, nihil ei oberit etiam pater iniustus. Iste enim gratia spiritali in spem salutis aeternae transivit, ille autem mente carnali totus in vetustate permansit. Ideo ergo quod continuum testimonium est: Qui natus est ex deo non peccat, ei testimonio quod idem natus ex deo dicit: Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos decipimus et veritas in nobis non est. Quamdiu enim homo quamvis totus spe iam et in re ex parte in regeneratione spiritali renovatus adhuc tamen portat corpus quod corrumpitur et aggravat animam, quid quo pertineat et quod unde dicitur et in uno homine diligendum est. Nam ut ego arbitror, non facile quempiam scriptura dei in magnum iustitiae prohibet testimonium quam tribus famulis eius, Noe, Daniel et Iob, quos Ezechiel propheta dicit ab imminente quadam iracundia dei solos posse liberari. In tribus utique illis viris tria quaedam hominum liberandorum genera praefigurans. In Noe, quantum arbitror, praepositos plebium propter archae gubernationem; in Daniel viros continentes; in Iob viros coniugales. Et si quid est forte aliud intellectu, de quo nunc non est necesse disserere. Verum tamen quantum iam istis praeeminuerint et hoc prophetico et aliis divinis testimoniis satis apparet. Nec ideo quisquam sobrius dixerit ebrietatem non esse peccatum quia

surrepsit tanto viro. Nam Noe sicut legimus fuit aliquando ebrius, quamvis absit ut fuerit ebriosus. Daniel vero post orationem quam fudit Deo de se ipso dicit: Cum orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei Domino Deo meo. Propter quod, nisi fallor, per supramemoratum Ezechielem cuidam superbissimo dicitur: Numquid tu sapientior es quam Daniel? Sed hic dici potest quod quidam contra orationem dominicam argumentantur. Quia et si orabant eam tunc sancti et perfecti iam apostoli nullum omnino habentes peccatum, tamen pro se ipsis hoc pro imperfectis et adhuc peccatoribus dicerent: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, ut per hoc insinuarent quod dicentes nostra in uno esse corpore demonstrarent et illos adhuc habentes peccata et se ipsos qui iam carebant omni ex parte peccato. In Daniele autem hoc non potest dici, qui ut credo tamquam propheta providens aliquando hanc persuasionem futuram, cum in oratione saepe dixisset Peccavimus, sic ita nobis exposuit cur hoc dixerit, ut ab illo audiremus: Cum orarem et confiterer peccata populi mei Domino Deo meo; non adhuc distinctione confusa ut esset incertum propter unius corporis societatem si diceret: Cum peccata nostra confiterer Domino Deo meo. Sed omnino tam distincte tamquam de ipsa distinctione satageret, magnique eam vehementer commendaret: peccata, inquit, mea et peccata populi mei. Quis huic evidentiae contradicat, nisi quem plus delectat defensare quod sentit quam quod sentiendum sit invenire? Iob autem post tam magnum de illo iustitiae testimonium Dei quid ipse dicat videamus: In veritate, inquit, scio quia ita est; quemadmodum enim iustus erit homo ante Dominum? Si enim velit contendere cum eo, non poterit obedire ei. Et paulo post: Quis enim iudicio eius adversabitur? Quod etsi fuero iustus, os meum impie loquetur. Item paulo post: Scio, inquit, quia impunitum me non dimittet. Quoniam si sum impius, quare non sum mortuus? Quia si purificatus fuero nive et emundatus fuero mundis manibus, satis etiam in sordibus me tinxisti. Item in alio suo sermone: Quia conscripsisti, inquit, adversum me mala et induisti me iuventutis meae peccata, et posuisti pedem meum in prohibitione. Servasti omnia opera mea, et radices pedum meorum inspexisti, quae veterascunt sicut uter vel sicut vestimentum a tinea comestum. Homo enim natus ex muliere, parvi autem temporis et plenus iracundia, et sicut flos cum floruit et decidit, discessit sicut umbra nec manet. Nonne et huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo, nec si unius diei fuerit vita eius. Et paulo post: Dinumerasti, inquit, omnes necessitates meas, et nihil te latuit de peccatis meis. Signasti peccata mea in sacculo, et adnotasti si quid invitus commisi. Ecce Iob confitetur peccata sua et in veritate se dicit scire quia nemo est iustus ante Dominum. Et ideo et hoc in veritate scit, quia si nos dixerimus non habere peccatum, ipsa veritas in nobis non est. Proinde secundum modum conversationis humanae perhibet ei Deus tam magnum iustitiae testimonium. Ipse autem se metiens ex regula illa iustitiae quam sicut potest conspicit apud Deum, in veritate scit quia ita est, et adiungit: Quemadmodum enim iustus erit homo ante Dominum? Si enim velit contendere cum eo, non poterit obedire ei; id est, si iudicio ostendere voluerit non in se inveniri posse quod damnet, non poterit obedire ei. Amittit enim etiam illam obedientiam qua obedire posset praecipienti confitenda esse peccata. Unde quosdam increpat dicens: Quid vultis mecum iudicio contendere? Quod ille praecavens, sic tremens inquit: Ne intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ideo et dicit Iob: Quis enim iudicio eius adversabitur? Quia si fuero iustus, os meum impie loquetur. Hoc est enim: si me iustum dixero contra iudicium eius, ubi perfecta illa iustitiae regula me convincit iniustum, profecto impie loquetur os meum, quia contra Dei veritatem loquetur. Singulariter quippe istam vel potius damnationem carnalis generationis ostendens ex originali scilicet transgressione, cum de peccatis suis ageret, velud causam redderet dixit hominem natum ex muliere parvi esse temporis et plenum iracundia. Cuius iracundiae? Nisi qua sunt omnes, sicut dicit apostolus, natura, hoc est originaliter, irae filii, quoniam sunt filii concupiscentiae carnis et saeculi. Ad ipsam iram pertinere et mortem hominis consequenter ostendit. Cum enim dixisset parvi esse temporis et plenum iracundia, addidit etiam: Et sicut flos cum floruit et decidit, discessit sicut umbra nec manet. Cum autem adiungit: Nonne et huius curam fecisti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a sordibus? Nemo, nec si unius diei fuerit vita eius, hoc utique dicit: curam hominis brevis vitae fecisti venire in iudicium tuum. Quantulibet enim brevis fuerit vita eius, etiam si unius diei esset, mundus a sordibus esse non posset, et ideo iustissime in iudicium tuum veniret. Illud vero quod ait: Dinumerasti omnes necessitates meas, et nihil te latuit de peccatis meis; signasti peccata mea in sacculo, et adnotasti si quid invitus commisi, nonne satis apparet etiam illa peccata iuste imputari, quae non delectationis illecebra committuntur, sed cum devitandae molestiae alicuius aut doloris aut mortis causa? Nam et haec dicuntur quadam necessitate committi, cum omnia superanda sint amore et delectatione iustitiae. Potest etiam quod dixit: adnotasti et si quid invitus commisi, ad illam vocem videri pertinere, qua dictum est: Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi hoc facio. Quid quod ipse Dominus, qui ei perhibuerat testimonium, cum sicut scriptura haec dicit, in omnibus quae contigerunt ei non eum peccasse labiis suis ante Dominum, postea tamen ei loquens increpans loquitur, sicut ipse Iob testatur dicens: Quid adhuc ego iudicor, monitus et increpationes Domini audiens? Nemo autem iuste increpatur, nisi in quo aliquid ad increpandum sit dignum. Et ipsa increpatio qualis est, quae ex Domini Christi persona intellegitur? Commemorat illi divina opera potentiae suae, sub hac sententia increpans ut eum dicere appareat: Numquid potes haec tanta quae possum? Quo autem pertinet hoc, nisi ut intellegat Iob, etiam hoc ei divinitus inspiratum ut praesciret Christum ad passionem esse venturum? Intellegat ergo quam aequo animo tolerare quae pertulit, si Christus, in quo peccatum cum pro nobis homo factus esset omnino nullum fuit, et in quo Deus tanta potentia est, nequaquam tamen passionis obedientiam recusavit. Quod puriore cordis intuitu Iob intellegens, responsioni suae addidit: Auris auditu audiebam te prius, nunc autem oculus meus videt te. Ideo vilem me ipsum et distabui, et aestimavi me ipsum terram et cinerem. Quid sibi in se tam magno intellectu displicuit? Sed non opus Dei quod erat homo, ut ille potuerit displicere, cum et ipsi Deo dicatur: Opera manuum tuarum ne despexeris. Sed pro illa iustitia qua se noverat iustum, se vilem putavit atque distabuit et se aestimavit terram et cinerem, mente conspiciens Christi iustitiam, in quo non tantum divinitate, sed nec in anima nec in carne ullum potuit esse peccatum. Secundum quam iustitiam quae ex Deo est, etiam Paulus apostolus illud suum quasi iustitiam quae ex lege est, in qua fuit sine querela, non solum damna verum etiam stercora existimavit. Non ergo illud praeclarum testimonium Dei, quo laudatus est Iob, contrarium est ei testimonio quo dictum est: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, quia non id persuadet, prorsus in illo nihil fuisse quod vel ab ipso veraciter vel a Domino Deo recte reprehenderetur.

quis iam iustus et verax dei cultor et ab omni opere malo se abstinens non mentiatur dicendo? Hoc enim de illo illud sensit dicens: Animadvertisti in puerum meum Iob? Non enim est illi homo similis super terram, sine querela, iustus, verus dei cultor, abstinens ab omni opere malo. Primus itaque vir ex hominibus qui sunt in terra comparatione laudatur. Proinde omnibus qui tunc in terra iusti esse poterant excellebat. Non ergo ipse propterea nullum peccatum omnino habebat, quia in profectu iustitie ceteros antecellebat. Deinde additur: Sine querela, de cuius vita nemo iuste quereretur. Iustus quidem tanta morum probitate profecerat ut nullus ei esset equandus. Verus dei cultor, quippe et suorum peccatorum verax humilisque confessor. Abstinens se ab omni opere malo, mirum si ab omni et verbo et cogitatione mala. Quantus quidem fuerit Iob ignoramus, sed novimus iustum, novimus et in perferendis horrendis tribulationum temporibus magnum, novimus non propter peccata sed propter eius demonstrandam iustitiam illa omnia fuisse perpessum. Verumtamen his verbis quibus a domino laudatur posset et de illo dici qui condelectatur legi dei secundum interiorem hominem, videt autem aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue, presertim quia dicit: Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod odi malum hoc ago. Si autem quod odi malum hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Ecce et iste secundum interiorem hominem alienus est ab omni opere malo, quia illud non operatur ipse, sed quod in carne eius habitat malum. Et tamen cum illud ipsum quod condelectatur legi dei non habeat nisi ex gratia dei, adhuc liberationis indigens clamat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ihesum Christum dominum nostrum. Sunt ergo in terra iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentes, temporalia mala omnia propter iustitiam equo animo tolerantes. Sed si verum est, immo quia verum est: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus; et: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens; non sunt sine peccato. Nec quisquam eorum tam arroganter insanit ut sibi pro suis quibuscumque peccatis dominicam orationem non opus esse arbitretur. Sane de Zacharia et Helysabeth que nobis sepe in huiusmodi (?) disputationibus obiciuntur, quid dicamus nisi quod evidenter scriptura testatur, eminentis iustitie fuisse Zachariam in precipuis sacerdotibus ad offerenda veteris testamenti sacrificia pertinentem. Legimus autem in epistola que ad Hebreos scribitur, quod testimonium in libro superiore iam posui, solum Christum esse principem sacerdotum qui non haberet necessitatem sicut illi qui sacerdotum principes dicebantur sacrificium pro suis primum offerre peccatis cotidie, deinde pro populi. Talem enim decebat, inquit, ut haberemus principem sacerdotum, iustum, sine macula, incontaminatum, segregatum a peccatoribus, altiorem a celis factum. Non habentem cotidianam necessitatem sicut principes sacerdotum primum pro suis peccatis sacrificium offerre. In his sacerdotibus nominato (?) Zacharias, in his Phinees, in his ipse Aaron a quo iste ordo exorsus est, et quicumque alii in illo sacerdotio laudabiliter iusteque vixerunt, qui tamen habebant necessitatem sacrificium primitus pro suis offerre peccatis, solo Christo existente cuius venturi figuram gestabant, qui hac necessitate sacerdos incontaminabilis non habebat. Quid autem de Zacharia et Helisabeth laudabile dictum est quod non de se apostolus cum Christo nondum crederet confessus est? Dixit enim secundum iustitiam que ex lege est fuisse se sine querela. Hoc et de illis ita legitur: Erant autem ambo iusti ante deum incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Quia ergo quicquid eis inerat ad homines simulatum non erat, ideo dictum est ante deum. Quod autem de Zacharia et eius coniuge scriptum est in omnibus mandatis et iustificationibus domini, hoc ille breviter dixit in lege. Non enim alia lex illis, alia illi fuit ante evangelium, sed una atque eadem, quam legimus per Moysen

datam patribus eorum, secundum quam etiam sacerdos erat Zacharias et vice sua sacrificabat. Et tamen apostolus qui illi tunc similis predictus fuit sequitur et dicit: Que mihi lucra fuerunt, hec propter Christum damna esse duxi. Verumtamen et arbitror omnia damnum esse propter eminentiam scientie domini nostri Ihesu Christi, propter quem omnia non solum detrimenta credidi, verum etiam stercora existimavi esse, ut Christum lucrifaciam et inveniar in illo non habens meam iustitiam que ex lege est, sed eam que est per fidem Christi, que est ex deo iustitia in fide, ad cognoscendum eum et virtutem resurrectionis eius et communicationem passionum eius, conformatus morti ipsius, si quo modo occurram in resurrectionem mortuorum. Tantum ergo abest ut propter illa verba Zachariam et Helysabeth credamus sine ullo peccato perfectam habuisse iustitiam, ut nec ipsum apostolum eiusdem regule similitudine arbitremur fuisse perfectum non solum in illa legis iustitia quam similem illorum habuit, quam inter damna et stercora deputat in comparatione eminentissime iustitie que est in fide Christi, verum etiam in ipso quoque evangelio ubi et tanti apostolatus meruit principatum, quod dicere non auderem nisi ei non credere nephas ducerem. Sequitur enim et adiungit: Non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. Sequor autem si comprehendam in quo et apprehensus sum a Christo Ihesu. Fratres, ego me ipsum non arbitror apprehendisse. Unum autem, que retro oblitus, in ea que ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam superne vocationis dei in Christo Ihesu. Ubi se confitetur nondum accepisse nondum esse perfectum in plenitudine iustitie quam adipisci dilexit in Christo, sed adhuc secundum intentionem sequi et preterita obliviscentem in ea que ante sunt extendi, ut noverimus et ad ipsum pertinere illud quod ait: Et si exterior noster homo corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem. Quamvis iam esset perfectus viator, et si nondum erat ipsius itineris perfectione perventor. Denique tales vult secum in isto cursu comites rapere, quibus continuo subiungit et dicit: Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, et si quid aliter sapitis, hoc quoque deus vobis revelabit. Verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus. Ista ambulatio non corporis pedibus sed mentis affectibus et vite moribus geritur, ut possint esse perfecti iustitie possessores, qui recto itinere de die in diem sua renovatione proficientes iam perfecti facti sunt eiusdem iustitie viatores. Sic itaque omnes quicumque in hac vita declarantur scripturarum testimonio in bona voluntate atque actibus iustitie proficientes fuerunt, et quicumque tales et post eos fuerunt, quamvis non in eodem testimonio possint atque laudari, vel nunc usque sunt vel postea quoque futuri sunt, omnes magni omnes iusti omnes veraciter laudabiles sunt. Sed sine peccato aliquo non sunt, quoniam scripturarum testimonio quibus de illorum laudibus credimus, hoc etiam credimus non iustificari in conspectu dei omnem viventem, ideo rogari ne intret in iudicium cum servis suis, et non tantum universaliter fidelibus omnibus verum etiam singulis esse necessariam dominicam orationem quam tradidit discipulis suis. Ait enim dominus: Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. Quod non preciperet si sciret fieri non posse quod precipit. Non enim queritur utrum possit, sed utrum quisquam perfectionem ad hoc acceperit ut sine ullo sit quisquam peccato cum hanc agit vitam. Jam enim superius respondimus posse fieri, sed utrum fiat hoc nunc querimus. Neminem autem esse qui omnino velit quantum res exigit, ante progressum est (?), nec scripturarum que superius commemoravi testimonia clara declarant. Et tamen cum de cuiusque perfectione quantum in eo dicatur inde dubium est, sed et ex apostolo testimonium ante paulo posui, ubi se fatetur in accipienda iustitia quam desiderat nondum esse perfectum. Et tamen continuo dicit: Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus. Quod utique non diceret nisi in alia ratione perfectus esset, in alia non esset. Verum si iam sic quisque sapiens perfectus

audiretur quod mundi erant illi quibus dicebatur: Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis, non eam munditiam, id est non perfectam? Sed tamen adhuc quod proficeretur eis superest, et dicit: Sapientiam loquimur inter perfectos; utique perfectos auditores volens intelligi. Potest ergo esse sic dixerim ut iam sit aliquis sapientie perfectus auditor, cuius nondum sit perfectus doctor. Potest perfectus esse iustitie cognitor, nondum perfectus effector. Potest perfectus esse ut diligat inimicos, qui nondum est perfectus ut sufferat. Et qui perfectus est in eo quod omnes homines diligit, quoniam et ad inimicorum dilectionem pervenit, queritur utrum iam sit in ipsa dilectione perfectus, id est utrum quem diligit eum diligat quantum illa incommutabilis regula veritatis diligendos esse prescribit. Cum igitur legimus in scripturis cuiusque perfectionem, quam in re dicatur, non negligenter intuendum est. Quamvis non ideo quisque prorsus sine peccato esse intelligendus quia in aliqua re dicitur esse perfectus. Quamquam et hoc possit ita dici, ut non quia iam non est quo proficiat, sed quia ex magna parte profecit, hoc nomine dignus habeatur: sicut in doctrina legis dici potest quisque perfectus, etsi adhuc aliquid lateat, sicut perfectos dicebat apostolus quibus tamen aiebat: Et si quid aliter sapitis, id quoque deus vobis revelabit. Verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus. Sed negandum non est hoc deum iubere, ita nos in facienda iustitia esse debere perfectos ut nullum omnino habeamus peccatum. Nam nec peccatum erit, si quid erit, si non divinitus iubetur ut non sit. Cur ergo iubet, inquiunt, quod scit nullum hominem esse facturum? Hoc modo et dici potest cur primis illis hominibus iussit, quando duo soli erant, quod sciebat eos non esse facturos. Neque enim dicendum est ideo iussisse ut nostrum aliquis faceret, si illi non facerent. Hoc enim ne de illa arbore cibum sumerent, non nisi illis solis deus iussit, quia sicut sciebat quid iustitie facturi non erant, ita et sciebat quid iuste de illis esset ipse facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus ut non faciant ullum peccatum, quamvis sciat neminem hoc impleturum, ut quicumque impie ac damnabiliter eius precepta contempserint, ipse faciat in eorum damnatione quod iustum est. Quicumque autem in eius preceptis obedienter et pie profecerint, nec tamen omnia que precepit implentes, sicut sibi dimitti volunt, sic aliis peccata dimiserint, ipse faciat in eorum mundatione quod bonum est. Quomodo enim dimittenda dimittuntur per dei misericordiam, si peccata non sunt? Aut quomodo non veniant per dei iustitiam, si peccata non sunt? Sed ecce, inquiunt, apostolus dicit: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi; superest mihi corona iustitie. Quod non diceret si haberet ullum peccatum. Immo isti respondeant quomodo potuit hoc dicere cum adhuc restabat ei passionis quam futuram dixerat tam magna consummatio? An ad eius consummandum cursum parum adhuc deerat, quando illud deerat ubi erat futurus acrior et crudelior inimicus? Quod si ideo talibus verbis certus securusque gaudebat, quia de victoria futuri certaminis certus erat, qui iam fecerat quod eandem passionem iam ei revelaverat, non re plenissima sed spe firmissima hec dixit, et quod futurum esse presumpsit, tamquam factum fuerit iudicavit. Si ergo huic verbo et hoc adderet, ut diceret: nullum habeo iam peccatum, hoc in illa intelligeremus ut de rei spe, non de rei future perfectione dixisse. Si enim ad ipsius cursus consummationem pertinebat nullum habere peccatum quod isti putant cum hec diceret iam in illo fuisse completum, quemadmodum ad ipsius cursus passionem pertinebat et in certamine passionis adversarium superare. Quod et ipsi fateantur, cum hec diceret adhuc in illo fuisse complendum. Hoc ergo totum nos dicimus fuisse adhuc perficiendum quamvis iam de dei promissione

presidens totum ita dicebat tamquam fuisset effectum. Ad ipsius quippe cursus consummationem pertinebat et quod peccata dimittebat debitoribus suis atque ita sibi ut dimitterentur orabat, quia domino pollicitante certissimus erat in illo fine quem adhuc futurum iam fidendo diceret impleri nullum se habiturum peccatum. Illa ut quod omnino mirum sit, cum ibi illa diceret, preter quod nondum missus esset et nullum habuisse peccatum, iam fieret ab illo ablatus ille stimulus carnis de quo a se auferendo dominum ter rogaverat, sed accepit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Hic tanto viro perficiendo necessarium fuit ut ab illo angelus sathane non auferretur, a quo ipse colaphizabatur ne magnitudine revelationum extolleretur, et audet quisquam quemquam dicere vel putare positum in hac vita ab omnino mundum esse peccato? Sint licet homines tante excellentie iustitie ut ad eos de columpna nubis loqueretur deus, quales Moyses et Aaron in sacerdotibus eius, et Samuel hiis qui invocant nomen eius, cuius magne laudes pietatis et innocentie in scripturis videntur predicari ab ineunte pueritia, ex quo eum mater sollemniter vovit in templo dei constitutum et suo domino dedicavit. Et tamen de talibus scriptum est: Tu propitius eras illis et vindicans in omnes affectiones eorum. In filios quippe damnationis vindicat iratus. In filios autem gratie vindicat propitius. Dominus enim quem diligit corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Nulla autem vindicta, nulla correptio, nullum dei flagellum debetur nisi peccato, excepto illo qui et flagella passus est ut experiretur omnia per similitudinem sine peccato, ut esset sacerdos sanctorum interpellans etiam pro sanctis, qui non mentiuntur etiam de se dicentes: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Unde et ipsi qui contra hec disputant, cum sint castra vita moribusque laudabiles, non dubitant facere quod illi divini pro consequenda vita eterna consulenti requirenti cum se respondisset iam omnia legis implevisse mandata, precepit dominus si vellet esse perfectus, ut venderet omnia que habebat et daret pauperibus thesaurum quem transferret in celum. Nemo tamen eorum audet dicere se esse sine peccato. Quod si credimus non fallaciter eos dicere, si autem mentiuntur eo ipso incipiunt vel augere vel habere peccatum. Illa ergo que loco tertio posuimus videamus, cum voluntatem humanam gratia adiuvante divina sine peccato in hac vita posse homo esse, cur non sit. Possem facillime ac veracissime respondere: quia homines nolunt. Sed si ex me queratur quare nolunt, imus in longum. Verumtamen et hoc sine prejudicio diligentioris inquisitionis breviter dicam. Nolunt homines facere quod iustum est, sive quia latet an iustum sit, sive quia non delectat. Tanto enim quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius. Ignorantia ergo et infirmitas vitia sunt que impediunt voluntatem ne moveatur ad faciendum opus bonum vel ab opere malo abstinendum. Ut autem innotescat quod latebat et suave fiat quod non delectabat, gratia dei est que hominum adiuvat voluntates. Qua ut non adiuventur in ipsis itidem causa est, non in deo, sive damnandi predestinati sunt propter iniquitatem superbie, sive contra ipsam suam superbiam iudicandi et erudiendi si filii sunt misericordie. Unde Ieremias cum dixisset: Scio domine quia non est in homine via eius, nec viri est ut ambulet et dirigat gressus suos, continuo subiungit: Corripe me domine, verumtamen in iudicio et non in furore, tamquam diceret: Scio ad correptionem meam pertinere quod minus a te adiuvor ut perfecte dirigantur gressus mei. Verumtamen hoc ipsum noli sic mecum

agere dignatur in furore quo miseros dampnare sustinuit.
sed tantum in iudicio quo docet eos non superbire. Unde et alibi dicit:
Et iudicia tua adiuvabunt me. Nullus proinde culpe humane in
deum referat causam. Viciorum namque omnium humanorum causa superbia est; ad
hanc convincendam atque auferendam talis medicina celitus venit.
Ad elatum hominem per superbiam deus humilis descendit per misericordiam,
gratiam claram manifestamque commendans in ipso homine quem tanta in pre
participibus suis caritate suscepit. Neque enim et ipse ita verbo dei
coniunctus ut ipsa coniunctione unus filius dei et idem ipse unus filius
hominis fieret precedentibus sue voluntatis meritis fecit. Unum quippe esse
illum oportebat. Esset autem et duo et tres et plures si hoc fieri posset
non per dei proprium donum sed per hominis liberum arbitrium. Hoc ergo pre-
cipue commendatur. hoc in sapientie atque scientie thesauris in christo
absconditis quantum existimare audeo precipue docetur et discitur.
Ideo quisque nostrum bonum opus suscipere agere implere nunc scit
nunc nescit, nunc delectatur nunc non delectatur, ut noverit non sue
facultatis sed divini muneris esse vel quod scit vel quod delectatur,
ac sic ab elationis vanitate sanetur, et sciat quam vere non de
terra ista sed spiritaliter dictum sit: Dominus dabit suavitatem et ter-
ra nostra dabit fructum suum. Tanto autem magis delectat opus bonum
quanto magis diligitur deus summum atque incommutabile bonum et
auctor quorumcumque bonorum omnium. Ut autem diligatur deus cari-
tas eius diffusa est in cordibus nostris non per nos sed per spiritum sanctum qui datus est
nobis. Sed laborant homines invenire in nostra voluntate quid boni
sit nostrum quod nobis non sit ex deo, et quomodo inveniri possit ignoro.
Excepto enim quod apostolus ait cum de bonis hominum loqueretur: Quid enim
habes quod non accepisti? Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis?
Ipsa etiam ratio que de his rebus a talibus quales sumus inveniri potest conantibus
nos vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam
ut liberum arbitrium auferre videamur, rursus ne liberum sic asseramus
arbitrium ut superba impietate ingrati dei gratie iudicemur. Illud igitur
apostoli quod commemoravi sic defendere quidam voluerunt ut dicerent: Ideo quicquid
est bone voluntatis habet homo deo tribuendum esse, quia et hoc in illo esse
non posset si homo ipse non esset. Cum non ut esset aliquid atque ut homo esset
non habet nisi a deo, cur non a deo tribuatur et quicquid in illo est bone volun-
tatis quod non esset nisi esset in quo esset? Ut autem hoc sic deus auctor
est etiam male voluntatis, que non hominem haberet ubi esset, ergo
omnino non posset. Sed hoc sentire deum esse referendum quam nephas est dice-
re. Nec ipsi non opinentur non solum voluntatis arbitrium quod huc atque
illuc liberum flectitur atque in eis naturalibus bonis est quibus et ma-
le uti malus potest, sed etiam voluntatem bonam que iam in eis bonis est
quorum esse usus non potest malus nisi ex deo nobis esse non posse. Nes-
cio quemadmodum defendamus quod dictum est: Quid enim habes quod non accepisti?
Si enim nobis libera quedam voluntas ex deo est que adhuc potest esse vel bo-
na vel mala, bona vero voluntas ex nobis est, melius est id quod a nobis
quam quod ab illo est. Quod si absurdissime dicitur, oportet fateamur etiam bonam
voluntatem nos divinitus adipisci. Quamquam voluntas mirum si potest in
medio quodam ita consistere ut nec bona nec mala sit. Aut enim ius-
ticiam diligimus et bona est, et si magis diligimus magis
bona, si minus minus bona est, aut si omnino non diligimus non est bona.
Quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo iusticiam diligentem
non modo esse malam sed etiam pessimam voluntatem? Si ergo voluntas
aut bona est aut mala, sed utique malam non habemus ex deo, restat

ut bonam voluntatem habeamus ex deo. Alioquin nescio cum ab eo
iustificamur quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et hinc sepe
arbitror scriptum: Preparatur voluntas a domino, et in psalmis: A domino gressus hominis
dirigentur et viam eius volet, et quod apostolus ait: Deus enim est qui
operatur in nobis et velle et operari pro bona voluntate. Et nunc quam
quod a deo nos avertimus nostrum est, et hec est voluntas mala; quod vero ad
deum nos convertimus nisi ipso excitante atque adiuvante non possumus.
Et hec est voluntas bona. Quid habemus quod non accepimus? Si autem accepimus
quid gloriamur quasi non acceperimus? Ac per hoc ut qui gloriatur in domino glorietur.
Quibus hoc deus donare voluit, ex misericordia est; non miseri illorum quibus
autem noluit, veritatis est. Iusta namque peccatoribus pena debetur, quoniam
veritatem et misericordiam diligit deus. Et misericordia et veritas occurrerunt sibi.
Et universe vie domini misericordia et veritas. Et quis explicat quam crebro
hec duo conexa divina scriptura commemoret? Aliquando et mutatis
nominibus ut gratia dei pro misericordia ponatur. Unde est: Et vidimus gloriam
eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratia et veritate. Aliquando pro
veritate iudicium ponitur, ut est: Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Cum autem
illos velit convertere, illos pro aversione punire, quamvis et in beneficio
tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem, et in iudicio exer-
cenda nemo iuste reprehendat veritatem. Sic in illis evangelicis
operariis, alia placita mercede reddita, alius et non placitam
largiente similis iuste conquirit. Consilium tamen occultorum iudiciorum
penes ipsum est. Nos quantum conceditur sapiamus et intelligamus si possu-
mus dominum deum bonum. Ideo etiam sanctis suis aliquorum operum iusticiam aliquando
non tribuere vel certam scientiam vel victricem delectationem, ut cog-
noscant non a se ipsis sed ab illo sibi esse lucem qua illuminentur tene-
bre eorum et suavitatem qua det fructum suum terra eorum. Cum autem ab ipso
illius adiutorium deprecamur ad faciendam perficiendamque iusticiam,
quid aliud deprecamur quam ut aperiat quod latebat et suave faciat
quod non delectabat? Quia et hoc ab illo esse deprecandum eius gratia didi-
cimus, dum antea lateret, eius gratiam diligimus dum antea non delectaret,
ut qui gloriatur non in se sed in domino glorietur. Extollit quippe in super-
biam propria voluntas hominum, non opus dei, sed enim ad hoc eos com-
pellit aut adiuvat deus. Precedit ergo in voluntate hominis
appetitus quidam proprie potestatis, ut fiat inobediens per superbi-
am. Hic autem appetitus si non esset, nichil molestum esset, et cum hoc
vellet homo sine difficultate voluisset. Secuta est autem eadem
in iusta pena tale vicium ut iam molestum esset obedire
iusticie. Quod vicium nisi adiuvante gratia superetur, ad iusticiam ne-
mo convertitur. Nisi operante gratia sanetur, iusticie pace nemo perfru-
itur. Cuius autem gratia vincitur et sanatur nisi illius cui dictum est: Converte
nos deus salutarium nostrorum et averte iram tuam a nobis? Quod et
si facit misericordia facit ut dicatur: Non secundum peccata nostra fecit no-
bis neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis, et quibus non facit iu-
dicio non facit. Et quis dicet illi: Quid fecisti? cui misericordia et iudicium pie
sanctorum mente cantatur. Proinde et sanctos et fideles suos in aliquibus vi-
ciis tardius sanat, ut in eis eos minus quam implendo ex omni parte iu-
sticie sufficit delectet bonum, sive cum latet sive cum manifestum
est, ut quantum pertinet ad ipsius regulam veritatis ei non iustifi-
cetur in conspectu eius omnis vivens. Nec in eo ipso vult nos dampna-
biles esse sed humiles, commendans nobis eandem gratiam suam, ne fa-
cilitatem in omnibus assecuti nostrum putemus esse quod eius est. Qui error
multum est religioni pietatique contrarius. Nec ideo tamen in eisdem

nimis nobis permanendum esse existimemus, sed adiuvante ipsius mi-
sericordia superbiam potius quam in eis humilitatem. Et nos vigilanter commone-
mus et ipsum deprecemur ardenter, simul intelligentes et quod sic conamur
et quod sic precamur dono illius nos habere, ut in omnibus non ad nos res-
picientes, sed sursum cor habentes domino deo nostro gratias agamus, et cum
gloriamur in illo gloriemur. Tertium vero iam illud restat quod explicetur
quia adiuvatur deo. Si nemo est qui iste est plus quam tandem timeatur
ut quod omnino nullum ullum peccatum habuit habiturusve sit, nisi solus quem
sic vivit et potuit aliquis esse vel possit, hunc praeter unum
mediatorem dei et hominum hominem Christum nullum vel esse vel fuisse
vel futurum esse certissimum est. Unde iam multa diximus de baptismo
parvulorum, quia si nullus hic peccatum non solum homines rationabiles sine
peccato: unde et sunt et erunt. Propterea si vacant illud constat. Unde secundo
loco egimus neminem esse sine peccato; propterea non parvuli sine peccato sunt,
ex quo concipiuntur. Et si quaeramus in hac vita esse potuisse qui vitare
tanta perficeret ut ad tantam plenitudinem iustitiae perveniret quo nul-
lum haberet omnino peccatum, fuisse tamen eum antea peccatorem, unde
ista novitate converteretur, non esse dubitandum. Et enim secundo illo
loco aliud quaerebamus, quod in tertio posuimus, scilicet in illo utrum aliquis
in hac vita ad perfectionem quam praediximus sine ullo peccato scilicet vitam
perveniret per gratiam dei studio voluntatis hac residebamus. In
hoc vero quarto utrum esset in filiis hominum vel esse potuisset quod
non ex peccato ad iustitiam perfectissimam perveniret, sed nullo omnino
ullum peccato esset obstrictus. Hoc quoque ideo si illa vera sunt quae tam
multa de parvulis diximus, fuisse vel esse in filiis hominum quemquam non fuit
nec erit excepto uno mediatore, in quo nobis propitiatio et
iustificatio posita est, per quem finita inimicitia peccatorum recon-
ciliamur deo. Sed tamen ab re non est, quantum praesenti causae sufficere
video, ab ipso exordio generis humani pauca repetere quibus
admoneatur quidam quomodo possit lectoris animus instruatur.
Postea quam illi primi homines, vir scilicet unus Adam et ex illo Eva
uxor eius, accepto dei praecepto servare obedientiam noluerunt,
iusta eos poena ac debita secuta est. Sic enim comminatus fuerat
deus, quod ea die qua vetitum cibum ederent morte morerentur.
Proinde quia ad utendum etiam omni ligno quod in paradiso erat
acceperant potestatem, in quo et lignum vitae plantaverat deus, ab
illo vero solo eos prohibuerat quod appellavit sciendi boni et mali,
quo nomine significaretur experientiae consecutura et quod boni custodita
et quod mali esset transgressa prohibitione sensuri. Recte pro-
fecto intelliguntur ante diaboli malignam persuasionem abstinuisse
cibo vetito atque usi fuisse concessis, ac per hoc ceteris et praecipue
ligno vitae. Quid enim absurdius quam ut credantur ex aliis ar-
boribus alimenta sumpsisse, non autem et ex illo quod sibi primitus fuerat
vel vitalitate praecipua per eorum labem mutari quibus animalia
corpora atque in mortem veterescere non sinebat. Cibus hoc corpori
humano de suo corpore beneficium et mystica significatione demonstratur
quid per sapientiam cuius signum gestabat conferretur animae rationali, ut
alimento eius vivificata nequaquam in labem mortis et neque
converteretur. Quoniam de illa dictum est: lignum vitae est amplectentibus eam.
Sic haec arbor in corporali, sic illa in spirituali paradiso; ista ex-
terioris illa interioris hominis sensibus praestet vigorem; sine ulla in de-
terius temporis commutatione vitale. Serviebat ergo deo vehementer

sibi commendata pietate obedientiae, quae una colitur deus quae per se
ipsam commendata sit, quoniam quae sola sufficiat ad tenendam rationalem sub
creatore creaturam, non potuit excellentius intimari quam ut a lig-
no prohiberentur non malo. Absit enim ut bonorum creator qui fecit
omnia et ecce bona valde malum aliquid et in illa corporalis paradisi fer-
tilitate plantaverit. Sed ut ostenderetur homini cui esse sub tali domino
utilissimum, quantum commendaret solius obedientiae bonum, quam solam
de famulo exigeret, quae obedire non tam ipsi dominanti quam servi-
entis obedientiae utilitate potius expediret, ab eo ligno
sunt prohibiti. Quo si uterentur non prohibiti, nihil mali omnino paterentur,
ut quicquid illo post prohibitionem uterentur passuri sint satis intellige-
retur quia eis hoc non intulit arbor cibo noxio pestifero, sed tamen
obedientia violata. Haec ergo priusquam violassent placebant deo et
placebat illis deus. Et quamvis corpus animale gestarent nihil in
obedientiae in illo adversum se moveri sentiebant. Sentiebat quippe
hoc ordo iustitiae ut quia eorum anima famulum corpus a domino acce-
pit, sicut ipsa eidem domino suo, ita illi corpus ei obediret atque
exhiberet vitae illi congruum sine ulla resistentia famulatum.
Hinc et nudi erant et non confundebantur. Nunc autem quippe rationalis
inobedientia nunc pudet quod in carne in qua servitutis vis passa acce-
pit nescio qua infirmitate efficitur non posse ut se nolente non
moveantur et se volente moveantur. Quae ipsa membra quae vis
mitto appellantur pudenda quia adversus dominam mentem quasi sue sunt
potestatis sic liberi excitantur. Id solum vincitur in his huius
frena virtutis ut ad iniquitas et ad illicitas corruptiones
ea pervenire non sinat. Haec ergo carnis inobedientia quae in ipso motu
est, etsi habere non permittatur, tamen non erat in illis primis homini-
bus cum nudi erant et non confundebantur. Nondum quippe anima rationalis
domina carnis inobedientiam exhibuerat domino suo ut poena reciproca
inobedientiam experiretur carnis famulae suae cum sensu quodam confusionis et
confusionis et molestiae suae. Quem sensum certe ipsi per inobedientiam
suam non intulit deo. Sed nobis pudendum est atque molestum, si
nos ei non obedimus qui in nos summa potestate nihil omnino minuere
valemus. Sed nobis pudendum est quod ipso nostro caro non servit, quia
hoc fit per infirmitatem quam peccando meruimus, vocaturque peccatum
habitans in membris nostris. Sic est autem hoc peccatum ut sit poena peccati.
Denique posteaquam facta est illa transgressio, ut inobediens anima a lege
sui domini aversa est, tunc coepit habere contra eam servus eius hoc est corpus eius
legem inobedientiae, et puduit illos homines nuditatis suae animad-
versa in se motu quem ante non senserant. Quae animadversio apertio
dicta est oculorum; non enim clausis inter illas arbores oberrabant.
Sic et de Agar scriptum est: aperti sunt oculi eius et vidit puteum.
Tunc illi homines pudenda texerunt quae deus illis membra, ipsi vero
pudenda fecerunt. De hac lege peccati nascitur caro peccati
expianda per illud sacramentum quod venit in similitudine carnis
peccati, ut evacuetur corpus peccati, quod et corpus mortis hoc appel-
latur, unde miserum hominem non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum
dominum nostrum. Sic enim ab eis transitum fecit in posteros ista lex
initium mortis quemadmodum labor quo cuncti homines laborant
in terra, quemadmodum in feminas parturitio cum doloribus. Haec enim
cum de peccato arguerentur dei sententia meruerunt, quae non in eis so-
lis sed et in successoribus eorum in aliis magis, in aliis minus

tem in omnibus videretur impleri. Cum itaque priorum illorum hominum
fuit iustitia prima obedire deo, et hanc in illis adhuc legem membrorum
suae legi contrariam non haberent; nos post eorum peccatum nati ex
eis carne peccati pro magno obtinemus ab his qui obediunt deo
desideriis eiusdem contrariae non obedire, et affigere in se carnem cum
passionibus et concupiscentiis, ut sint Christi, qui hoc in carne sua figuravit.
Quibus per gratiam suam dedit potestatem filios dei fieri. Non enim omnibus hominibus
dedit, sed quotquot receperunt eum, ut deo renascerentur spiritu, qui iam na-
ti erant carne. Sic enim de his dictum est: Quotquot autem receperunt eum
dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex carne, neque ex sangui-
ne, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt.
Secutus autem addidit: Et verbum caro factum est et habitavit in nobis,
tamquam diceret: Magnum quidem hoc in illis factum est, ut nascerentur ex
deo qui prius nati fuerant ex carne secundum carnem ab ipso deo. Sed
longe mirabilius factum est, quod cum illis naturae fuit nasci de carne
beneficium nasci ex deo; propter hoc impertiendum beneficium ille qui de
deo naturaliter natus est nasci et de carne dignatus est. Hoc est enim: Et
verbum caro factum est et habitavit in nobis. Per hoc igitur factum est ut nati
de carne caro postea renascendo de spiritu spiritus essemus et habitaremus in
deo. Ita et deus natus de deo, postea de carne nascendo caro factus est
et habitavit in nobis. Verbum enim quod caro factum est, in principio erat,
et apud deum deus erat. Verum tamen participatio illius in inferiora nostra
ut nostra esset in superiora illius tenuit quandam et in carnis nativitate
mediationem. Ut nos quidem nati essemus in carne peccati; ille autem in
similitudine carnis peccati. Nos non solum ex carne et sanguine verum etiam ex
voluntate viri et ex voluptate carnis; ille autem tantum ex carne et
sanguine, non ex voluntate viri neque ex voluptate carnis, sed ex deo na-
tus est. Et ideo nos in mortem propter peccatum; ille propter nos in morte sine
peccato. Sicut autem inferiora eius quibus ad nos descendit non omnino coaequa-
ta sunt inferioribus nostris in quibus nos hic invenit, sic et superiora nostra
quibus ad eum ascendimus non coaequabuntur superioribus eius in quibus eum illic
inveniemus. Nos enim ipsius gratia facti erimus filii dei; ille semper natura
erat filius dei. Nos aliquando conversi adhaerebimus impares deo; ille numquam
aversus manet aequalis deo. Nos participes vitae aeternae; ille vita
aeterna. Solus ergo ille etiam homo factus manens deus, peccatum nullum umquam
habuit, nec sumpsit carnem peccati, quamvis de materna carne peccati.
Quod enim carnis inde suscepit, id profecto aut suscipiendum mundavit aut
suscipiendo mundavit. Ideo virginem matrem non lege carnis peccati, id est non concupiscentiae carnalis
motu concipientem, sed pia fide sanctum germen in se fieri promerentem,
quam eligeret creavit, de qua crearetur elegit. Quanto magis ergo caro
peccati baptizanda est propter evadendum iudicium, si baptizata est caro
sine peccato propter imitationis exemplum. Illa autem quae superius respondimus adversus eos
qui dicunt si peccator genuit peccatorem, iustus quoque iustum gignere
debuit, hoc etiam his respondemus qui dicunt de homine baptizato
natum iam velut baptizatum haberi debuisse. Cur enim non potius
in lumbis patris sui potuit baptizari, si secundum epistolam quae ad Hebraeos
scripta est in lumbis Abrahae Levi potuit decimari? hoc qui dicunt
attendant non propterea Levi postea non fuisse decimatum quia iam fuit
decimatus in lumbis Abrahae; sed quia sic ordinatus est in honore sacerdotii,
ut acciperet decimas, non praeberet. Alioquin nec ceteri fratres eius qui ei
praebebant decimas decimarentur, quia et ipsi in lumbis Abrahae a Melchise-
dech iam fuerant decimati. Sed ne quis dicat propterea istos potuisse

Abrahae filios decimari, quamvis iam fuissent in lumbis patris sui
decimati, quia decimatio talis res erat quae in unoquoque homine fi-
eri facienda, sicut istis annis omnibus fieri ex frugibus omnibus
decimas totam vitam suam crebras solet praebere Levitis; baptismum autem
tale sacramentum esse quod semel datur, et si iam hic acceperat quisquis
cum in patre suo esset, non iam baptizatus fuisse deputandus cum de illo qui
baptizatus fuerat gigneretur. Qui hoc dicit, sic diu disputet, circum-
cisionem respiciat quae semel fiebat et cum singulariter fiebat; sic
ergo tempore illius sacramenti de circumciso qui nascebatur circumcidendus fuit, sic nunc
de baptizato qui natus fuerit baptizandus est. At enim apostolus ait: Filii
vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Et ideo iam fidelium filii iam
baptizari minime deberent. Miror hoc dicere qui negant peccatum
ex Adam originale trahi. Si enim hanc apostoli sententiam sic accipiunt ut
credant de fidelibus sanctificatos filios nasci, cur eos et ipsi baptizari
oportere non dubitant? Cur denique nolunt fateri de parente fi-
deli ad peccatum originale trahi, si de sancto aliquid sanctitatis trahitur?
Etenim quod non est adversum, et si ex fidelibus sanctis procreatos
dicimus si non baptizantur pergere in damnationem quibus et ipsi regnum
caelorum recludunt. Quamvis eos dicant non habere illum tempore vel originale
peccatum, aut si eis indignum videtur ut sancti damnentur, quomodo dignum
ut a regno dei sancti separentur? Illud potius attendant quomodo non de peccato-
ribus parentibus trahatur ad peccatum si de sanctis aliquid sanctitatis trahitur et in-
mundicia de immundis. Utrumque enim dixit qui dixit: Alioquin filii vestri
immundi essent, nunc autem sancti sunt. Explicent etiam quomodo iustum sit ut sancti
ex fidelibus et immundi ex infidelibus nati pariter tamen si baptizati
non fuerint regnum dei non permittantur intrare. Quid ergo illis ista sancti-
tas prodest? Si autem damnari faterentur immundos ex infidelibus natos,
sanctos autem filios fidelium in dei quidem regnum intrare non posse nisi fue-
rint baptizati, non tamen damnari, quia sancti sunt, [illegible]
sicut vos natos de sanctis sanctos et de immundis immundos esse dicatis,
et quia peccatum non habent non damnari, et quia baptismum non habent a
regno separari. Hanc absurditatem tanta ingenia non videre
quis credat? Sicut autem immo ipsi apostoli sententiae qui dixit: ex uno omnes
ad condemnationem, et ex uno omnes ad iustificationem vitae, quemadmodum
sit concinnandum hoc quod ait, cum de alia re ageret: Alioquin filii vestri
immundi essent, nunc autem sancti sunt, paululum attende. Non uno modo
sanctificatos, sicut et catechuminos secundum quendam modum suum per signum
Christi et orationem manus impositionis puto sanctificari; et quod accipiunt
quamvis non sit corpus Christi, sanctum est tamen et sanctius quam cibi quibus alimur,
quoniam sacramentum est. Verum et ipsos cibos quibus ad necessitatem sustentandae
vitae huius alimur sanctificari idem apostolus dixit per verbum dei et orationem qua
oramus utique corpus nostrum reficere. Et tamen ista ciborum sanctificatio non efficit
ut quod in os intrat non in ventrem vadat et in secessum emitta-
tur per corruptionem qua omnia terrena dissolvuntur. Unde et ad aliam escam
quae non corrumpitur nos dominus exhortatur. Ita sanctificatio catechumini
si non fuerit baptizatus non ei valet ad intrandum regnum caelorum
aut ad peccatorum remissionem. Ac per hoc et illa sanctificatio cuiuslibet
modi sit quam in filiis fidelium esse dixit apostolus ad istam de bap-
tismo et de peccati origine vel remissione quaestionem omnino non pertinet.
Nam et coniuges infideles in coniugibus fidelibus sanctificari dicit eo ipso
loco ita loquens: Sanctificatus est enim vir infidelis in uxore, et sanctificata est
mulier infidelis in fratre. Alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem

sancta sit. Sed opinor quisquis eum infidelem intelligit quomodo in his
verbis intelligat ut eum non existimet et maritum non christianum
qui christiana sit uxor eius, sed iam baptizatum oportere et ad peccatorum
remissionem pervenisse et in regnum celorum esse venturum quia sancti-
ficatus dictus est in uxore. Quapropter non adhuc moveat quosdam cur baptizentur
qui iam de baptizatis nascuntur, hac brevitate accipiant. Sicut genera-
tio carnis peccati per unum Adam in condempnationem trahit omnes qui eo modo
generantur, sic generatio spiritus gratie per unum Ihesum Christum ad iustificationem
vite eterne ducit omnes qui eo modo predestinati regenerantur.
Sacramentum autem baptismi profecto sacramentum regenerationis est. Quocirca sicut
homo qui non vixerit mori non potest, et qui mortuus non fuerit resurgere
non potest, ita qui natus non fuerit renasci non potest. Ex quo conficitur
neminem in suo parente renasci potuisse non natum. Oportet autem
ut si natus fuerit renascatur, quia nisi quis renatus fuerit denuo non
potest videre regnum Dei. Oportet igitur ut sacramento regenerationis, ne sine
illo male de hac vita exeat, parvulus imbuatur, quod non fit nisi in
remissionem peccatorum. Quod et ipso loco Christus ostendit, cum interrogatus
quomodo posset ista fieri commemoravit quid Moyses fecerit in exaltatione
serpentis. Cum itaque per baptismi sacramentum morti Christi conformentur infan-
tes, eos a serpentis morsu fatendum est liberari, si a christiane fidei re-
gula nolumus aberrare. Quem tamen morsum non in sua vita propria
sed in illo cum primitus vulneratus est acceperunt. Sed illud fallat quosdam si
non parenti post conversionem obsunt ista peccata, quanto magis dicunt
filio eius obesse non possunt. Sed qui hec sentiunt non attendunt
quia sicut parenti per hoc quod spiritu renatus est ista peccata non obsunt,
ita quod de illo natus est, nisi eo modo renascatur quo a parente creata
sunt oberunt. Quia et innovati parentes non ex primitiis novita-
tis sed ex reliquiis vetustatis carnaliter gignunt. Et filii ex paren-
tum reliquiis vetustatis toti vetusti in peccati carne concepti damp-
nationem veteris hominis debitam sacramento spiritalis regenerationis et re-
novationis evadunt. Illud namque propter questiones que de hac re
mote sunt vel moveri adhuc possunt attendere ac meminisse debemus
tamen in peccatorum omnium plena perfectaque remissione baptismo fi-
eri, hominis non ipsius qualitatem non tota continuo commutari; sed spiritales
primitias in bene proficientibus de die in diem novitate crescente
commutare in se quod carnaliter vetus est, donec totum ita renovetur
ut animalis etiam infirmitas corporis ad firmitatem spiritalem incorrup-
tionemque perveniat. Hec autem lex peccati quod et peccatum appellat apostolus
cum dicit: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obe-
diendum desideriis eius, non sic manet in membris eorum qui ex aqua et
spiritu renati sunt tamquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena
et perfecta fit remissio peccatorum omnibus inimicitiis interfectis quibus separabamur
a Deo; sed manet in vetustate carnis tamquam superata et perempta
si non in illicitis consensionibus quodammodo reviviscat et in regnum proprium
dominationemque revocetur. Ab hac autem vetustate carnis in qua est lex ista
peccati vel peccatum iam remissum usque adeo spiritus vite distinctus est in cuius
novitate baptizati per Dei gratiam renascuntur, ut parum fuerit apostolo
dicere tales non esse in peccato, nisi diceret etiam in carne illos non esse
antequam ex hac mortali vita migrarent. Qui enim in carne sunt inquit
Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne sed in spiritu, si tamen spiritus
Dei habitat in vobis. Verum sicut ipsa carne quamvis corruptibili bene
utuntur qui membris eius ad opera bona utuntur, in qua carne non sunt quia
non ex ea sapiunt sed vivunt; sic denique et morte que prima peccati

pena est bene utuntur qui eam pro fratribus, pro fide, pro quacumque vera et sancta iusticia
fortiter et patienter impendunt: sic et illa etiam lege peccati quod iam re-
missum in vetustate carnis manet bene utuntur coniugati fide-
les, quia ex eo quod sunt in Christi novitate dominari sibi libidinem non
permittunt, ex eo autem quod adhuc trahunt de vetustate regnan-
dos in mortalitate filios mortaliter generant. Cum ea propagine pec-
cati que illi qui renati sunt obnoxii non tenentur, et que illis qui nascuntur
renascendo solvitur. Quamdiu ergo manet lex concupiscentialis in
membris manente ipsa reatus eius solvitur illi qui sacramentum regenera-
tionis accepit renovarique iam cepit. Ex illo autem manente con-
cupiscentie vetustate quod nascitur renasci indiget ut sanetur.
Quia parentes fideles et nati carnaliter et renati spiritualiter filios
carnaliter genuerunt. Filii vero nondum renascentes renasci quomodo potuerunt?
Sic mirari nos oportet quod dixi manente concupiscentiali lege peccati
reatum eius solvi per gratiam sacramenti. Sicut enim facta et dicta et cogi-
tationes iniquae, quantum ad ipsos motus animi et corporis pertinet, et iam preterierunt et non
sunt, eis tamen preteritis et non existentibus reatus eorum manet nisi peccatorum
remissione solvatur: sic e contrario in hac non iam preterita sed adhuc mane-
nte lege concupiscentie reatus eius solvitur et non erit cum solutus in bap-
tismo plena remissione peccatorum. Denique si continuo consequatur ab
hac vita emigratio, non erit omnino quod obnoxium hominem teneat
solutis omnibus que tenebant. Sicut ergo non est mirum preteritorum factorum cogi-
tationum atque dictorum reatum manere ante remissionem peccatorum, sic
e contrario non debet esse mirum manentis concupiscentie reatum preterire post factam
remissionem. Cum ita sit ex quo per unum hominem peccatum intravit
in hunc mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit usque
in finem carnalis huius generationis et corruptibilis seculi, cuius filii generant
et generantur, nullo existente homine de quo in hac vita constituto ve-
raciter dici possit quod nullum habeat omnino peccatum, excepto uno mediatore
qui nos creatori nostro per remissionem reconciliat peccatorum.
Eandem vero ipse dominus noster hanc suam medelam nullis generis humani temporibus ante
ultimum futurum adhuc iudicium denegavit eis quos per certissimam
prescientiam et futuram beneficentiam secum regnaturos in vitam predesti-
navit eternam. Namque ante nativitatem suam in infirmitate carnis et
passionis et virtute resurrectionis sue eos qui tunc fuerant futurorum fide
eos qui tunc fuerant instruebat ad hereditatem salutis eterne;
cum vero presentatus fide instruxit eos qui cum gererentur
aderant atque in plerisque predicta cernebant; quam vero et preteritam fide
qui postea fiunt et nos ipsos et qui deinde fuerint instruere non
cessat. Una ergo fides est que omnes salvos facit qui ex carnali
generatione spiritualiter renascuntur, terminata in eo qui venit pro nobis
iudicari et mori iudex vivorum et mortuorum. Sed huius unius fidei
pro significationis opportunitate per varia tempora sacramenta variata sunt.
Idem ipse itaque salvator est parvulorum atque maiorum, de quo dixe-
runt angeli: Natus est vobis hodie salvator; et de quo dictum est ad
virginem Mariam: Vocabis nomen eius Ihesum, ipse enim salvum faciet
populum suum a peccatis eorum. Ubi aperte demonstratum est eum hoc
nomine quo appellatur Ihesus propter salutem quam nobis tribuit nominari.
Ihesus quippe latine Salvator est. Quis est ergo qui audeat dicere
dominum Christum tantum maioribus non etiam parvulis esse Ihesum, qui venit in simi-
litudine carnis peccati ut evacuaret corpus peccati, in quo infirmis-
simo illi usui congruis vel idoneis membris anima rationalis
miserabili ignorantia premitur? Quam plane ignorantiam nullo modo

credidimus fuisse in instanti illo in quo tribuit caro formam ut hic
tamen in nobis. Sed illa ipsius cum immunitate in Christo parvulo fuerunt
suspicande quam videmus in parvulis. Propter hanc enim et cum motibus irratio-
nabilibus perturbantur illa tamen nullo impio. Sed dolore aliquando
vel doloris timore cohibentur ut omnino videas illius inobedientie
filios qui moventur in membris legi mentis repugnans. Flere cum velit
compescit. Ymmo et ipsa sepe vel dolore corporis tamquam vapulando
compescitur vel puniendo vel tali aliquo cum motu, non tamen voluntate
sapientie comprimuntur. Sed quod erat in eo similitudo carnis peccati
mutationes etatum perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia ut
ad mortem quam videtur senescendo illa caro pervenire potuisse
nisi iuvenis fuisset occisus. Quamvis tamen mors in carne peccati non
obedientie debita redderetur in similitudine carnis peccati obedientie volun-
tate suscepta est. Ad eam quippe iturus eam quam passurus sed ait. Ecce
princeps huius mundi venit et in me nichil invenit. Sed ut sciant omnes
quia voluntatem patris mei facio. Surgite eamus hinc. Hinc dicens perrexit
ad indebitam mortem factus obediens usque ad mortem. Quod ergo ille qui
dicit. Si primi hominis peccato factum est ut moreremur Christi adventu
fieret ut credentes in eum non moreremur. Et addit quasi vehementer dicens
Sed enim prevaricatoris transgressio plus nobis nocuit quam incarnatio
vel redemptio profuit salvatoris. Cur non potius hoc attendit hoc
audivit. Sed sine disceptatione credit quod apostolus sine ambiguitate
locutus est quia per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum.
Sicut enim in Adam omnes moriuntur sic in Christo omnes vivificabuntur. Neque
enim aliunde quam de corporis resurrectione dicebat. Omnium ergo corporis
mortem factam per unum hominem dixit et omnium corporis resurrectionem
in vita eterna per unum Christum futuram esse promisit. Quomodo ergo plus
nobis nocuit ille peccando quam iste profuit redimendo. Cum per
illius peccatum temporaliter moriamur, per istius autem redemptionem non ad temporalem
vitam sed ad perpetuam resurgamus. Si tamen ergo corpus mortuum est
propter peccatum, Christi autem corpus solum mortuum est sine peccato. Ut suo
sanguine sine culpa omnium culparum chirographa deleret quibus debi-
tores qui in eum credunt a diabolo antea tenebantur. Et ideo ait. Hic est
sanguis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Poterat autem
hoc donare credentibus ut nec istius experirentur corporis mortem. Sed si
hoc fecisset quedam felicitas adderetur carni, minueretur autem fidei fortitudo.
Sic enim homines mortem istam timerent ut non ob aliud felices dicerent
esse Christianos nisi quod mori omnino non possent. Ac per hoc nemo propter illam
vitam que post istam mortem beata futura est per ... et contempnende
ipsius mortis ad gratiam Christi festinaret. Sed propter removendam mortis
molestiam delicatius credentes in Christum. Plus ergo gratie prestitit, plus
fidelibus suis sine dubitatione donavit. Quid enim magnum erat
videndo non mori eos qui crediderant credere se non morituros. Quanto
magis quanto fortius quanto laudabilius ita credere ut se speret moritur-
us sine fine victurum. Denique hoc quibusdam in fine largietur ut
mortem istam repentina commutatione non sentiant. Sed simul cum resur-
gentibus rapiantur in nubibus obviam Christo in aera et sic semper cum domino
vivant. Et recte illis quia non erit iam posteri qui propter hoc credant non
sperando quod non videtur sed amando quod videtur. Que fides est enervis
et debilis nec fides omnino dicenda quoniam quid fides sit ita definita est.
Fides est sperandorum substantia convictio rerum que non videntur. Unde et in eadem
... et hoc tempus est ad Hebreos epistola cum consequenter enumerasset quosdam qui deo
fide placuerunt: Iuxta fidem inquit mortui sunt hii omnes cum non acceptis

promissionibus sed longe eas videntes et salutantes et confitentes quia
hospites et peregrini sunt super terram. Et paulo post eandem fidei
laudem ita conclusit. Et omnes isti testimonium consecuti per fidem
non tulerunt promissiones dei pro nobis enim meliora opera providentes
ne sine nobis perfecti perficerentur. Hec laus fidei non esset nisi omnino ut
iam dixi fides esset si homines in credendo premia invisibilia consequerentur
horum, est si fidelibus mortes immortalitatis in hoc seculo redderentur. Hinc et ipse
dominus mori voluit ut quemadmodum de illo scriptum est per mortem
evacuaret eum qui potestatem habebat mortis id est diabolum et liberaret
eos qui timore mortis per totam vitam rei erant servitutis.
Hoc testimonio satis est illud monstratur et mortem istam corporis
principe atque auctore diabolo hoc est ex peccato accidisse quod ille
persuasit. Sed enim ob aliud potestatem habere mortis verissime diceretur.
Unde ille qui sine ullo peccato vel originali vel proprio moriebatur
dixit quod paulo ante commemoravi. Ecce venit princeps mundi
id est diabolus qui potestatem habebat mortis et in me nichil invenit, id est peccati
propter quod homines mori fecit. Et quasi diceretur ei. Cur ergo moreris? Sed
ut sciant inquit omnes quia voluntatem patris mei facio. Surgite
eamus hinc. Id est ut moriar non habens mortis causam de peccato sub auc-
tore peccati, sed de obedientia et iustitia factus obediens usque ad mortem.
Et hoc illo testimonio demonstratum est et quod timore mortis fide-
les vincunt ad agonem ipsius fidei pertinet. Quod si peccato defuisset, non
mox essent credentes immortalitatem consecuti. Cuius utique miracula
dominus visibilia commemorabilia fecit. Unde ipsa fides velud quibusdam
primordiis lactescentibus germinaret. Et in suo robur ex illa te-
neritudine cresceret. Tanto enim est fortior quanto magis iam ista
non querit. Tamen illud quod promisit spem invisibilem voluit expe-
ctari ut iustus ex fide vivat. Inde enim ut non ipse qui de mortuis
resurgens immortales homines esse voluit. Sed eis demonstravit in sua
carne resurrectionis exemplo quod hic tam rectius hinc dignatus est in
celum ascendit. Illorumque se oculis auferens. Unde quia tale corpus eo-
rum iam habuit quale in carne propria demonstrabat ut et ipsi
ex fide viverent eiusque iustitie in quo ex fide vivunt premium quod
postea erit visibile nunc interim per patientiam invisibile expectarent.
Adhuc intelligendum credo et illud esse referendum quod ait de spiritu
sancto. Non poterit ipse venire nisi ego abiero. Hoc enim erat dicere.
Non poteritis iuste vivere ex fide quod de meo dono id est de spiritu sancto
habebitis. Si ut vestri oculis dehinc tenemini abstulero ut spiritualiter cor-
dium invisibilia credendo proficiant. Hanc ex fide iustitiam idipsum
eidem locutus de spiritu sancto ita commendat. Ille inquit arguet
mundum de peccato de iustitia et de iudicio. De peccato quidem quia
non crediderunt in me. De iustitia quia ad patrem vado et iam non
videbitis me. Que est ista iustitia qua cum non videtur nisi ut iustus
ex fide viveret et non respicientes que videntur sed que non videntur
spiritu ex fide spem iustitie expectaremus. Quod autem dicit si peccato
mors ista corporis accidisset non utique post remissionem peccatorum
quam redemptor nobis tribuit moreremur. Non intelligunt quoniam rerum
quarum reatum ne post hanc vitam obsit deus solvit. Tamen eas ad
certamen fidei sinit manere ut per illas erudiantur et exerceantur
proficientes in agone iustitie. Possent enim et aliquid hoc non intelligentes
dicere. Si propter peccatum dixit deus homini. In sudore vultus tui edes
panem tuum. Et spinas et tribulos terra pariet tibi. Quare et post remis-
sionem labor hic permanet. Et hic dura et aspera pariet et terra fidelibus.

it si ipsum peccatum mulieri dedit ut in gemitu pariet. Et tamen post pec-
catorum remissionem feminae fideles eosdem dolores in pariendo
patiuntur. Et tamen constat ipsum peccatum quod admiserant illos a deo
primos homines hoc audisse atque meruisse. Sicut restitit huic verbis
divini libri quod posui de labore hominis et de parturitione mulieris
nisi qui prorsus alienus a fide catholica easdem litteras adversatur.
Unde quia et tales non desunt quemadmodum eis hac questione
proposita respondemus dicentes ante remissionem esse illa suppli-
cia peccatorum post remissionem autem certamina exercitationesque ius-
torum ita et illis qui de morte corporis similiter movent responde-
re debemus. ut eam et peccato accidisse fateamur et post peccatorum re-
missionem ut magnus timor eius a proficientibus superaretur ad certa-
men nobis relictam esse non dedignemur. Si enim parva virtus esset
fidei quae per dilectionem operatur mortis metum vincere non esset tan-
ta martyrum gloria. sicut dominus dicit. Maiorem hac caritatem nemo
habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Quod in epistola sua
Iohannes ita dicit. Sicut ille pro nobis animam suam posuit sic
et nos debemus pro fratribus animas ponere. Frustra igitur in morte pro iustitia
subeunda vel contempnenda laudaretur praecipua patientia si mortis non
esset magna multumque dura molestia. Cuius timorem qui vincit
ex fide magnam ipsius fidei comparat gloriam iustamque mercedem.
Unde mirandum non est et mortem corporis non fuisse accidisse homi-
ni nisi praecessisset peccatum cuius et talis poena consequeretur et post re-
missionem peccatorum eam fidelibus evenire ut in eius timore vin-
cendo exerceretur fortitudo iustitiae. Caro enim quae primo facta est non
erat caro peccati in qua noluit homo inter delicias paradisi
servare iustitiam. Unde statuit deus ut post eius peccatum propagata
caro peccati ad recipiendam iustitiam laboribus et molestiis su-
teretur. Propter hoc et de paradiso dimissus Adam contra Eden habitavit
id est contra sedem deliciarum ut significaret quod in laboribus quae sunt deliciis
contraria erudienda esset caro peccati quae in deliciis oboedientiam non ser-
vavit antequam esset caro peccati. Sicut ergo illi primi homines postea
iuste vivendo unde merito creduntur per domini sanguinem ab extremo
supplicio liberati non tamen in illa vita meruerunt ad paradisum
revocari. Sic et caro peccati etiam si remissis peccatis homo in ea
iuste vixerit non continuo meretur eam mortem non perpeti quam
traxit de origine [propagine] peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de pa-
triarcha David in libro Regnorum ad quem propheta cum esset missus
eique propter peccatum quod admiserat eventura mala ex iracundia dei
comminaretur confessione peccati veniam meruit respondente propheta
quod ei flagitium facinusque remissum sit et tamen consecuta sunt quae
deus fuerat comminatus ut sic humiliaretur a filio. Quare et hic non dicitur
Si deus propter peccatum illud fuerat comminatus cur dimisso peccato quod
erat comminatus implevit nisi quia rectissime si hoc dictum fuerit res-
pondebitur remissionem illam peccati factam ne homo a percipienda
vita impediretur aeterna. Subsecutum vero illius comminationis effectum
ut pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur.
Sic et mortem corporis et propter peccatum deus homini inflixit et post
peccatorum remissionem propter exercendam iustitiam non ademit. Teneamus
ergo indeclinabilem fidei confessionem. Solus unus est qui sine peccato
natus est in similitudine carnis peccati. Sine peccato vixit inter aliena peccata
sine peccato mortuus est propter nostra peccata. Non declinemus in dexteram
aut sinistram. In dexteram enim declinare est seipsum decipere dicendo
se esse sine peccato. In sinistram autem per nescio quam perversam et per-
niciosam securitatem se tamquam impune dare peccatis. Vias enim quae a dextris sunt
novit deus qui solus sine peccato est et nostra potest delere peccata. Perver-
sae autem sunt quae a sinistris sunt amicitiae cum peccatis. Tales et illi
viginti annorum adolescentuli figuram populi novi praemiserunt qui in terram
promissionis intraverunt qui nec in dexteram nec in sinistram dicuntur se decli-
nasse. Sed enim eorum viginti annorum aetas comparanda est innocentiae parvulorum.
Sed nisi fallor hic numerus multum adiuvat et resonat.
Vetus enim testamentum in quinque libris Moysi excellit. Novum autem
quattuor evangeliorum auctoritate praefulget. Qui numeri per se multiplicati ad
viginti perveniunt. Quater enim quini vel quinquies quaterni viginti sunt.
Talis populus ut perducatur in regno eruditus caelorum per duo testamenta
vetus et novum non declinans in dexteram superba praesumptione iustitie
nec in sinistram secura delectatione peccati in terram promissionis intrare
ubi iam peccati ulterius nec nobis donanda optemus nec in nobis pu-
nienda timeamus ab illo redemptore liberati qui non venundatus
sub peccato redimit Israel ab omnibus iniquitatibus eius sive propria com-
missis vita sive originaliter tractis. Sed non parum paginarum
divinarum auctoritati vicinum est credere. Quod et si nolunt litteris
suis aperte exprimere parvulis remissionem necnon peccatorum redemp-
tionem tamen eis opus esse confessi sunt. Alio quippe libro et ipso de christi-
ana eruditione de proposito nostro ad eo dixit. Sic dubitandum esse
huius quae divinas scripturas fideliter legunt fideliter audiunt fide-
liter tenent quod ab illa carne quae prius voluptate facta est
caro peccati deinceps per successionem transeunte in omnes propagine
iniquitatis et mortis caro sit propagata peccati excepta una
similitudine carnis peccati quae tamen non esset nisi esset caro peccati. De
anima non ita est et ipsa eodem modo propagata reatu quae ei dimittatur
obstricta sit. Sed enim possumus dicere solam carnem parvuli non et
animam indigere salvatoris et redemptoris auxilio. alienam
esse ab ea gratiarum actione quae in psalmis est ubi legimus et dicimus
Benedic anima mea dominum et noli oblivisci omnes retributiones eius
qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. Qui sanat omnes langores tuos.
Qui redimit de corruptione vitam tuam. Aut et si non propagata
eo ipso quod carni peccati aggravanda inseritur iam ipsius peccati
remissione et sua redemptione opus habeat deo per summam praescientiam
iudicante qui parvuli ab isto reatu non mereantur absolvi
etiam qui nondum nati nichil alicubi propria sua vita egerunt
vel boni vel mali. Et quemadmodum deus et si non de traduce animas
creat non sit tamen auctor reatus eiusdem propter quem redemptio
sacramenti necessaria est animae parvuli magna questio est aliamque dispu-
tationem desiderat. eo tamen quantum arbitror moderamine temperandam ut ma-
gis inquisitio cauta laudetur quam praecipitata reprehendatur assertio.
Ubi enim de re obscurissima disputatur non adiuvantibus divinarum scrip-
turarum certis clarisque documentis se debet cohibere humana praesumptio
nichil faciens in partem alteram declinando. Et si enim quolibet horum
quemadmodum demonstrari et explicari possit ignorem illud tamen credo
quod et hinc divinorum eloquiorum clarissima esset auctoritas si homo
eo sine dispendio promissae salutis ignorare non posset. Habes

Hec elaboratum utcumque tam commodum quam prolixum per meas vires opus cuius prolixitatem fortasse defenderem nisi id vererer facere defendendo prolixius.

Incipit liber tertius

Dilectissimo filio Marcellino Augustinus episcopus servus Christi servorumque Christi in domino salutem. De questionibus quas mihi proposueras ad te ut scriberem adversus eos qui dicunt Adam etiam si non peccasset fuisse moriturum, nec ex eius peccato quicquam ad eius posteros propagando transisse, maxime propter baptismum parvulorum quem more piissimo atque materno universa frequentat ecclesia, et quod in hac vita sint fuerint sint filii hominum nullum habentes omnino peccatum, iam duos prolixos absolveram libros, quibus non universis sum ut quidem omnibus omnino occurrisse in hac causa motibus animorum quia me id assequi utrum sufficere potuisse ignoro, immo sufficere non potuisse non dubito; sed tamen egisse me quod de his rebus a maioribus tradite fidei defensores contra novitates eorum qui aliter sentiunt non inermes utcumque consisterent. Verum post paucissimos dies legi Pelagii quedam scripta sancti viri ut audio et non parvo provectu christiani, que in Pauli apostoli epistolas expositiones brevissimas continerent. Atque ibi comperi cum ad illum venisset locum ubi dicit apostolus, Per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, atque ita in omnes homines pertransisse, quandam eorum argumentationem qui negant parvulos peccatum originale gestare. Quam fateor in illis tam longis voluminibus meis non refelli, quia mihi omnino in mentem non venerat quemquam posse talia cogitare vel dicere. Quapropter quoniam illi operi quod iam certo fine conclusi nichil addere volui, et ipsam eiusdem argumentationem quibus eam legi verbis et quid mihi contra videatur huic epistole inserendum putavi. Sic ergo illa argumentatio posita est: Hi autem inquit qui contra traducem peccati sunt ita illam impugnare nituntur: Si Ade inquiunt peccatum etiam non peccantibus nocuit, ergo et Christi iustitia etiam non credentibus prodest; quia similiter immo et magis dicit per unum salvari quam per unum ante perierant. Huic ergo ut dixi argumento in illis duobus libris quos ad te scripsi non respondi, sed id mihi prius redarguendum proposui. Sed nunc prius ad illud attende quemadmodum eum dicunt: Si Ade peccatum et non peccantibus nocuit, ergo et Christi iustitia et non credentibus prodest. Absurdissimum utique et falsissimum iudicant ut Christi iustitia et non credentibus prosit. Unde putant consequenter non primi hominis peccatum parvulis non peccantibus nocere potuisse, sicut Christi iustitia prodesse nullis non credentibus potest. Dicant ergo quid baptismus Christi iustitia parvulis prosit. Dicant omnino quod volunt. Profecto enim si se christianos esse meminerint, ad prodesse non ambigunt. Quibus ergo prosit prodesse sicut ipsi asserunt non credentibus non prodest. Unde coguntur parvulos baptizatos in credentium numero deputare, et auctoritati sancte ecclesie ubique consentire, que fidelium eos nomine censet indignos quibus iustitia Christi et si illos prodesse non nisi credentibus posset. Sic ergo eorum per quos renascuntur iustitie spiritus respondente sua tribuit in eos fidem quam voluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum per quos nascuntur caro peccati tribuit in eos noxam quam nondum vita propria contraxerunt. Et sicut eos vite spiritus in Christo generat fideles, sic eos corpus mortis in Adam generaverat peccatores. Illa namque carnalis generatio est, hec spiritualis. Illa facit filios carnis, hec filios spiritus. Illa filios mortis, hec filios resurrectionis. Illa filios seculi, hec filios dei. Illa filios ire, hec filios misericordie. Ac per hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati vinculo liberatos. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo assequi non valemus auctoritati divine consentire cogamur. Verumque ipsa nos admonet iustitiam Christi que credentibus prodest non posse prodesse ad parvulos pertinere. Unde ut dicimus necesse est eos baptizatos in credentium numero sine ulla cunctatione constituat. Consequens ergo fit ut non baptizati inter eos qui non credunt erunt. Ac per hoc non habebunt vitam, sed ira dei manet super eos. Quia qui non credit filio non habebit vitam, sed ira dei manet super eum. Et iudicati sunt, quia qui non credit iam iudicatus est. Et condempnabuntur: quia qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, qui autem non crediderit condempnabitur. Iam nunc videant isti qua iustitia contendant vel conentur asserere non ad vitam eternam sed ad iram dei pertinere, et iudicari damnarique homines qui sine peccato sunt, si quemadmodum asserunt nullum in eis est etiam originale peccatum. Iam cetera que Pelagius insinuat eos dicere qui contra originale peccatum disputant, in illis duobus prolixi operis mei libris satis quantum arbitror dilucide esse respondi. Que etiam si quibusdam vel parum vel obscurum videbuntur, dent veniam et componant cum eis qui fortasse illud non quia parum sed quia nimium reprehendunt. Et quibus ea que pro natura questionum dilucide dicta existimo adhuc non intelliguntur, non mihi calumnientur pro negligentia vel pro mee facultatis indigentia, sed deum potius pro accipienda intelligentia deprecentur. Verumtamen non negligenter oportet attendere illum, sicut eum qui noverunt loquentem presentiendo, non vivum hanc argumentationem contra peccatum originale non ex sua persona intulisse, sed quod illi dicant qui eam non approbant commemorasse. Sed et solum sed quomodo exposui et quod respondi. Unde et certum quibus me in illis libris iam respondisse recolui. Ista cum dixisset: Si Ade inquiunt peccatum et non peccantibus nocuit, ergo et Christi iustitia etiam non credentibus prodest. Ad hoc in hiis que respondi, et nunc quemadmodum non solum non expugnetur quod dicimus, sed etiam nos admoneat quid dicamus, secutus adiungit: Deinde aiunt: Si baptismus mundat antiquum illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint debent hoc carere peccato; non enim potuerunt ad posteros transmittere quod ipsi minime habuerunt. Illud quoque accedit, inquit, quia si anima non est ex traduce sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati, et ipsa sola penam meretur. Iniustum esse dicentes ut hodie nata anima non ex massa Ade tam antiquum peccatum portet alienum. Dicunt etiam inquit nulla ratione concedi ut deus qui propria peccata remittit, imputet aliena. Videsne obsecro quemadmodum hoc totum Pelagius non ex sua sed ex aliorum persona indidit scriptis suis, usque adeo sciens hanc nescio quam esse novitatem, que contra antiquam ecclesie insitam opinionem sonare nunc cepit, ut eam ipse confiteri aut verecundatus aut veritus fuerit. Et fortasse hoc ipse non sentit, quod sine peccato nascatur homo, cui fatetur necessarium esse baptismum in quo fit remissio peccatorum. Quare sine peccato damnetur homo, quem necesse est non baptizatum in non credentibus deputari, quoniam utique sententia evangelica falli non potest, in qua apertissime legitur: Qui non crediderit condempnabitur. Postremo quod sine peccato ymago dei non admittetur ad regnum dei, quoniam nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest intrare in regnum dei. Atque ita vel in eternam mortem sine peccato precipitetur, vel quod est absurdius extra regnum dei habet vitam eternam, cum dominus predixerit quod suis in fine dicturus sit: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ostenderit autem quod sit ipsum regnum quod dicebat, ita concludens: Sic ibunt illi in combustionem eternam, iusti autem in vitam eternam. Hec ergo

et alia quae istum sequuntur errorem nimium pulchra et christiane depugnata. Vitalem credo quod vir ille tam egregie christianus omnino non sentiat. Sed tamen ut sunt istorum argumenta quae contra peccati traducem sentientes adhuc fortasse moveant, ut audire vel posse nosse quid contra ea dicatur expectaret, et ideo quod illi dicunt qui contra peccati traducem sentiunt non tacere voluit ut questio discutienda insinuaretur, et a persona sua removit ne hoc etiam ipse sentire iudicaretur. Ego autem etsi refellere istorum argumenta non valeam, video tamen inherendum esse his quae in scripturis sunt apertissima, ut ex his revelentur obscura, aut si nondum idonea quae possint vel demonstrata cerni vel abstrusa investigari, sine ulla hesitatione credantur. Quid autem apertius tot tantisque testimoniis divinorum eloquiorum quibus dilucidissime apparet sine participatione Christi neminem ad vitam salutemque eternam posse quemquam hominum pervenire, sine divino iudicio iniuste aliquem posse dampnari, hoc est ab illa vita et salute separari. Unde sic consequens ut quoniam nichil aliud agitur cum parvuli baptizantur nisi ut incorporentur ecclesie, id est corpori Christi membrisque socientur, manifestum sit eos ad dampnationem nisi eis consultum fuerit pertinere. Non autem dampnari possent si peccatum utique non haberent. Hoc quia illa etas nullum in vita contrahere potuit, restat intelligere vel si hoc nondum possumus saltem credere trahere parvulos originale peccatum. Ac per hoc si ambiguum aliquid habent verba apostoli quibus dicit: per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit, possuntque in aliam duci sententiam quae secerni ... numquid et illud ambiguum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei? Numquid et illud: Vocabis nomen eius Ihesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum? Numquid et illud: Quia non est opus sanis medicus sed egrotantibus, hoc est quia non est necessarius Ihesus his qui non habent peccatum sed eis qui salvandi sunt a peccato? Numquid et illud: Quia nisi manducaverint homines carnem eius, hoc est participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam? His atque huiusmodi aliis quae nunc pretereo testimoniis divina luce clarissimis, divina auctoritate certissimis, nonne veritas sine ulla ambiguitate proclamat non solum in regnum dei non baptizatos parvulos intrare non posse, sed nec vitam etiam posse habere preter Christi corpus cui ut incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur? Nonne veritas sine ulla dubitatione testatur non ob aliud eos ad Ihesum, hoc est ad salvatorem et ad medicum Christum, piis gestantium manibus ferri, nisi ut per medicinam sacramentorum eius possint a peccati peste sanari? Quid ergo cunctamur apostoli verba de quibus forte dubitamus etiam ipsa sic intelligere ut his congruant testimoniis de quibus dubitare non possumus? Quamquam toto ipso loco ubi per unius peccatum multorum condempnationem et per unius iustitiam multorum iustificationem apostolus loquitur, nichil mihi videtur ambiguum nisi quod ait Adam formam futuri. Hoc enim revera non solum huic sententie convenit qua intelliguntur futuros eius posteros ex eadem forma cum peccato esse generatos, sed etiam in alios et alios intellectus potest hic illum deducere. Nam et nos aliud inde aliquando diximus et aliud fortasse dicemus quod tamen huic intellectui non sit adversum. Et ipse Pelagius non uno modo id exposuit. Cetera vero quae ibi dicuntur si diligenter advertantur atque tractentur sicut in primo illorum duorum librorum utcumque conatus sum, etsi obscuritatem pariunt rerum ipsarum necessitate sermonis, non tamen poterunt alium sensum habere nisi per quem factum est ut antiquitus universa ecclesia retineret fideles parvulos originalis peccati remissionem per Christi baptismum consequi. Unde non inmerito beatus Cyprianus satis ostendit quod hoc ab initio creditum et intellectum servet ecclesia. Qui cum parvulos a matris utero recentissimos iam idoneos ad percipiendum Christi baptismum assereret, cum consultus fuisset utrum hoc ante octavum diem fieri deberet,

quantum potuit conatus est eos demonstrare perfectos, ne quis pro suo dierum numero quo octavo ante circumcidebantur infantes eos adhuc perfectos existimaret. Sed cum magnum eis defensionis patrocinium prestitisset, ab originali tamen peccato eos immunes non esse confessus est. Quod si hoc negaret, ipsum baptismum cum quo eis percipiendum eos defendebat auferret. Potes ipsam epistolam memorati martyris de baptizandis parvulis legere si volueris, scilicet enim ... Carthagini. Unde in hac etiam nostra questione satis usui esse puto inde transcribendum arbitratus sum quod proposito attende. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quam nati sunt constitutos baptizari non oportere et considerandam esse legem circumcisionis antique, atque intra octavum diem eum qui natus est baptizandum et sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro visum est. In hoc enim quod putabas esse faciendum nemo consensit, sed universi potius iudicavimus nulli hominum nato misericordiam dei et gratiam esse denegandam. Nam cum dominus in evangelio suo dicat: Filius hominis non venit animas hominum perdere sed salvare, quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Advertis ne quis dicat quemadmodum sentiat non tantum carni sed anime quoque infantis exitiabile esse atque mortiferum sine illo salutari sacramento de hac vita exire. Unde si iam nichil aliud diceret, intelligere nos fecit animam sine peccato perire non posse. Sed vide paulo post defendens innocentiam parvulorum quid tamen de illis apertissime fateatur. Ceterum si homines aliquid impedire ad consecutionem gratie posset, magis adultos et provectos et maiores natu possent impedire peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus et in deum multum ante peccantibus cum postea crediderint remissa peccatorum datur et a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nichil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antique prima nativitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata. Videsne quanta fiducia ex antiqua et indubitata fidei regula vir tantus ista loquatur, qui hec documenta certissima ideo protulit, ut illud quod erat incertum unde consultus ille cui rescribitur, et unde concilii decretum consensisse commemorat, videlicet etiam ante octavum diem ex quo die natus esset infans eum si afferretur baptizare nemo dubitaret, per hec firmamenta probaretur. Sed enim hoc tamquam novum aut quasi aliquo contradicente pulsatum concilio ille tuebatur seu firmabat quod obstrictos originali peccato teneret infantes. Sed cum illic alia consultatio versaretur et disceptaretur utrum lege carnis circumcisionis etiam ante octavum diem baptizare oporteret, id enim quod hoc negabat nemo consensit, quia non consulendum nec disceptandum sed firmum erat, quod haberetur animam salutem eterne perituram si hanc vitam sine illius sacramenti consecratione finiret, et quamvis ab utero recentissimi parvuli solo reatu essent peccati originalis obstricti. Quamquam illis etsi multo facilior quam aliorum sed tamen esse necessaria remissio peccatorum. Hinc certus illa tertia de octavo die questio dissoluta est, atque in concilio iudicatum homini nato ne in eternum periret omni die debere succurri, cum etiam de ipsa carnali circumcisione ratio redderetur, quod umbra esset futuri, non quo intelligeremus etiam baptismum octavo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritualiter circumcidi, qui tertio quidem die post diem passionis in diebus ebdomadarum quibus tempora provolvuntur, octavo autem post sabbatum, primo die a mortuis resurrexit. Et nunc sessio ... nove disputationis audacia

quiddam nobis facere conatur incertum quod maiores viri ad dissolvendam quedam que non illis videbatur incerta tamquam certissimum proferebant. Quando hoc enim primitus disputari cepit nescio. Illud tamen scio quia et sanctus Ieronimus qui hodie in litteris ecclesiasticis tam excellentis doctrine fama ac labore versatur ad questionem solvendam in suis libris quosdam etiam hic certissimum adhibet sine ulla disceptatione documentum. Nam in eo quod in Ionam prophetam scripsit cum ad eum venisset locum ubi quiremoratur et parvuli ieiunio castigati. Maior inquit etas incipit usque ad minorem pervenit. Nullus enim absque peccato nec si unius quidem diei fuerit vita eius et innumerabiles anni vite illius. Si enim stelle non sunt munde in conspectu dei quanto magis vermis et putredo et hii qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxii? Hunc doctissimum virum si facile interrogare possemus quam multos utriusque lingue divinarum scripturarum tractatores et christianarum disputationum scriptores commemoraret qui non aliud ex quo Christi ecclesia est constituta senserunt, non aliud a maioribus acceperunt, non aliud posteris tradiderunt. Ego quidem quamvis longe pauciora legerim non memini me aliud audisse a christianis qui utrumque acciperent testamentum, non solum in catholica ecclesia verum etiam in qualibet heresi vel scismate constitutis. Non memini me aliud legisse apud eos quos de his rebus aliquid scribentes legere potui qui scripturas canonicas sequerentur vel sequi se crederent credi ve voluissent. Unde nobis hoc negotium repente exortum sit nescio. Nam ante parvum tempus a quibusdam transitorie colloquentibus cursim in aures nostras perlatum est cum illic apud Cartaginem essemus, non ideo parvulos baptizari ut remissionem accipiant peccatorum sed ut sanctificentur in Christo. Cum talis novitate commoti essemus, quia et oportunum non fuit ut contra diceremus et non tales homines erant de quorum esset auctoritate sollicitudo, facile hoc in transactis atque oblitis habuimus. Et ecce nunc studio contra ecclesiam flammante defenditur, ecce etiam scribendo memorie commendatur, ecce res in hoc discrimen adducitur ut hinc etiam a fratribus consulamur, ecce contra disputare atque scribere cogimur. Ante paucos annos Rome quidam extitit Iovinianus qui sanctimonialibus etiam etate iam provectioribus nuptias persuasisse dicitur, non alliciendo quod earum aliquam ducere vellet uxorem sed disputando virgines sanctimonie dicatas nichil amplius fidelibus coniugatis apud deum habere meritorum. Nec tamen ei hoc in mentem venit ut asserere conaretur sine originali peccato nasci hominum filios. Et utique si hoc astrueret multo propensius vellent femine nubere si fetus mundissimos parerent. Huius sane scripta et scribendi ausus cum frater Ieronimus ad Iovinianum refellenda misisset, non solum in eis non tale aperuit vitium, verum etiam ad quedam eius vana confutanda hoc tamen certissimum de hominis originali peccato velut utique nec ipsum dubitare crederet inter illa documenta sua deprompsit. Id agens hec illa sunt: Qui dicit se in Christo manere debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare. Eligat adversarius e duobus quod vult, optionem ei damus. Manet in Christo an non manet? Si manet, ergo ambulet ut Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum polliceri, non manet in Christo quia non ingreditur ut Christus. Ille peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledixit et tamquam agnus coram tondente se sic non aperuit os suum. Ad quem venit princeps mundi huius et invenit in eo nichil. Et cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit deus. Nos autem iuxta epistolam Iacobi in multis peccamus omnes et nemo mundus a peccato, nec si unius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse a peccatis? Tenemur quippe rei in similitudine prevaricationis Adam. Unde et David dicit: Ecce in iniquitatibus conceptus sum et in delictis concepit me mater mea. Hec non ideo commemoravi quod disputatorum quorumlibet sententiis tamquam canonica auctoritate nitamur, sed ut appareat ab initio usque ad presens tempus quo ista novitas orta est hoc de originali peccato apud ecclesie fidem tanta custodie constantia ut ab eis qui divina eloquia tractaverunt magis certissimum proferretur ad alia falsa refellenda quam id tamquam falsum refutari ab aliquo temptaretur. Ceterum in sanctis canonicis libris viget huius sententie clarissima auctoritas. Clamat apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccaverunt. Unde nec illud liquide dici potest quod peccatum Ade etiam non peccantibus nocuit cum scriptura dicat in quo omnes peccaverunt. Nec sic dicuntur ista aliena peccata tamquam omnino ad parvulos non pertineant. Siquidem in Adam omnes tunc peccaverunt quando in eius natura illa insita vi qua eos gignere poterat adhuc omnes ille unus fuerunt. Sed dicuntur aliena quia nondum ipsi agebant vitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine vita unius hominis continebat. Nulla inquiunt ratione conceditur ut deus qui propria peccata dimittit imputet aliena. Remittit, sed spiritu regeneratis non carne generatis. Imputat autem non iam aliena sed propria. Aliena quippe erant cum hii qui ea propagata portarent nondum erant. Nunc vero carnali generatione iam eorum sunt quibus nondum spiritali regeneratione dimissa sunt. Sed si baptismus inquiunt mundat antiquum illud delictum, qui de duobus baptizatis nati fuerint debent hoc carere peccato. Non enim potuerunt ad posteros transmittere quod ipsi non habuerunt. Ecce unde plerumque qualiscumque error, cum homines idonei sunt his rebus interrogandis quibus intelligendis non sunt idonei. Cui enim auditori vel quibus explicem verbis quemadmodum mortalia vitiosa primordia non obsint eis quibus alia primordia immortalia inchoata sunt, et tamen obsint eis quos idem ipsi quibus iam non obsunt ex eisdem vitiosis primordiis generaverint? Quomodo id intelligat homo cuius tardiusculam mentem impedit et sue sententie preiudicium et pervicacie grave vinculum? Verum si adversus eos iam causam istam suscepissem qui omnino parvulos baptizari prohiberent aut superfluo baptizari contenderent dicentes eos ex fidelibus natos parentum meritum necessario habere debere, ad hanc opinionem convincendam laboriosius forsitan et operosius excitarer. Tunc si mihi apud obtunsos et contentiosos sic resistente nature obscuritate difficultas refellendi falsa et persuadendi vera resisteret, ad hec forte que in usu atque in promptu sunt exempla confugerem vicissim eos interrogare, ut quia eos movet quomodo peccatum quod mundatur per baptismum maneat in eis quos genuerint baptizati, ipsi explicarent quomodo preputium quod per circumcisionem aufertur maneat in eis quos genuerint circumcisi, quomodo et palea que opere humano tanta diligentia separatur maneat in fructu qui de purgato tritico nascitur. His et talibus forsitan

Utquid conatur compluribus persuadere hominibus qui mundatoris sacramentum superfluo filiis mundatorum credunt adhiberi, quem suo consilio baptizatorum parvuli baptizentur? Quoniam quidem fieri posse ut homini hinc vetustum semen et mortis in carne et immortalitatis in spiritu obsit regenerato per spiritum quod obest eius filio regenerato per carnem? Si quidem in illo remissum mundatum quod sit est in illo sibi remissum vel ... purgasse, ut ut curante ac revelante mundatum. Sic non quando quidem cum eis agimus qui contendunt baptizatorum filios baptizandos, quanto melius sic agimus ut dicamus: Vos qui asseritis de hominibus a peccati labe mundatis sine peccato nasci filios debuisse, cur non attenditis eo modo vobis posse dici de christianis parentibus christianos nasci filios debuisse? Cur ergo eos christianos fieri debere censetis? Si utique in corpore parentibus christianum non erat quibus dictum est: Nescitis quia corpora vestra membra sunt christi? An forte corpus quod de christianis parentibus natum est christianum, sed non christianam animam suscepit? Hoc vero multo est mirabilius. Nam quicumque de anima senseritis, profecto cum apostolo non eam creditis antequam nasceretur aliquid egisse boni vel mali. Aut de traduce accepta est, et sicut corpus de christianis christianum, sic anima est christiana esse debuit; aut a christo creata vel in christiano corpore vel propter christianum corpus christiana debuit creari seu mitti. Nisi forte dicetis christianos homines christianum corpus gignere potuisse et ipsum christum animam non potuisse christianam. Credite itaque veritati, et videte sicut ipse potuit quod et vos fatemini: ut de christianis non christianus, de membris christi non membrum christi, atque ut omnibus qui licet falso tamen religionis nomine detinentur, de consecratis non consecratus, ita est et ut de mundatis non mundus nasceretur. Quid respondebitis qui de christianis non christianum nasci fatemini, nisi quia non facit generatio sed regeneratio christianos? Hoc ergo et vobis reddite rationem: quia nullus a peccato nascendo sed renascendo mundatur. Ac per hoc de hominibus ideo mundatis quia renati sunt, homo qui natus renascatur ut et ipse mundetur. Potuerunt enim parentes ad posteros transmittere quod ipsi minime habuerunt: non solum sicut frumenta paleam et praeputium circumcisus, sed etiam quod et vos dicitis, fideles infidelitatem in posteros traiciunt. Quod non iam illorum per spiritum regeneratorum, sed quod in carne generati sunt mortalis seminis vitium. Nam utique quos parvulos per sacramentum fidelium fideles factos esse iudicatis, infideles natos ex parentibus fidelibus non negatis. Ait enim: Si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tamen habet traducem peccati et ipsa sola poenam meretur. Hoc enim dicit: iniustum esse dicentes ut hodie nata anima non ex massa adae tam antiquum peccatum portet alienorum. Attende obsecro quemadmodum vir circumspectus pelagius, sicut ei libro quem in primo posui verba eius scripta sensisse quod in difficili de anima quaestione videatur. Non enim ait quia anima non est ex traduce, sed si anima non est ex traduce, recte faciens de re tam obscura de qua nulla in scripturis sanctis certa et aperta testimonia possumus invenire cautius loqui potius quam fidenter. Quapropter ego quoque huic propositioni non praepropera asseveratione respondebo: Si anima non est ex traduce, qua iustitia illa est ut recens creata et ab omni delicto immunis, ab omni contagione peccati penitus libera, passiones carnis diversasque cruciatus et quod est horribilius etiam demonum incursus in parvulis sustinere cogatur? Sed enim ad hoc caro sic patitur ut non ibi anima potius quae vivit et sentit poenas luat. Hoc enim si iustum ostendi potest, quam iustum in carne quae peccata subeat originale peccatum baptismatis sacramento et gratiae misericordia consummando.

Si autem illud ostendi non potest, sed hoc posse arbitror, aut si utrumque occultum feramus et nos homines esse meminerimus, aut alias adhuc de anima opus si necesse videbitur cautela solita disputabimus. Nunc tantum illud quod ait apostolus: Per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors et ita in omnes pertransiit in quo omnes peccaverunt, sic accipiamus ne tot tantisque apertissimis divinarum scripturarum testimoniis quibus docemur praeter christi societatem quae in illo et cum illo fit cum credentes eius sacramentis et eius membris incorporamur vitam salutemque aeternam adipisci neminem posse, nimis insipienter atque infeliciter repugnare videamur. Sed enim alio sensu dictum est ad romanos: Per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, atque ita in omnes homines pertransiit, quam in illo quod dictum est ad corinthios: Per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in adam omnes moriuntur, sic et in christo omnes vivificabuntur. Nemo quippe ambigit hoc ibi de corporis morte dictum, quoniam de resurrectione corporis magna apostoli intentione quaestio versabatur. Et ideo videtur ibi de peccato tacuisse quia non erat quaestio de iustitia. Hic autem ad romanos utrumque posuit et utrumque diutissime commendavit: peccatum in adam, iustitiam in christo, et mortem in adam, vitam in christo. Quae omnia verba sermonis apostolici quantum potui satis, quantum existimo, in primo ut iam dixi illorum duorum libro pertractavi. Apud corinthios autem ibi ad corinthios locum ipsum de resurrectione tractatum sic in fine conclusit ut nos dubitare non sineret mortem quoque corporis merito accidisse peccati. Cum enim dixisset: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem et mortale hoc immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Deinde subiecit: Aculeus autem mortis est peccatum, virtus autem peccati lex. Cum ergo sicut apostoli apertissima verba declarant eo absorbebitur mors in victoriam quo corruptibile et mortale hoc induet incorruptionem et immortalitatem, id est quo vivificabit deus et mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis, manifestum est et huius mortis corporis quae resurrectioni corporis contraria est aculeum fuisse peccatum. Aculeum autem quo mors facta est, non quem mors fecit. Peccato enim morimur, non morte peccamus. Sic itaque dictum est aculeus mortis quemadmodum lignum vitae, non quod homines vita faceret, sed quo homines vita fieret. Quemadmodum et lignum scientiae per quod scientia fieret homini, non quod per scientiam suam faceret homo. Sic ergo et aculeus mortis quo mors facta est, non quem mors fecit. Sicut enim dicimus et poculum mortis quo aliquis mortuus sit vel mori potuit, non quod moriens mortuus confecerit. Aculeus itaque mortis peccatum est, peccato primo mortificatum est genus humanum. Quid adhuc quaerimus cuius mortis, utrum animae an corporis, utrum primae qua nunc omnes morimur an secundae qua tunc impii morientur? Nulla est coangustandi quaestione, nullus tergiversandi locus. Apostoli verba quibus id agebatur interrogata respondent: Cum mortale hoc inquit induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Ubi est mors victoria tua? Ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum, virtus vero peccati lex. De resurrectione corporis agebatur qua absorbebitur mors in victoriam cum mortale hoc induerit immortalitatem. Tunc ipsi morti insultabitur quae in victoriam resurrectione corporis absorbebitur. Tunc ei dicetur: Ubi est mors contentio tua? Ubi est mors aculeus tuus? Corporis

quando corpus hoc dicetur. Hanc enim absorbebit victoriosa immortalitas cum mortale hoc induerit immortalitatem. Contra ipsum corpus hoc dicetur: Ubi est victoria tua quae omnes sic viceras ut etiam dei filius tecum confligeret, te quoque non vitando sed suscipiendo superaret. Victrix es in morientibus, victa es in resurgentibus. Victoria tua qua absorbueras corpora morientium temporalis fuit. Victoria nostra qua in corporibus absorpta es resurgentium aeterna consistit. Ubi est aculeus tuus? Hoc est peccatum quo puncti et venenati sumus ut etiam in nostris corporibus fieres et ea tam longo tempore possideres. Aculeus autem mortis est peccatum, virtus vero peccati lex. Peccavimus in uno omnes ut moreremur in uno omnes. Accepimus legem non ut emendati finiremus peccatum sed ut transgressione augeremus. Lex enim subintravit ut abundaret peccatum, et conclusit scriptura omnia sub peccato. Sed deo gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Ihesum Christum, ut ubi habundavit peccatum superhabundaret gratia, atque ut promissio ex fide Ihesu Christi daretur credentibus, et vinceremus mortem per immortalem resurrectionem et aculeum eius peccatum per gratuitam iustificationem. Nemo itaque de hac re fallatur et fallat. Omnes adimit atque aufert iste sanctae scripturae sensus manifestus ambages. Quemadmodum ab origine trahitur mors in corpore mortis huius, sic ab origine tractum est peccatum in hac carne peccati. Propterea quod sanandum et a propagine attractum et voluntate auctum atque ad ipsam carnem resuscitandam medicus venit in similitudine carnis peccati, quo non est opus sanis sed aegrotantibus, nec venit vocare iustos sed peccatores. Proinde quod ait apostolus cum fideles moneret ut se ab infidelibus coniugibus non disiungerent: Sanctificatus est enim vir infidelis in uxore, et sanctificata est mulier infidelis in fratre; alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Aut sic est accipiendum quemadmodum et nos alibi et Pelagius cum eandem ad Corinthios epistolam tractaret exposuit, quod exempla iam praecesserant, ut virorum quosdam uxores et feminarum quosdam mariti lucrifecerant Christo, et parvulorum ad quos faciendos christianos voluntas christiana etiam unius parentis evicerat. Aut si quod magis verba apostoli videntur sonare et quodammodo cogere, aliqua illic intelligenda est sanctificatio qua sanctificabatur vir aut mulier infidelis in coniuge fideli, et qua sancti nascebantur filii fidelium, sive quia in menstruo cruore mulieris a concubitu continebat se quisquis vir aut femina id in lege didicerat, sive propter aliam quamlibet quae ibi aperte exposita non est ex ipsa necessitudine coniugiorum atque filiorum sanctitatis aspergine. Illud tamen sine dubitatione tenendum est quaecumque illa sanctificatio sit non valere ad christianos faciendos atque ad dimittenda peccata nisi christiani et ecclesiastica institutione et sacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles quamlibet sanctis et iustis coniugibus haereant ab iniquitate mundantur quae a regno dei separatos in damnationem venire compellit, nec parvuli de quibuslibet sanctis iustisque procreati originalis peccati reatu absolvuntur nisi in Christo fuerint baptizati, pro quibus tanto impensius loquimur quanto pro se ipsi minus possunt. Id enim agit illa disputatio cuius contra novitatem antiquae veritati resistendum est, ut infantes omnino superfluo baptizari videantur. Sed aperte hoc non dicitur, ne tam firmata salubriter ecclesiae consuetudo violatores suos ferre non possit. Sed si pupillis opem ferre praecipimur, quanto magis pro istis laborare debemus qui destitutiores et miseriores pupillis etiam sub parentibus remanebunt, si eis Christi gratia denegabitur quam pro se ipsi flagitare non possunt. Illud autem

quod dicunt sine ullo peccato aliquos homines iam nunc vivere vel in hoc saeculo vixisse vel vivere optandum est ut fiat, conandum est ut fiat, supplicandum est ut fiat, non tamen quasi factum fuerit confidendum. Hoc enim optantibus et conantibus et digna supplicatione deprecantibus quicquid remanserit peccatorum per hoc cottidie solvitur quod veraciter in oratione dicimus: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quam orationem quisquis cuilibet homini sancto et dei voluntatem scienti atque facienti praeter unum sanctum sanctorum dicit in hac vita necessariam non fuisse, vehementer errat, nec potest omnino illi ipsi placere quem laudat. Si autem seipsum talem putat, ipse se decipit et veritas in eo non est, nec ob aliud nisi quia falsum putat. Sicut ergo ille medicus quo non est opus sanis sed aegrotantibus quemadmodum nos curando perficiat in aeterna salute novit, qui et ipsam mortem quamvis peccati merito inflicta sit, non aufert in hoc saeculo eis quibus peccata dimittit, ut etiam cum eius timore superando suscipiant pro fidei sinceritate certamen, et in quibusdam etiam iustos suos quamvis adhuc excolli possint non adiuvat ad perfectam iustitiam, ut dum non iustificatur in conspectu eius omnis vivens, actionem gratiarum semper indulgentiae ipsius debeamus, et sic ab illa causa prima vitiorum omnium, hoc est a timore superbiae, sancta humilitate sanemur. Hanc epistolam dum disputatio mea brevem putaret, liber prolixus est, utinam tam perfectus quam tandem aliquando finitus. **Explicit liber tertius.**

Sententia augustini episcopi ex libro retractationum.

Eodem tempore librum de unico baptismo, amicus quidam meus nescio a quo donatistarum presbytero accepit, indicante quod Petilianus episcopus eorum Constantiniensis eum scripsisset. Hunc ad me ille attulit ac vehementer ut ei responderem rogavit. Et factum est. Librum autem meum in quo respondi eundem titulum habere volui, hoc est de unico baptismo. In quo libro illud quod dixi Constantinum imperatorem donatistis criminantibus ordinatorem Caeciliani Felicem Aptungensem non negasse accusatoribus locum, quamvis eos in Caecilianum factis criminibus calumniosos fuisse expertus, in ordine temporum postea consideratum aliter inventum est. Nam prius memoratus imperator causam Felicis audiri fecit a proconsule ubi legitur absolutus, et postea ipse Caecilianum cum accusatoribus suis audivit cognitor, innocentem ubi eos expertus est calumniosos. Qui ordo temporum per consules declaratus multo vehementius in ea causa calumnias donatistarum convincit penitusque subvertit, quod alibi ostendimus. Hic liber sic incipit: Respondere diversa sentientibus.

Incipit liber de unico baptismo.

Respondere diversa sentientibus et a regula veritatis errantibus constanter et saepius cogimur, et de his rebus quas alius atque alius diversis temporibus frequentaverint. Quod utilissimum fit et propter eorum ingenia tardiora qui putant ad dicta iam aliter legitur aliter dicta, et propter ipsam disputationum copiam, ut non solum ad diligentiores verum perveniat res, sed quibus et minus et in manus et negligentiorum incurrat. Proinde sermonem de baptismo unico ab eis conscriptum a quibus baptismus iteratur, quem mihi cum in rure simul essemus a nescio quo donatistarum presbytero acceptum dedisti, atque ut ei responderem multum petisti, si non verborum strepitu inflatum et calumniosis criminationibus aspersum, vide adiuvante domino quanta sinceritate considere. Prima illic invidia est quod nos querelantur in publico vel secreto tacentes, ergo quod hoc se debere non putant. Aut si ad loquendum cogi se dicant ut respondeant contra sentientibus, hoc est nostra causa ut respondeamus non solum contra sentientibus verum etiam contraria facientibus debere, nam illa reddunt quod in occulto nocent, quia et palam defendi cum suadent, sed in occulto noceant cum perficiunt. Nam quos coram perpetrans iterum baptizat, et tamen baptizari christianos nullus perpetrantium ignorat.

quam audit in publico. Quia non credit propter hoc in secreto. Videamus
ergo de baptismatis veritate quod dicit quia veritatis est in baptismo dicere
quia veritatem aperte timeret admittere. Ubi sit ipsius verum baptis
ma quaeritur deinde subiungit. Usque adeo meum est verum quod a me vult
cum dictum est non ab ipsis sacrilegis iterentur. Cui respondemus: sacri
legium non est quod unicum baptismum non quod tuum sed quod Christi est iterare
non audet. Christi est enim unica hominis in baptismate consecratio. Tua
est autem iniqua baptismatis iteratio. Corrigo in te quod tuum est, agnos
co quod Christi est. Hoc enim iustum est ut cum mala hominum repellimus
quaeque in illis bona dei recipimus approbemus. Hoc tamen iustum est
ut et in sacrilego non violem quod verum in eo est sacramentum. sed
sic emendem sacrilegum ut in eo reparem sacrilegium. Ita sunt
isti mali in baptismo bono, quemadmodum sunt Iudei mali in lege bona.
Itaque ut illi per ipsam legem iudicabuntur quam malitia sua
mala non fecerunt, ita et isti per ipsum baptismum iudicabuntur
quem bonum mali tenuerunt. Ergo quemadmodum Iudeus cum ad nos
venit ut christianus fiat non in eo destruimus bona dei sed mala ipsius.
Ita quod errat non credendo quod Christus iam venit natusque et passus sit
et resurrexerit hoc emendamus. Ea quae in infidelitate destituta fide
qua hec creduntur astruimus. Ita quod unius veri dei sacra
mentorum in hereditate dissuademus. Ita quae velle te quae sunt auferenda
atque mutanda prophete predixerunt demonstramus. Quia vero unum deum
colendum credit qui fecit celum et terram, quod omnia ydola gentium
et sacrilegia detestatur, quod futurum expectat iudicium, quod vitam
sperat eternam, quod de carnis resurrectione non dubitat, laudamus,
approbamus, agnoscimus. Sicut credebat credenda, sic tenebat
tenenda firmamus. Ita et cum ad nos venit scismaticus ut ca
tholicus fiat, scisma eius et heresim dissuadendo et destruendo
rescindimus. Sacramenta vero christiana si eadem in illo invenimus
et quae ad verum tenere absit ut violemus. absit ut non se
mel dicta novimus iteremus. sed dum vitia sua curamus, divina
medicamenta dispensamus, aut quando sanare quod vulneratum non est
hominem saucium et ubi sanus est vulneremus. Propterea non de aliquo re
ad fidem christianam et catholicam pertinere. Si denique de ipsa
trinitatis et unitate dissentire hereticum invenio, et tamen evan
gelica et ecclesiastica regula baptizatum intellegam hominis corrigo
non dei violo sacramentum. Loquor de Iudeis et scismaticis vel
hereticis sub Christi utique nomine errantibus. De ipsis gentilibus ydolo
rum cultoribus multa utique a nobis diversitate distantibus nonne ad
nos demonstrat apostolus non in ipsis quoque ita quod pravum est corriga
mus ut quod rectum est approbemus. Nam utique ydolatrias
et quod est gravius non tantum cultores sed et inventores simulacrorum
redarguebat ubi ait: Qui cognoscentes deum non sicut deum glorifica
verunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis
et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes se esse sapientes stulti fac
ti sunt et immutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem
ymaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpen
tium. Talia quippe novimus simulacra egyptiorum ubi et illa
ta esse multipliciora nullo quia ignominiosiora ydolatria prohibentur.
Aliquid tamen cognitionem dei negavit illos fuisse, de non potius confir
mavit dicens: Cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt. Sic
ergo istam cognitionem tamquam in medio tritici repellere et destruere cona
retur, quod etiam in sacrilegis intellexit inesse, quod absit. Vicinius
immittitur existeret? Immo quia quod immutaverunt in mendacium suum
ita et hic expressit: Immutaverunt gloriam dei in similitudinem ymaginis

corruptibilis hominis. Tale est sicut fingerent deum qualis non est deus et non
sicut eum cognoverunt, credentes hominibus. Et paulo post de talibus
dicit: Qui immutaverunt veritatem dei in mendacium et coluerunt
et servierunt creature potius quam creatori qui est benedictus in secula. Veritas
quippe creata a deo est, non deus, quem illi in mendacium converterunt cum
quasi deum colerent solem et lunam et cetera celestia atque terrestria.
Quod ergo converterunt in mendacium suum culpat detestaturque
ecclesia. Quia autem verum in doctrina quorundam multis sententiis permixta consulta
quae servavit apostolus testatur affirmat. Ita et hic eundem locu
tionem cepit ut diceret: Revelatur enim ira dei de celo super omnem
impietatem et iniustitiam hominum eorum qui veritatem in iniquitate deti
nent. Non abnegavit veritatem quam in iniquitate detinent. Et in actibus
apostolorum cum de deo uno et vero atheniensibus diceret quod in illo vivimus
movemur et sumus: continuo subiungit: Sicut quidam et vos dixerunt.
Hoc ergo quod in deo vivimus movemur et sumus, ex illa veritate est quam
et illi impii simulacrorum cultores in iniquitate detinent. Qui cognos
centes deum non sicut deum glorificaverunt. Hanc tamen veritatem sicut
videmus apud impios et sacrilegos inventam non destruxit sed confirmat
apostolus. Eius quoque vestigio ad doctores eos qui illa nesciebant
huius regule apostolice sectator episcopus Cyprianus de uno vero deo
adversus idolorum cultores stultorum quae doctores disputans multa preter testi
monia de libris eorum quos pelagios auctores habent. Hec est ex illa ve
ritate quam in iniquitate detinent. Ostendo autem mirabile est quod fecit
apostolus ut eorum fana circuiens aram quamdam inter aras demonum
inveniret in qua scriptum erat Ignoto deo. Sed hoc negando et refellendo
destrueret sed potius confirmando. Hinc etiam coepit optimissimum sue
disputationis exordium dicens: Quem vos ignorantes colitis hunc
ego annuntio vobis. Hanc utique et nos per maiores nostros contra
nos servemus apostolicam regulam ut quod est sanctum in perversis inveniamus eorum
perversitate correcta illud quod est minime violamus. Ut in uno homine
ex his qui illa tenet est sua emendemus non ex illis non nostra et sua
destruamus. Temporibus apostolorum qui dicebant: Ego quidem sum Pauli, ego autem
Apollo, ego autem Cephe, Christus non pro ipsorum sed sectorum nomina ipsi tamen
ipsa scismata faciebant. Hoc ipsorum erat quippe detestabile
vitium. Quia non sentiebant Christum per se esse constitutum et se in eius nomine
baptizatos. Non erroris eorum sed divini apud eos muneris erat.
Hanc dei veritatem in iniquitate suorum scismatum detinebant. Hanc
apostolus Paulus approbat ita per illa vitia destructa et ista destru
xit sed per hanc confirmatam illa emendanda curavit. Numquid Paulus pro
vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ut
per verum dei quod tenebant de suo falso erubescerent quod agebant.
Sic ergo dico: Video tenere fidem resurrectionis mortuorum sicut debes
sed credere iam Christum resurrexisse a mortuis quod non credebas.
Veritatem quippe dei de mortuis resurrectionem in tua iniquitate deti
nes quia Christum resurrexisse non credis. Sic ydolorum cultori dic:
Tene ab uno deo non mundum esse conditum quod tenebas, sed noli
credere deos esse ligna et lapides et opera manuum quaelibet preter illum
quem colebas. Dei enim veritatem quam credis ab ipso conditum mundum in
tua detines iniquitate quia deorum cultor vis esse falsorum. Sic etiam
heretico dico: quia sacramenta christiana sicut in ecclesia catholica tra
duntur nulla sua falsitate mutavit. Tene christianum baptismum
in nomine patris et filii et spiritus sancti sicut tenebas, sed agnosce per
ecclesiam toto sic propagatam est orbe crescere quam sacrilega voce
maledicebas. Dei enim veritatem de unitate baptismatis in
iniquitate detines tue divisionis. Corrige iniquitatem heresis signum

ne perdat te. Et noli superbire de veritate christiani sacramenti quod ibi est ut iudicare te. Ego autem absit ut sic detester integritatem tuam ut christi abnegem veritatem quam in te invenio ad dampnationem tuam. Absit ut sic te corrigam ut illud unde te corrigo destruam. Nisi forte destruere debeo verum quod invenio in aliqua hereticorum, cum apostolus non destruxit verum quod invenit in lapide paganorum. Plus est unus deus quam unus baptismus. Neque enim baptismus deus est, sed deo magnum adest quia sacramentum est dei. Et tamen ipse unus et deus etiam extra ecclesiam ab ignorantibus colebatur. Sic ergo et unus baptismus est qui etiam extra ecclesiam ab ignorantibus datur. Aut dicat si non potuisse ut deus unus et verus ab ignorantibus extra ecclesiam coleretur, videat non quid mihi sed quid ipsi apostolo valeat respondere dicenti: Quem vos ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis. Quem ob rem sicut illis non expediebat ad salutem quod verum deum ignorantes eum tamen colebant, immo et oberat ad perniciem quod et alios deos simul colerent et ideo vero deo sacrilegam iniuriam facerent; sic et nunc prodest hereticis ad salutem quod extra ecclesiam unum baptismum per ignorantiam et tradunt et tenent, immo et obest ad dampnationem quod in sacrilega integritate erroris humani et divini sacramenti non per quam mundentur sed per quam severius iudicentur detinent veritatem. Et sicut apostolus illos sacrilegos corrigebat, deum tamen verum quem extra ecclesiam ab eis ignorantibus colebatur agnoscebat potius quam negabat; sic et nos quando hereticorum sacrilege separationis errores corrigimus, baptismum tamen verum quem per ignorantiam extra ecclesiam tradunt utique agnoscere non negare debemus. Sed paulus inquit cum venisset ephesum quosdam qui se dicebant iohannis baptismate baptizatos baptizari iussit in christo. Cuius isto exemplo scismaticos et hereticos baptizandos putant. Audeat dicere si potest hereticum vel scismaticum iohannem fuisse. Hoc si nephas est dicere, potius illis hominibus quod deerat datum est, non quod erat impletum. Sed mirum si hic baptismum iohannis sic nimium arbitrantur, sive quia baptismus iohannis non erat baptismus christi. Sed tamen militans christo sicut legis veteris sacramenta precursorio quodam et prefiguratorio fungebatur officio. Si post iohannem amicum sponsi baptizandum est, inquiunt, quanto magis post hereticum baptizandum est. Potest aliquis velut mira sibi indignatione commotus dicere: Si post iohannem baptizandum est qui vinum penitus non bibebat, quanto magis post ebriosum iterum baptizandum est. Hoc ergo isti faciant si possunt: baptizent post ebriosos, si ideo post iohannem sobrium apostoli baptizarunt. Quia hic respondent non ideo se post illos non baptizare quia per eos qui baptizati sunt non eorum sed christi baptismum perceperunt, credant ergo ideo baptizatum esse post iohannem quia illi eius baptismum habuerunt, christi baptismum nondum habebant. Hoc quod est ipse sibi respondens opposuit oppositum non solvit. Ait enim: Dicat fortasse aliquis: Sed hii quos paulus iterum baptizavit baptismo iohannis abluti fuerant, non baptismo ihesu christi. Unde rebaptizari dico non oportere quos constat esse a traditoribus tamen in christi nomine baptizatos. Hoc sibi cum ipse proposuisset, attende quemadmodum frustra respondere conatus est. Huic testis, inquit, est deus ihesus christus respondens: Qui non colligit mecum dispergit. Et item: Non omnis qui dicit michi domine domine intrabit in regnum celorum. Multi enim dicent michi in illa die: Domine domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis: Non novi vos. Recedite a me operarii

iniquitatis. Perdidisse ergo illum opus non dubium est quod tamen et si in nomine ihesu christi sacrilegi tamen ausi sunt operari. Velit nolit prodere traditores sacrilegos sacramentis christum magis ostendit. Aut si et dicere audeat: In nomine tuo prophetavimus, dicet illis ut ceteris: Recedite a me operarii iniquitatis, non novi vos. Recte illis hoc dicet. Quamvis quod indignis non dissimiles omnes et baptizare et demonia pellere ceterasque mirabiles fecisse virtutes. Vide quemadmodum nulla dixit; et quod sibi ex adverso proposuit solvere omnino non potuit. Nec solum hoc, sed et nos ipsos quod adversum eos dicere debemus ammonuit. Sed enim tamen non eum adiuvant hec evangelica testimonia, sed et cause nostre plurimum suffragantur. De baptismo iohannis agebatur a quo baptizatos quosdam sicut baptizavit apostolus: non utique iohannis baptismum habentibus iterum iohannis baptismum dedit, sed christi baptismum non habentes in christo baptizari iussit. Ac per hoc neutrum destruxerit, sed utrumque distinxerit. Hoc est inde quod quam diversum videt. Aut cum sibi velut adversarius proprius obiecisset quia et hii quos traditores vocat baptismo christi non iohannis baptizant et baptizantur et ideo post eorum baptismum non readdi nec iterari oportere, hinc quibus dixit respondisse christum cum ait: Qui mecum non colligit spargit. Cum dixerit christus in eis qui mecum non colligit est quod verum et quod meum inveniunt sine se peregrinum exsufflentur destruantur. Ait et quibus dicturus est: Domine domine in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus, eis responsurum: Non novi vos. Recedite a me qui operamini iniquitatem. Numquid et hic dixit: Propter iniquitatem vestram negabo et veritatem meam in vestra iniquitate destruam? Sed enim in regnum suum recepturus est omnes in quibus invenerit aliquam veritatem, sed in quibus invenerit veritatem quamdam karitatem, que si defuerit iniquus erit. In quo tamen destruenda veritas neganda non est, sed ipsa iniquitas non destructa veritate dampnanda est. Unde et apostolus dicit: Et si sciero omnia sacramenta et omnem scientiam et si habuero omnem prophetiam et omnem fidem ita ut montes transferam, karitatem autem non habeam, nichil sum. Non dixit nichil est, sed si non habeat caritatem non sacramenta et scientiam et prophetiam et fidem, illa magna sunt; sed ipse nichil sit qui ea sine caritate habet et eorum sacramentum in sua iniquitate tenuit. Hoc et nos illis hereticis dicimus: non destruimus veritatem baptismatis quam in vestra iniquitate detinetis, sed cum vos corrigimus illa destruimus et eicimus, hanc autem agnoscimus et tenemus. Nichil itaque istum adiuvant prolata evangelica testimonia, quemadmodum autem nobis et plurimum suffragentur advertite. Ecce ipsa verba eius attende: Perdidisse ergo illum opus non dubium est quod tamen et si in nomine ihesu christi sacrilegi tamen ausi sunt operari. Hoc omnino verum est quam quod sacrilegi in nomine ihesu christi ausi sunt operari illum opus proprium perdiderunt; sed numquid ideo tamen nomen ipsum ihesu christi sacrilegum est quod eo per illum sacrilegi aliquid operantur? Aut si hoc audeat vel dementissimus dicere, quis iam iste vel paganus audeat affirmare? Unde et ipse ihesus christus cum dixisset: Qui mecum non colligit spargit, tamen cum ei discipuli dixissent quendam se vidisse qui in nomine eius demonia eiceret et prohibuisse quia cum eis dominum non sequebatur, ad hoc respondit: Nolite prohibere. Nemo enim virtutem facit in nomine meo et potest male loqui de me. In hoc itaque ille iniquus erat, quia non cum domino colligebat nec in eius gregis unitate pastorem cum discipulis sequebatur. In qua iniquitate suam veritatem detinebat alienam quia in nomine ihesu christi eiciebat demonia et de illo male non loquebatur. Huius itaque iniquitatem illis verbis dominus clamat ubi ait: Qui mecum non colligit spargit. Veritatem tamen suam in illo non negat sed potius cum dicit

solite prohibere. Nemo enim virtutem faciat in nomine meo et possit cito loqui
male de me. Hoc dominicum quoniam sequentes et nos pro viribus nostris
baptismi virtutem etiamsi quando apud vos heretici teneatis negare non possumus
improbare ac destruere non audemus. Iniquitatem autem qua cum Christo
non colligitis sed spargitis, et illam detestamur et inviolatam in ecclesia
unitate dampnamus vel quantum possumus emendamus. Respiciat ergo iste
quo errore dixerit quod sceleratius adiungit: Velit nolit, inquit, pridem tradi-
tores sacrilegis sacramentis Christum magis offendunt. Aliaque compe-
tentius et utrumque tolerabilius quos traditores dicat homines quos
esse non probat. Illud autem quis ferat quod sacrilega dicit esse sacramenta Christi
que si vel sic calumniatur a traditoribus haberentur que in nomine
patris et filii et spiritus sancti ritu evangelico celebrantur. Hic fortasse
dicat ita non esse Christi sacramentum quod a sacrilegis datur. Cur ergo non
dicit non esse nomen Christi quod a sacrilegis dicitur? Quod omnino non ausus est dice-
re. Nam perdidisse ergo illum opus non dubium est quia cum et si in nomine Ihesu
sacrilegi cum autem se operari cum et si in nomine Ihesu sicut quod
dixit non esse nomen Ihesu. Sic ergo non perdit sacrilegus qui operatur
in nomine Ihesu: sic non perdit hereticus qui baptizat vel baptizatur
in baptismo Ihesu. Sed cum sit illud non Ihesu, ita et iste baptismus
Ihesu et utrumque agnoscendo et approbando, non negando et destruendo est.
Sed curas domus dei fiat iniuria cum sacrilegorum eiusdem domus
male viventium corrigantur vitia. Ille dicat sacrilegis dicturum dominum:
Recedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Qui extra ecclesiam
baptizant vel demonia eiciunt vel aliquas virtutes in nomine Ihesu
operantur. Nos autem et intus ipsius verba dicimus omnibus his dominum esse dicturum
qui intra ipsa unitatis retia mali pisces cum bonis usque ad
litus natant. Quid enim est aliud dicere cum in vasa collectis
bonis illi mali separati piscentur, nisi Recedite a me qui operamini
iniquitatem. Nec tamen in eis Christi sacramenta destruimus: cum vel tales
baptizantes vel tales baptizatos intra eadem retia unitatis
agnoscamus. Ipsos quoque non arbitror tam esse impudentes ut audeant
dicere cum nullos malos et sceleratos qui in eorum parte sunt manifestis
flagitiis et facinoribus perditos et ignaros. Hii quoque avaros atque rap-
tores sive turbulentis seductoribus sive cruentis circumcellionibus
dominum non esse dicturum: Recedite a me qui operamini iniquitatem.
Et tamen sunt videre tenere nullos tales baptizare nullos a talibus
baptizari. Nec in eis Christi violari sacramentum et illi quibus displicet
scelera illorum. Non solum itaque nos quoque dixit cum hoc evangelica testi-
monia protulit. Unum et nos quod quoque eo dicentes commonuit. Proinde quod
sequitur gelesten dicere. Solum brevi quaestione. Vere solvit eam
sed pro nobis quia quidem dicendo in indignis non esse dissimiles eundem
baptizare demonia pellere. Certus quoque non dissimiles fecisse virtutes.
Quibus dicturus: In nomine tuo multas fecimus dicturus est: Non novi vos.
Recedite a me omnes operarii iniquitatis. Manifestum tamen unum
esse qui baptizat baptismo Ihesu Christi et qui separatus sit ab ecclesia quemadmodum
unum est qui demonia pellit in nomine Ihesu. Sed eos utrosque non ad vitam
eternam producere sed ab eternis suppliciis vindicare. Ac per hoc quemad-
modum si venirent ad ecclesiam quisquis eorum a quibus expulit demo-
nia ille quem viderunt discipuli separatum a grege Ihesu pellere
demonia in nomine Ihesu Christi, necessarium vult quod in illo sanctum fuerat
negaremus. Sed ei quod deerat adderemus. Ita quisquis extra ecclesiam fuerit
ab hereticis vel scismaticis tamen Christi baptismate consecratus cum ad
ecclesiam venerit non est negandum sacramentum unitatis quo imbutus est.

Sed adiciendum preceptum unitatis a qua separatus est, et sine qua illud
sibi esse posset, prodesse non posset. Hoc sacramus, hoc a maioribus
traditum accepimus, hoc in catholica ecclesia que toto orbe diffun-
ditur contra omnes falsitatis nebulas custodimus. Quid ergo huic a nobis
amplius disputandum est quando ipse solvit brevi quaestionem commemorando
evangelica testimonia. Quibus pro suo si contentiosus esse nollet et suum
dampnaret errorem et baptismi cognosceret veritatem. Quid itaque opus
est omnia ei illa retexere quibus arguere se videtur dicere et multa lo-
quacitate versare. Solus apud se esse unum baptismum quod et a nobis ag-
nosceretur non negaretur. Sed quisquis firmum et inconcussum tenuerit quod
verissima et inviolabilis regula veritatis ostendit: sed in unoquoque
improbandum vel emendandum quod suum atque vitiosum est. Agnoscendum autem et
acceptandum quod verum atque rectum est. Similiter invenit et quid in donati-
starum heresi detestari, et quid violare minime debeamus.
Cum enim in sua separationis iniquitate detinent baptismi veritatem, iniquitas
eorum a nobis culpatur, veritas autem baptismi utique agnoscitur et probatur.
Quod enim dicat defendendum esse baptismum Christi quem illi heretici baptizant
consequens est ut dicat negandum esse et ipsum Christum quem cum demones
confiterentur. Hic laudatus est Petrus quando dixit: Tu es Christus filius dei
vivi. Repulsi sunt demones hoc ipsum dicentes: Scimus quod sis
filius dei. Ergo illa confessio Petro fructuosa, demonibus punienda. In
utroque tamen non falsa sed vera, non neganda sed agnoscenda, non detes-
tanda sed approbanda est. Sic et baptismi veritas datur a fratribus catholicis
tamquam a Petro. Illa confessio datur a prefatis hereticis tamquam a demonibus
eadem ipsa confessio. Illos illos adiuvat, hos condempnat. In utroque
tamen agnoscenda approbanda, in neutro neganda violanda. Unde apostolus
Iacobus eos quidem redarguebat qui sufficere dicebant hominibus solam fidem
sed ei carentes operibus quoque infidelitate: eos ex illa demonum comparatione
convincit. Sic ideo se ad deum pertinere existimant quod verum de deo
credentes etiamsi bona opera adiungere fidei non curarent. Tu credis
inquit quoniam unus est deus. Et bene facis et demones credunt et contremiscunt.
Eos ideo qui de deo verum credunt et male vivunt demonibus comparat.
Non tamen illud ipsum verum quod de deo demones credunt propter odium demo-
num negando destruxit. Quam ob rem cum iste ipse quem disputa-
mus proposuit apostolum dicentem: Unus deus, una fides, ecce invenimus
eundem deum contra ecclesiam ab infidelibus coli. Ecce invenimus
eandem de uno deo fidem contra ecclesiam non solum quosdam homines
verum et demones confitentur. Sed utrumque ab apostolis confirmata potius quam
negata. Cur non sit unum baptisma in quibus extra ecclesiam consti-
tutis invenimus confirmamus potius quam negamus. Ut non ex eo quod in
illis pravum est et quod rectum est depravemus. Sed ex eo quod rectum
tenent et illud in quo depravati sunt corrigamus. Quid est ergo quod
dicit illic esse unum baptisma ubi est una fides? Prius sit probandum
ut aliquis unum habeat baptismum et non habeat unam fidem, sic
sicut potest ut unum habeat evangelium quod non recte intelligendo
falsum aliud credit de deo. Numquid propter ipsum fidei falsitatem etiam
evangelium quod verum apud eos invenitur detestandum aut emendandum
putabimus? Nec illos corinthios arbitror qui in scismata divisi
fuisse redarguuntur unam fidem habuisse in eo quod dicebant: Ego
sum Pauli, ego enim autem Cephe. Unum tamen baptismum habebant ex cuius
veritate ut illud corrigerent festinare ab eo ipso audiunt:
Numquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati
estis? Erant illic et qui mortuorum resurrectionem non credebant. Et eo

utique non uerum tenebant atque habebant fidem. Ex eo tantum quod
uerum habebant quod credebant Christum resurrexisse in quo fuerant
baptizati, dat operam apostolus ut illud curaret in quo eis fides uera
non erat, dicens: Si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit.
Ecce quem Christum resurrexisse crediderunt, et hoc in eis sanum erat,
ut illud quo sanarentur, quia resurgere mortuos errore peruerso
illi non credebant. Quam ob rem cum in scripturis sanctis canonicis
non illi inueniantur hereticos ad ecclesiam catholicam uenientes
denuo baptizatos, non nos inueniamus in eodem lauacro quem in heresi
acceperant fuisse susceptos. In hac re dum taceat pro nobis
est. Ecclesia non illi qui faciunt ut hereticos uel quos hereticos putant
denuo baptizent. Sicut nos quod facimus ut et apud hereticos
datum suscipiamus baptismum Christi nullo tamen apostolicorum expresse
confirmatur exemplo. Sed nos repperimus apostolos in quibusdam erant
uel quibusdam impietate sacrilegis non quod ueri cognouerant confir-
masse potius quam negasse. Hominum autem errorem et impietatem,
saluo quod in eis uerum inuenerant, et emendasse suum dampnasse. Hanc
regulam et in baptismi ueritate seruamus. Apud quos eam inuenimus
ita recte atque conseruatam sicut in ecclesia catholica retinetur
atque seruatur, non eam negamus atque delemus, sed manifeste quod
uiciosum, quod prauum, quod falsum in unoquoque fuit curemus corri-
gamus emendemus, aut si non possimus detestatum dampnatumque
uidemus. Proinde cum eos suscipimus non suscipimus iniquitatem eorum
qua se ab ecclesia Christi direptione sacrilega diuiserunt. Qua
calce Christianum cui deus per legem, per prophetas, per euangelium, per psalmos,
per apostolos tam multa testimonia prohibet contumeliosis et maledi-
cis criminatoribus incedere. Non eum ipsorum errore suscipimus, quia bap-
tismum Christi et apud hereticos regula ecclesiastica custoditum nolunt
agnoscere, audent destruere, sed non dubitant iterare. Cum et si
quos non solum laicos sed et clericos, non solum clericos uerum et presbyteros
et episcopos, et si in illis ecclesiis baptizati sunt quas apostoli labore suo
fundauerunt, si aliquo modo seductos ad se transire potuerint,
cathecuminos faciunt. Hec eorum detestabilia mala neque
suscipimus cum quod a se eis correctis ad nos transire non possunt.
Sicut illud sine discretione prohibemus ut hereticorum agant penitentiam
qui iam fideles ecclesiam catholicam deseruerunt quam quod illa nondum
fuerant. Sicut ad clericatum admittuntur siue ab hereticis bap-
tizati sint siue prius suscepti ad illos redierint siue apud
illos clerici uel laici fuerint. Et qui utrorum negligenter agunt
et eos forte clericos in catholica faciunt uel etiam perimuntur
quibus a diligentibus firmo iure cauetur, non tamen ipsi eis cle-
ricatum deferendum putant non quos ab illis malis uel nouerit
emendatos esse uel credunt. Ac per hoc frustra calumpniantur ecclesie
catholice, quoniam ab eius unitate nephario scelere separantur.
Ecce non nobis apostoli magis utatur: Reuelatur ira dei de celo
super omnem impietatem et iniustitiam hominum qui ueritatem in in-
iquitate detinent. Hec iam si se non correxerint et illos in-
iustos uident qui ueritatem Christiani baptismatis in iniquitate
detinent siue sacrilege separationis. Ecclesia uero catholica quia
sic de illa predicta est per omnes gentes copiosa fecunditate dif-
funditur, nullius sic emendat iniquitatem ut in eo non ipsius sa-
cramenti dominici destruit ueritatem. Quid quod iste qui licet ac fidenter
exclamat: Baptizaui securus quem tu sacrilegus contaminasti.

baptizaui in Christum. Fecit quod fecit apostolus Paulus. Legatur ubi hoc
fecerit apostolus Paulus. Et si de illis ad Ephesios uult intelligi, au-
deat ergo dicere quod eos sacrilegus Iohannis contaminarit. Et si non audet
dicere quam apertissime nephas est, desinat tandem de re multum
dissimili sancte ueritatis nebulas excitare. Sed illud quod adiungit
de episcopo Carthaginensi Agrippino, de beato martire Cypriano,
de lxx precessoribus Cypriani quod hi fecerunt et non prepositum, o quam
detestandus error est hominum qui clarorum uirorum quod non recte fecit
laudabiliter se imitari putant, a quorum ueritatibus alieni sunt.
Sic enim et multi post apostolos contra se uolunt si Christum negauerint.
Si uero et gentes iudaizare coegerit, uocatum communicauit
affectu apostolica gratia ut continuo declarauerit. Sed ei non deo presi-
dentem postea esse. Aut de primo comparari quisquis inuentus est
Christianus aut et episcopus non Christum negauit non gentes iudaizare compu-
lit. Sic et mirum gloriosissimum Cyprianum si apud hereticos uel scis-
maticos datum Christi baptismum nolebat agnoscere. Dum eos nimium
detestaretur qui a catholica unitate quam multum diligebat se-
parati dolebat, tanta eius merita usque ad triumphum martyrii
consecrata sunt ut eius caritatis qua excellebat luce illa obum-
bratio fugaretur et ut sarmentum fructuosum fieret fructuosius,
si quid habebat purgandum, nulla re alia quam passionis falce il-
lud tolleretur. Sicut nos quod baptismi ueritatem et in hereticorum iniqui-
tate agnoscimus potius quam negamus, ideo meliores Cypriano sumus
sicut non Petro quia gentes iudaizare non cogimus. Hoc de Agrippino
aliisque episcopis qui illa concilia fecisse perhibentur respondimus. Quod sic
diuisa sentiunt ut communis eis qui de hac questione sentiebant in
unitate persisterent ubi caritas cooperit multitudinem peccatorum.
Sic namque ambulantibus in ecclesie ueritate in quam peruenerant
poterat deus sicut dicit apostolus id illis reuelare quod aliter sapiebant.
Non autem tale quid modo sunt quemadmodum suscipiendi esse heretici,
quomodo nouellos istos hereticos parientium uehementer nimio detestatus
ipsa nouitate clamant. Ut credent et hi in eis quod uiolarunt quia
malo suo tenebant bonum. Ego autem ut quod de hac re sentio
breuiter dicam, rebaptizare hereticos quod illi fecisse dicuntur et
fuit humani erroris, rebaptizare autem catholicos quod adhuc
isti faciunt scelus est diabolice presumptionis. Sed uolo in solici-
tudine comitatis qui quod cum romane ecclesie per ordinem commemo-
raret episcopos inter eos commemorauit et Stephanum quem ecclesiam
militare gessisse confessus est. Cum ergo Stephanus non solum non
rebaptizaret hereticos uerum et hoc facientes uel ut fieret decer-
nentes excommunicandos esse censeret, sic aliorum episcoporum et ipsius
Cypriani littere ostendunt, tamen cum eo Cyprianus in unitate pacem per-
mansit. Quid hic dicam? Si excitant ingenia sua quantum possunt
et ut uolunt respondere contendant. Ecce duo erant uno tempore,
ut de aliis taceam, qui diuersa sentiebant. Duo erant eminen-
tissimarum ecclesiarum, romane scilicet et carthaginensis episcopi, Stephanus
et Cyprianus, ambo in unitate catholica consistentes. Cum Stephanus
baptismum Christi in nullo iterandum esse censebat et hoc facientibus
grauiter succensebat, Cyprianus autem in heresi uel scismate baptiza-
tos tamquam non habentes baptismum Christi baptizandos in ecclesia catho-
lica geminabat. Constat cum illo quod cum isto et sentiebant utrique
cum eis in unitate sisteret. Si ergo Vincentius quod ista dicunt. Et
uide eum siue separationis asserere uel excusare conantur in una

communione sacramentorum mali maculant bonos. et ideo corporaliter
discedendum a malorum congregatione credendum est: ne omnes pariter pereant.
Iam tunc cypriani et stephani temporibus perisse ecclesiam potius debebant [?]
unde donatus ipse spiritaliter nasceretur. Sed si dicere nephas iudi
cant quod uera necesse est ut sic mansit ecclesia illis temporibus usque
ad tempora ceciliani et maiorini siue donati. sic eam maculando
perdere potuerunt. Quorum in eam et ipsos sine baptismo admissi sunt
pleni omnibus peccatis et criminibus suis. si illa tunc est a cypriano et
eis qui pariter de baptismo sapiebant ab illorum communione diuiso
quam non se arbitrabantur in unitate et communione sacramentorum
christi alienis malis posse maculari. Sic potuit et deinceps
ecclesia permanere quam in toto sicut de illa dictum est et triticum cele
crescere nullo modo potuerunt communibus traditorum ac facinoro
sorum aliena crimina maculare. sicut in una area usque ad
tempus uentilationis maculari paleis frumenta non possunt. sicut
intra retia usque ad tempus litoris mali pisces bonos simul
natando non perdunt. Si nulla ergo ibi fuit sed magis unde quod
istis uelud malorum communione caueres se ab unitate christi
que toto orbe diffunditur separare: nisi forte a criminibus cri
mina mirabili arte discernunt. non de scripturis sed de cordibus
suis distinctionum regulas proferentes atque dicentes in unita
te communionis sacramentorum alia crimina aliena sine contaminatione
tolerari. traditionis autem crimen esse quod nullius sacramenti communicatione
detineri. Sed hinc diutius disputare superfluum est. presertim
cum hii et uanissime audent dicere ipsi quasi uendentes et secteres
uana se loqui. et cum ea dicunt nullo diuino testimonio fulcire ni
tuntur. Magis enim solent in ore habere quod peccatis aliorum alius con
minatur ad excusandum nephas separationis sue. Videbas fu
rem et concurrebas cum eo. et sic se contaminari peccatis alienis. et re
cedite exite inde et inmundum ne tetigeritis. et qui tetigerit
pollutum pollutus est. Et modicum fermentum totam massam cor
rumpit. et alia huiusmodi quibus non traditionis crimen ab aliis cri
minibus aliquid separatum discernunt. sed omnis peccati consociatio prohibetur.
Que cum diuina testimonia uel precepta si eo modo quo isti intelli
gerent cyprianus profecto se a stephano separaret. non cum eo in catholice
unitatis communione persisteret. Ille quippe et simoniam quam de baptismo
isti tenenda putant hereticos et scismaticos sic opinatus
baptismum non habentes admittendo in ecclesiam contaminabat peccatis
alienis. Qui uidelicet peccatis eorum que baptismo uero abluta non erant
in eis utique permanebant. Debuit ergo cyprianus ab huius communione dis
cedere. ne cum fure concurreret. ne peccatis contaminaretur alienis. ne con
tingendo inmundum inmundus fieret. ne pollutus fieret tangendo pollutum.
ne fermento corrumperetur aliorum. hoc ergo quoniam non fecit. sed cum eis
in unitate permansit. tota ipsius unitatis tunc massa corrup
ta periit et periit ecclesia que post istorum maiorini pareret
ac donati. Hoc quod dicere nullo modo audent. restat ut fate
antur bonos cum malis in sacramentorum christianorum communione
sine ulla sua labe mansisse. et usque ad tempora ceciliani per
uenisse ecclesiam christi non suis ullis hominibus malis tamquam in horreo
iam reconditam. sed adhuc commixta palea tamquam in area con
tritam. Sic ergo et deinceps potuit permanere sicut et permanet

donec ultimo iudicii die uentilata mundetur. Quid ergo sibi uolue
runt isti furore separationis illorum ab unitate corporis christi quod sicut scriptum
tum legimus: impleri iam cernitur toto orbe terrarum atque in omnibus gen
tibus dilatatur. Sic ergo dicentes sic separati sunt. Illius malus ipse se sentu
dicit. peccatum autem suum non abluit. hic non excusat non defendit
quos furore scismatico et heretica peste de domo dei exire non
timuit. Clamat non solus esse sicut apostolus paulus cum fratribus falsis
de quibus in suis epistolis ingemuit. et sicut cyprianus cum eis quos sine
baptismo suis peccatis potius plenos estimabat. et admitti ad ec
clesiam ab stephano sciebat. Ita in ecclesia cum eos quos ciuitatis nouatur
sunt putabat sine ulla sui contaminatione persistere. si bonos propter
malos desereret. sed malos propter bonos potius tolleraret. tamquam gra
num cum palea pondere caritatis triticum ferens non tamquam leuis
simus puluis aut ad uentilationem flatibus cedens. eo quippe modo
et cum iniquis quos necesse est usque ad litus retia illa contineant
in unitate catholica perseuerans. non tantum cum sine contagione. non
peccatis contaminare alienis. non cuiusquam inmundi contactione macu
laretur. non pollueretur tangendo pollutum. non cuiusquam fermento corrum
peretur. hec enim sunt consentiendo peccatorum que per feminam serpens hominem
primum et in paradiso felicitate decepit. non communione sacramentorum
in qua cum discipulis iudas immundus mundus communicare non potuit.
Quando malus autem cum quibus dei sacramenta communicant et non in area non
in horreo iam tantum boni discedendi et separantur morum dissimilitudine
non corporum segregatione altercando non ad alia conuenticula ueni
endo. Sic non cum malis unum sunt. non ab ecclesie unitate disce
dunt. Quid ergo nobis nescio quorum traditorum crimen exaggerant
quos tamen non ipsos umquam conuincere potuerunt. Sed si eos quos illorum calump
mas defendimus. quando eos homines etiam uidebimus agere non eccle
siis quoniam et ubicumque traditores fuisse. et non tantum tempore persecutionis
sed et ipsorum quos crimine compellebant. et omnium omnino facinorosorum fla
gitiosorum sacrilegorum admittebat stephanus in ecclesiam. et istos.
quod si baptismum non habebant: omnia peccata quorum omnia et horrenda co
mitterant in eis erant. et eos illos sine ulla remissione permane
bant. tales admittebat stephanus. cum talibus erat in unitate
catholica cyprianus. Nec tamen periit sed perseuerauit ecclesia. Non
ergo quemquam in eius unitate maculant aliena peccata. Frustra
ille malus ad similia perire conuertit. frustra se uultu
dicat. peccatum autem suum abluere an forte dicunt isti eos quos
stephanus admittebat ipsius unitatis participatione mundatos quia
caritas cooperit multitudinem peccatorum. Verum dicunt. hoc enim et
nos dicimus. quando eos ad unitatem uel urgemus ut redeant uel
monemus. Hoc autem postea iam et nulla inter nos baptismi questio
remanebit. Si enim apud hereticos baptizati cum ad ecclesiam ue
niunt unitatis ipsius caritate mundantur. profecto non cum rebap
tizantur. Vides itaque in hac similitudine cum me credere noluisti. quod
multa dixit ille pro nobis. Quid ergo iam opus est ut eorum ruina
ne ecclesie quos in credibilibus calumpniis nectunt et obiecta ab
eo crimina diluamus. Marcellinus et presbyteri eius. Miltiades. Mar
cellus. et Siluester traditionis codicum diuinorum et thurificationis ab
eo crimine arguuntur. Sed numquid ideo et conuincuntur aut conuicti aliqua
documentorum firmitate monstrantur. Ipse sceleratos et sacrilegos

fuisse dicit. ego innocentes fuisse respondebo. Quid laborem probare defensionem meam, cum ille non tenuerit probare conatus sit accusationem suam? Sed humanitas illa in rebus humanis puto nos iuste posse reprehendi, si ignotos homines quos criminantur inimici non eorum crimine ulla testificatione demonstrato nocentes potius quam innocentes crediderimus. Quia si forte se aliter habet, ipsi certe humanitatem debitam reddimus, cum homo de homine nisi mali temere suspicatur, nec cuiquam criminanti facile creditur, quando sine teste ac sine ullo documento crimen obiciens maledicus potius conviciator quam veridicus accusator existit. Huc accedit quod Miltiade tunc episcopo ecclesie romane presidente ex precepto Constantini imperatoris ad quem causam illam cum accusatores episcopi carthaginensis ecclesie Ceciliani per Anulinum proconsulem detulissent, idem Cecilianus innocens pronuntiatus est. De quo iudicio cum maiores istorum importunissima pervicacia commemorato imperatori conquererentur quod non plene iudicatum fuisset, sententiam cum atque deprompserint: nunc de Miltiadis traditione vel turificatione dixerunt ad cuius audientiam non venire umquam debuerunt. Hoc potius aut suggerendum imperatori aut ut suggererent monerent quod apud traditionem codicum divinorum et ydolorum sacrificiis ignarum causam suam agere non deberent. Cum hoc ergo non ante suggesserint non postea quam eos pro Ceciliano iudicatum est alteram victi et irati obiciendum putaverint, quid nisi mallent cum sero conficte calumpnias quam et innocentia Ceciliani Miltiadis iudicis decolorare fuissent, et ipsi romana ecclesia ubi non dampnare quemquam suo quolibet iudicio potuerunt non aliquem suorum velud in locum subrogare dampnati. Contra quem paucissimi alterius partis sue primo Terrecenses adventicios fuerunt longe quam mitterentur. quos istius nominati commemorare non puduit dum decepte plebecule quibus priores episcopos ordinarent. Item episcopum Aptugnensium Felicem per quem Cecilianum peregrinorum apud imperatorem accusaverunt quod ipse esset manifestissimus traditor: et ideo Cecilianus episcopus esse non posset, quia ab illo traditore fuit ordinatus. Tunc Constantinus non huic eorum accusationi negavit locum, quamvis eos in Ceciliani ficeret criminibus calumpniosos fuisse expertus: et ideo precepit ut cum Felicis discuteretur in Africa. Discussa est a proconsule Eliano. Felix quoque innocens declaratus est. Extant gesta proconsularia. Qui voluit sumat et legat. Hoc autem non solum ad innocentiam Ceciliani demonstrandum cumulum prestiterit ipsique Felicis evidentissima purgatione atque illorum calumpnias declarandas que est fonte omnium malorum in concilio suo dixerunt. Xum est ad cogitandam Miltiadis ab eorum criminatoribus purissimam vitam. Si forte quisquam tam sit insipiens ut credat eos cum Felici non pepercerint a quo Cecilianus fuerat ordinatus, Miltiadi pepercisse a quo fuerat absolutus, si illius episcopi vitam quamvis nullum ullius conscientie pere misset saltem qualibet fama culpassent. An vero quod de foro Aptungensium Felicem fuerat ab istis accusatores et quod in capitolio romanorum fieri fuerat tacerent? De Mensurio autem quid respondeam cum ab eius tempore usque ad obitum plebis unitatis nulla gesta et ipse quoque littere Secundi Tigisitani quibus reprehensus asserentur eos ad se tunc pacifice scripsisse confirmant. atque in collegii societate mansisse. Iam vero quod est de Circensi ecclesia dicere voluit et episcopos ibi catholicos maledictis insectatur et quibus voluit quod aliud egit nisi ut usurpando sacros et nostrorum tempori unos nobis quoque optet cognitos

satis ostenderet quod est de ignotis quibus ille maledicit sentire debeamus? Proinde si presbiteri ante paucissimos annos defuncti et Fortunatus qui in corpore adhuc est atque illi successit episcopo quem operanti sunt. isti sunt et illi traditores quos longe a nostris temporibus ignotissimos accusare non cessat et illorum nobis fama ab illarum oppidis vita notissimam. non sane parvam parvi quoque gloria conscientia nostra si ab inimicis ecclesie cum ipsa ecclesia criminamur. eius tamen defensio non eorum hominum defensione consistit quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Petrus quoque Cleticique fuerunt Marcellinus Marcellus Silvester Miltiades Mensurius Cecilianus atque alii quibus obiciunt pro sua dissensione quod volunt. Nichil preiudicat ecclesie catholice toto orbe terrarum diffuse. Nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate dampnamur. Si boni fuerunt in aree catholice terrarum tamquam grana mundata sunt. Si mali fuerunt in aree catholice terra tamquam stipule contriti sunt. Inter illam aream boni et mali esse possunt. extra eam boni esse non possunt. Quisquis ab hac unitate non vero superbe tamquam sola palea separatur aree dominice propter commixtam paleam quod calumpniantur. Illos quoque dicimus si tamen dicamus. Xum est licitarum monumentis ecclesias et publicas quas scripsimus Tigisitanum concilio cum suo colligato consilio Cecilianum dicunt esse dampnatum confessis traditoribus ne scisma fieret pacem dedisse cum eidem ipsi a presbiterio Limatensi crimen traditionis fuisset obiectum. dicimus Victorem Russicadiensem Donatum Calamensem Donatum Mascul tanum Marinum ab Aquis Tibilitanis Silvanum convictos fuisse traditores. eosdem quoque qui traditorum severissimos dampnatores se prelatos ut ecclesiasticis et municipalibus et iudicialibus gestis. Sed non ideo traditores sunt omnes in parte Donati quia tales ibi fuerunt. sicut ideo innocens est pars Donati si illi innocentes a traditionis iniquitate monstrentur. Quilibet enim audiunt scriptum Quod tu cuiquam calumpniamur de peccato alieno. vel quisquam tuum calumpnia formidamus. anima enim que peccaverit ipsa morietur. Et unusquisque proprium honus portabit. Et qui manducaverit et biberit indigne non aliam hic sed iudicium manducat et bibit. Et sinuntur utraque crescere usque ad messem. sic enim autem quam colliguntur zizania eradicentur simul et triticum. et quamvis opertis pascuis hedi agni quoque pascuntur donec a pastore qui erat venit non possunt segregentur. Et quod omni genere piscium retia complentur unitatis donec ad ultimum litoris educatur. Illi quoque istius sua propria sarcinam sibi preiudicant qui propter aliena peccata iuste se dicunt ab orbis christiani communione separatos. Per hanc enim absurdam insanam quoque opinionem ipsi faciunt ut eis quicumque suorum peccata omnibus imputentur. Que si iniustum arbitrantur veri sunt omnes cum apud se in uno homine iniusti manifestissimi criminis. Si autem hoc sic iniustum et iniustum esse cognoscitur: veri sunt omnes iniquissime separatores. Iam vero quemadmodum in hoc Simone de unico magis baptismo constituit. Ut inde certa et nulla disputatione concludatur sic in ipsa unitate aree dominice non propter bonos laudandi sunt mali: non propter malos deserendi sunt boni. ut in uno homine non propter id quod in eo integrum est. eius et accipienda perversitas. nec propter id quod in eo perversum est negari eius debet integritas. quia et in iudeis iniquitate detinentur veritas resurrectionis mortuorum: et in gentilium iniquitate detinetur veritas unius dei qui condidit mundum et iniquitate eorum qui cum Christo quod non colligunt spargunt. detinetur veritas qui in eius nomine pellunt spiritum immundum. et in templorum sacrilegorum

iniquitate inueniatur ueritas qua contenti sunt christum. Sic et in
hereticorum iniquitate inuenta ueritas non neganda est que detinet
baptismi sacramentum. Explicit liber sancti Aug. de unico baptismo.

Incipit epistola sancti augustini ad probam.

Augustinus episcopus seruus christi seruorumque christi religiose famule dei
probe in domino dominorum salutem. Petisse te et promisisse
me recolens ut de orando deum ad te aliquid scriberem ubi illo
donante ipso cui oramus tempus facultasque concessa est. oportuit
ut debitum meum iam iamque persoluerem. et pio studio tuo in christi
caritate seruirem. Quam me autem letificauerit ipsa petitio tua
in qua cognoui quantam rei tante curam geras. uerbis explicare non
possum. Quid enim magis oportuit esse negotium uiduitatis tue quam
persistere in oratione nocte ac die secundum apostoli admonitionem. Ille quippe
ait. Que autem uere uidua est et desolata sperauit in deo
et persistit in orationibus nocte ac die. Unde mirum uideri potest cum te secundum
hoc seculum nobilis diues et tante quoque familie mater. et ideo
licet uidua non tamen desolata. quomodo occupauerit cor tuum precipu
e quod tibi uendicauerit orandi curam. nisi quia prudenter intelligis quod
in hoc mundo et in hac uita nulla anima possit esse secura. Proinde
qui tibi eam cogitationem dedit. profecto facit quod discipulis
suis non pro se ipsis sed pro humano genere contristatis et desperantibus quemquam
posse saluari postea quam ab illo audierunt facilius esse camelum
intrare per foramen acus quam diuitem in regnum celorum. mirifi
ca et misericordissima pollicitatione respondit. Deo esse possibile quod hominibus
impossibile est. Cui ergo facile est ut et diues intret in regnum celorum
inspirauit tibi piam sollicitudinem de qua me consulendum pu
tasti. quomodo tibi sit orandum. Ille namque cum esset hic adhuc
esset in carne. in regnum celorum zacheum diuitem misit. et resur
rectione atque ascensione glorificatus multos postea diuites imperito sancto
spiritu fecit huius seculi contemptores. et facta desideriorum cupiditate
ditiores. Quomodo enim tu sic studeres orare deum. si tu sperares in eo.
Quomodo autem sperares in eo si sperares in incerto diuitiarum. et contempneres
preceptum saluberrimum quod apostolus ait. Precipe diuitibus huius mundi non
superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum. sed in deo uiuo qui
prestat nobis omnia habundanter ad fruendum. diuites sint in
operibus bonis. facile tribuant. communicent. thesaurizent sibi
fundamentum bonum in futurum ut apprehendant ueram uitam.
Debes itaque pro amore huius uite uere et desolatam te reputa
re in hoc seculo. in quantalibet eius felicitate uerseris. Sicut enim illa uera
uita in cuius comparatione ista que multum amatur quantumlibet iocun
da atque producta sit non uita dicenda est. sic est et solatium uerum
quod per prophetam promisit deus dicens. Dabo illis solatium uerum
pacem super pacem. sine quo solatio quecumque sunt terrena solatia
magis inueniuntur desolatio quam consolatio reperiuntur. Diuitie quippe atque
fastigia dignitatum cetera quoque huiusmodi quibus se felices putant esse
mortales uere illi felicitatis expertes. quid afferunt consolationis
cum sit eis non indigere quam eminere prestantius. Et plus ex
cruciant adepta timore amittendi. quam concupita adipiscendi
ardore. Talibus bonis non fiunt homines boni. sed aliunde boni fac
ti bene utendo faciunt ut ista sint bona. Non sunt ergo in his uera so
latia. sed ibi potius ubi uera uita. Nam inde necesse est fiat ho
mo beatus. unde fit bonus. Homines autem boni etiam in hac uita uidentur
prestare non parua solatia. Nam si paupertas angit. si luctus

mestificat. si dolor corporis inquietat. si contristat exilium. si
ulla alia calamitas uexat. adsint boni homines qui non solum gau
dere cum gaudentibus. uerum etiam flere cum flentibus nouerint. et salubriter
alloqui et colloqui sciunt. plurimum illa aspera leniuntur. releuantur gra
uia. superantur aduersa. Sed ille hoc in eis et per eos agit qui spiritu
suo bonos fecit. Ergo si diuitie confluant. si nulla orbitas acci
dat. adsit sanitas carnis. incolumes habitent in patria. coha
bitent mali homines. in quibus nemo sit cui fides habeatur. a quibus non dolus
fraus. ire. discordie. insidie sustineantur atque timeantur. Nonne
illa omnia fiunt amara et dura. nihil adsit leti uel dulcis? Ita
ita in quibuslibet rebus humanis nihil est homini amicum sine homine amico.
Sed quotusquisque talis inuenitur de cuius animo et moribus sit in hac uita
certa securitas? Nam sibi quisque nemo alter alteri notus est
ut sit de sua crastina conuersatione securus. Proinde quamuis ex fructibus
suis illi cognoscantur. et alii quidem proximos bene uiuendo letifi
cent. alii male uiuendo contristent. tamen propter humanorum animorum igno
ta et incerta rectissime apostolus admonet ut non ante tempus quicquam iudi
cemus donec ueniat dominus et illuminet abscondita tenebrarum et manifestet
cogitationes cordis. et tunc laus erit unicuique a deo. In huius ergo uite
huius tenebris in quibus peregrinamur a domino quamdiu per fidem ambulamus non per
speciem. desolatam se debet anima christiana reputare. ne desistat orare.
et scripturarum diuinarum sanctarum quasi lucerne in obs
curo loco posite fidei oculum intendere donec dies lucescat et
lucifer oriatur in cordibus nostris. Huius enim lucerne quasi fons ineffabi
lis lumen illud est quod sic lucet in tenebris ut non comprehendatur a tenebris.
cui uidendo corda nostra fide mundanda sunt. Beati enim mundo corde quoniam
ipsi deum uidebunt. et scimus quia cum apparuerit similes ei erimus.
quoniam uidebimus eum sicuti est. Tunc erit uera uita post mortem
uerumque solatium post desolationem. Illa uita eruet animam
nostram de morte. et illud solatium oculos nostros a lacrimis. et quoniam
ibi iam non erit ulla temptatio. sequitur in eodem psalmo pedes nostros a lap
su. Porro si nulla temptatio. iam nulla oratio. Non enim adhuc promissi boni
expectatio. sed redditi contemplatio. Unde placebo inquit domino in re
gione uiuorum. Ubi tunc erimus non in deserto mortuorum ubi nunc
sumus. Mortui enim estis ait apostolus. et uita uestra abscondita est cum christo
in deo. Cum christus apparuerit uita uestra. tunc et uos apparebitis cum
ipso in gloria. Hec est uera uita quam iubentur bonis operibus apprehendere
diuites. et ibi est uerum solatium. Quo solatio nunc uidua desolata
est que filios et nepotes habet et domum suam pie tractat. agens cum
omnibus suis ut ponant in deo spem suam. dicit tamen in oratione.
Sitiuit tibi anima mea. quam multipliciter et caro mea. In terra
deserta et sine uia et sine aqua. Quod est ista morientium uita:
quantislibet mortalibus solatiis frequentetur. quibuslibet itinerantibus
comitetur. quantislibet rerum copiis cumuletur. Nosti quippe ista omnia
quam incerta sint. et in illius promisse felicitatis comparatione quid esset etiam
si incerta non essent. Hec dixi quoniam me uidua diues
et nobilis et tante familie mater de oratione consulis. ut etiam in
hac uita permanentibus et obsequentibus tuis te sentias desolatam.
studium utique apprehende uite ubi est uerum certumque solatium. Ut imple
bitur quod in propheta dictum est. Saciati sumus mane misericordia tua
et exultauimus et iocundati sumus in omnibus diebus nostris. Iocundati sumus
pro diebus quibus nos humiliasti annis quibus uidimus mala. Antequam ergo
ista consolatio ueniat. quantislibet temporalium bonorum felicitatibus confluas

ut persistas in orationibus nocte ac die desolatam esse te memineris. Non enim apostolus quamcumque viduae tribuit hoc munus, sed quae vere vidua est et desolata sperat in domino et persistit in orationibus nocte ac die. Quod vero sequitur vigilantissime cave: Quae autem in deliciis agit vivens mortua est. Agit enim homo in his quae diligit, quae pro magno appetit, quibus beatum se esse credit. Quod ergo scriptura dixit de divitiis: Divitiae si affluant ne apponatis cor, hoc et de deliciis tibi dico: Deliciae si affluant ne apponas cor. Non ideo te magnipendas quia non desunt, quia affatim suppetunt, quia velut ex fonte largissimo terrenae felicitatis fluunt. Omnino haec in te despice atque contempne, nec in his quicquam requiras praeter integram corporis valitudinem. Haec enim contempnenda non est propter necessarios usus vitae, donec mortale hoc induatur immortalitate, hoc est vera et perfecta et perpetua sanitate, quae nec terrena infirmitate deficiens corruptibili voluptate reficiatur, sed caelesti firmitate persistens aeterna incorruptione vegetetur. Nam et ipse apostolus dicit: carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis, quia geritur cura carnis, sed ad necessitatem salutis. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit, sicut ipse idem dicit. Hinc est quod et Timotheum nimium sicut apparet corpus castigantem admonet ut modico vino utatur propter stomachum suum et frequentes infirmitates suas. Has ergo delicias in quibus vidua sic agit, hoc est in quibus delectatione cordis haeret atque habitat, vivens mortua est, multae sanctae et sanctae omni modo caventes ipsas velut matres deliciarum divitias dispergendo pauperibus abiecerunt, et alio modo in caelestibus thesauris potius condiderunt. Sed si tu devincta aliquo pietatis officio non facis, tu scis quam de his rationem reddas deo. Nemo enim scit quid agatur in homine nisi spiritus hominis qui in ipso est. Nos non debemus ante tempus quicquam iudicare, donec veniat dominus qui et illuminet abscondita tenebrarum et manifestet cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuique a deo. Pertinet tamen ad vidualem curam tuam, deliciae si affluant ne apponas cor, ne in eis putrescendo moriatur quod sursum debet esse ut vivat. Te in eorum numero deputato de quibus scriptum est: Vivent corda eorum in saeculum saeculi. Audisti qualis ores, audi quid ores. Unde me maxime consulendum putasti, quoniam te permovet quod ait apostolus: Quid enim oremus sicut oportet nescimus. Et timuisti ne magis tibi obesset non sic orare quam oportet quam non orare. Quod breviter dici potest: Ora beatam vitam. Hanc enim omnes homines habere volunt. Nam et qui pessime et perdite vivunt, nullo modo viverent ita, nisi eo modo se esse vel posse beatos putarent. Quid ergo aliud te oportet orare, nisi quod cupiunt et mali et boni, sed ad quod non perveniunt nisi boni? Hic forsitan quaeras quid sit ipsa beata vita. In cuius quaestione multorum philosophorum ingenia otiaque contrita sunt, qui tamen eam tanto minus invenire potuerunt, quanto minus eius fontem honoraverunt, eique grati non extiterunt. Prius itaque attende utrum acquiescendum sit eis qui dicunt eum beatum esse qui secundum suam voluntatem vivit. Sed absit ut hoc esse credamus. Verum quid si ea nequiter velit vivere? Nonne tanto miserior esse convincitur, quanto facilius mala voluntas eius impletur? Merito hanc sententiam et ipsi qui sine dei cultu philosophati sunt respuerunt. Nam quidam eorum vir eloquentissimus ait: Ecce autem non philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum omnes aiunt esse beatos qui vivunt ut ipsi velint. Falsum id quidem est. Velle enim quod non deceat id ipsum miserrimum. Nec tam miserum est non adipisci quod velis, quam adipisci velle quod non oporteat. Quid tibi videtur? Haec illius sententia ab ipsa veritate per quemlibet hominem dicta sunt. Possumus ergo hic dicere quod apostolus ait de quodam cretensi cuius eius sententia placuisset: Testimonium hoc verum est. Ille ergo beatus est qui habet omnia quae vult, et nihil vult male. Quae cum ita sint, vide iam quae homines non indecenter velle. Alius vult coniugari, alius coniugio viduatus deinceps continenter eligit vivere, alius in ipsis nuptiis continentiam. Et si aliud hic alio melius reperitur, nullum tamen istorum possumus dicere quod velle non deceat. Sic et adoptare filios nuptiarum scilicet fructum, et eis qui suscepti fuerint vitam ac salutem; quod votum plerumque occupat et continentia vidualis. Nam et spreto coniugio iam non optare et filios generare, optare tamen quos generavit incolumes vivere. Ab hac omni cura immunis est virginalis integritas. Habent tamen omnes caros et caras quibus non indecenter optent temporalem salutem. Sed cum istam salutem in se ipsis et in eis quos diligunt adepti homines fuerint, numquid possumus eos dicere iam beatos? Habent enim aliquid quod non decet velle. Sed si alia maiora non habent atque meliora et utilitatis decorisque pleniora, a beata adhuc vita longe absunt. Placet ergo ut praeter salutem istam temporalem optent sibi ac suis honores et potestates? Sane si ut per haec consulant eis qui vivunt sub eis, non propter haec ipsa, sed propter aliud quod inde fit bonum, decet ea velle. Si autem propter inanem fastum elationis pompamque superfluam vel etiam noxiam vanitatis, non decet. Quocirca si optent sibi ac suis et sufficientiam rerum necessariarum, de qua sic apostolus loquitur: Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus. Victum et tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum et temptationem diaboli, et desideria multa stulta et noxia quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix enim omnium malorum est avaritia, quam quidam appetentes a fide erraverunt et inseruerunt se doloribus multis. Hanc ergo sufficientiam non indecenter vult quisquis vult, et non amplius vult. Aliquin non ipsam vult, et ideo non decenter vult. Hanc optabat et pro hac orabat qui dicebat: Divitias et paupertatem ne dederis mihi; constitue autem mihi quae necessaria sunt sufficienter, ne satiatus mendax efficiar et dicam: Quis me videt? aut pauper factus furer et iurem nomen dei mei. Vides certe istam sufficientiam non appeti propter se ipsam, sed propter salutem corporis et congruentem habitum personae hominis, quo inconveniens non sit eis cum quibus honeste officioseque vivendum est. In his itaque omnibus incolumitas hominis et amicitia propter se ipsa appetuntur; sufficientia vero rerum necessariarum non propter se ipsam, sed propter duo superiora quaeri solet, cum decenter quaeritur. Incolumitas porro in ipsa vita ac salute atque integritate animi et corporis constituta est. Item et amicitia non angustis finibus terminanda est; omnes enim quibus amor et dilectio debetur amplectitur, quamvis in alios propensius, in alios suspensius inclinetur. Pervenit autem usque ad inimicos, pro quibus etiam orare praecipimur. Ita nemo est in genere humano cui non dilectio, etsi non pro mutua caritate, pro ipsa tamen communi natura debeatur. Sed his nos multum iuste ac delectanter a quibus invicem sancte casteque diligimur. Ista cum habentur ut teneantur, cum autem non habentur ut habeantur orandum est. Hoccine totum est et haec sunt omnia quibus beatae vitae summa colligitur? An aliquid aliud veritas docet quod his omnibus praeferatur? Nam et ista sufficientia et ipsa incolumitas vel sua vel amicorum, quamdiu temporalis est, pro ipsa aeternae vitae adeptione abicienda est. Quamvis sanitas corporis, animus tamen nullo modo sanus existimandus est qui non temporalibus aeterna praeponit. Sed enim utiliter vivitur in tempore, nisi ad comparandum meritum quo in aeternitate vivatur. Ad illam ergo unam vitam quae cum deo et de deo vivitur, cetera quae utiliter et decenter optantur sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmet ipsos diligimus, si deum diligimus, et ex alio

precepto proximos nostros sicut nosmetipsos vera diligimus:
sive eos ad dei similem dilectionem quam in nobis est perducamus. Deum
quoque diligimus propter se ipsum: et nos et proximos propter ipsum. Sed nec cum ita
vivimus: iam nos in ipsa beata vita constitutos existimemus. quasi nil
sit amplius quod oremus. Quomodo enim iam beate vivimus cum illud adhuc
desit propter quod unum bene vivimus? Ut quid ergo per multa dispergimur
et querimus quid oremus. timentes ne forte sicut non oportet oremus. Ac non
potius cum psalmo dicimus: Unam petii a domino hanc requiram ut inhabitem
in domo domini per omnes dies vite mee. ut contempler delectationem
domini et visitem templum eius. Ibi namque omnes dies non veniendo
et transeundo fiunt omnes. nec incipit alter cum finis alterius. omnes
sine fine simul sunt. Ubi nec ipsa vita habet finem cuius illi dies sunt.
Propter hanc adipiscendam beatam vitam: ipsa vera beata vita orare
nos docuit. non in multiloquio tamquam eo fiat ut exaudiamur quo
loquaciores sumus. cum eum oremus qui novit sicut ipse dominus ait quid
nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo. Unde mirum videri potest
quamvis multiloquium prohibuerit. quomodo nos orare sic adhortatus sit qui
novit quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo. ut diceret
oportere semper orare et non deficere. Vidue cuiusdam proposito exemplo que
de suo adversario cupiens vindicari: iudicem iniquum sepe in-
terpellando flexit ad audiendum non iustitia vel misericordia permotum
sed tedio superatum. ut hinc admoneremur quam certus nos exaudiat
misericors et iustus dominus deus sine intermissione orantes: quando
illa non ab iniquo et impio iudice potuit assidua interpellatione
contemni. et quam libens atque placatus bona desideria impleat eorum
a quibus aliena peccata novit ignosci. si quod cupiebat illa per-
venit: que voluit vindicari. Ille quoque cui amicus de via venit
nec quod ei apponeret habebat. ab amico autem cupiens commodari tres
panes quibus forsitan ipsa trinitas unius substantie figurata est. iam cum
suis dormientem petendo instantissime et molestissime excitavit
ut daret ei quantos vellet magis et ipse vitando tedium
quam benivolentiam cogitando. ut hinc intelligeremus si dare cogitur
qui cum dormiat a petente excitatur invitus quanto det benignius
qui nec dormire novit. et dormientes nos excitat ut
petamus. Hinc est et illud. Petite et accipietis. querite et invenietis.
pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit. et
querens invenit. et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo a quo
filius suus panem petit. numquid lapidem porriget ei? aut
si piscem petit. numquid serpentem porriget ei? aut si ovum petit
numquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nos-
tis bona data dare filiis vestris. quanto magis pater vester celestis
dabit bona petentibus se. Cum ergo tria illa que commendat apostolus fides
significetur in pisce. vel propter aquam baptismi. vel quia in huius seculi fluctibus
integra est. cui contrarius est ille serpens qui ut non crederetur deo vene-
nosa fraude persuasit. Spes in ovo. quia vita pulli nondum est
sed futura est. nec iam videtur sed adhuc speratur. Spes enim que videtur
non est spes. cui contrarius est scorpius. Quisquis enim sperat eternam vitam quod
retro est obliviscitur et in anteriora se extendit. cui noxium est retro
respicere. Scorpius autem ex ea parte cavendus est qua venenatum et
aculeatum retro habet. Caritas in pane. Maior enim bonorum
caritas. et in cibis utique vincit ceteros panis utilitas. cui contrarius
est lapis. quia dura corda respuunt caritatem. Sive aliquid aliud
congruentius ista significent. tamen qui novit bona dare filiis suis

petere nos et querere et pulsare compellit. Quid quod faciat qui
novit quid nobis necessarium sit priusquam petamus ab eo: movere animum
potest. nisi intelligamus quod dominus et deus noster non voluntatem nostram sibi velit
innotescere quam non potest ignorare. Sed exerceri in orationibus desiderium nostrum
quo possimus capere quod preparat dare. Illud enim valde magnum est. sed
nos ad accipiendum parvi et angusti sumus. Ideo nobis dicitur. Dilata-
mini. ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Tanto quippe illud
quod valde magnum est. quod nec oculus vidit quia non est color. nec auris
audivit quia non est sonus. nec in cor hominis ascendit quia cor hominis illuc
debet ascendere. sumemus capacius: quanto id et fidelius credimus et speramus
firmius. et desideramus ardentius. In ipsa ergo fide et spe et caritate
continuato desiderio semper oramus. Sed ideo per certa intervalla horarum
et temporum etiam verbis rogamus deum. ut illis rerum signis nos ipsos
admoneamus. quantumque in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis inno-
tescamus. et ad hoc augendum nos ipsos acrius excitemus. Dignior
enim sequitur effectus: quem ferventior precedit affectus. Ac per hoc et quod
ait apostolus. Sine intermissione orate. quid est aliud quam beatam vitam que
nulla nisi eterna est ab illo qui eam solus dare potest sine intermissione
desiderate? Semper ergo hanc a domino deo desideremus et semper oremus.
Sed ideo ab aliis curis atque negotiis quibus ipsum desiderium quodam-
modo tepescit certis horis ad negotium orandi mentem revocamus
verbis orationis nos admonentes in id quod desideramus intendere. ne
quod tepescere ceperat omnino frigescat. et penitus extinguatur
nisi crebrius inflammetur. Unde et illud quod idem apostolus ait. Postula-
tiones vestre innotescant apud deum: non sic accipiendum est tamquam
deo innotescant qui eas et antequam essent utique noverat. sed nobis in-
notescant apud deum per tolerantiam. non apud homines per iactan-
tiam. Aut forte innotescant etiam angelis qui sunt apud deum. ut
quodammodo eas offerant deo et de hiis consulant. et quod deo iubente
implendum esse cognoverint sicut oportere illi cognoverint: hoc nobis
vel evidenter vel latenter apportent. Dixit enim angelus homini. Et nunc
quando orabas tu et sara: ego obtuli orationem vestram in conspectu
claritatis dei. Que cum ita sint. etiam diu orare cum vacat. id est
cum alia bonarum et necessariarum actionum non impediuntur officia
quamvis et in eis ut dixi desiderio illo semper orandum sit: non est improbum
et inutile. Sed nec ut nonnulli putant hoc est orare in multiloquio si
diutius oretur. Aliud est sermo multus: aliud est diuturnus affectus. Nam et
de ipso domino scriptum est quod pernoctaverit in orando et quod prolixius
oraverit. ubi quid aliud quam nobis prebebat exemplum. In tempore pre-
cator oportunus: cum patre exauditor eternus. Dicuntur fratres in
egypto crebras quidem habere orationes. sed eas tamen brevissimas et
raptim quodammodo iaculatas: ne illa vigilanter erecta que
oranti plurimum necessaria est per productiores moras evanescat.
atque hebetetur intentio. ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt
hanc intentionem sicut non est obtundenda si perdurare non potest: ita
si perduraverit non cito esse rumpendam. Absit enim ab oratione multa
locutio: sed non desit multa precatio si fervens perseveret intentio.
Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis.
Multum autem precari est: ad eum quem precamur diuturna et pia
cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negotium plus gemi-
tibus quam sermonibus agitur. plus fletu quam afflatu. Ponit
autem lacrimas nostras in conspectu suo. et gemitus noster non est absconditus
ab eo: qui omnia per verbum condidit. et humana verba non querit. Nobis ergo

Illa necessaria sunt quibus commoneamur et inspiciamus quid petamus, non quibus dominum seu docendum seu flectendum esse credamus. Cum ergo dicimus: Sanctificetur nomen tuum, nos admonemus desiderare ut nomen eius quod semper sanctum est, etiam apud homines sanctum habeatur, hoc est non contempnatur; quod non deo sed hominibus prodest. Et cum dicimus: Adveniat regnum tuum, quod sive velimus sive nolimus utique veniet, desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis veniat atque in eo regnare mereamur. Cum dicimus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, ab illo nobis precamur ipsam obedientiam, ut sic a nobis fiat voluntas eius, quemadmodum fit in celestibus ab angelis eius. Cum dicimus: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, per id quod est hodie significatur hoc tempus, ubi vel sufficientiam illam petimus a parte que excellit, id est nomine panis totum significantes, vel sacramentum fidelium quod in hoc tempore necessarium est, sed non ad huius temporis sed ad illam eternam felicitatem assequendam. Cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, nos admonemus et quid petamus et quid faciamus ut accipere mereamur. Cum dicimus: Ne nos inferas in temptationem, nos admonemus hoc petere, ne deserti eius adiutorio alicui temptationi vel consentiamus decepti vel cedamus afflicti. Cum dicimus: Libera nos a malo, nos admonemus cogitare nondum nos esse in eo bono ubi nullum patiemur malum. Et hoc quidem ultimum quod in oratione dominica positum est tam late patet, ut homo christianus in qualibet tribulatione constitutus in hoc gemitus edat, in hoc lacrimas fundat, hinc exordiatur, in hoc immoretur, ad hoc terminet orationem. His enim verbis res ipsas memorie nostre commendari oportebat. Nam quecumque alia verba dicamus, que affectus orantis vel precedendo format ut clareat, vel consequendo attendit ut crescat, nichil aliud dicimus quam quod in ista dominica oratione positum est, si recte et congruenter oramus. Quisquis autem id dicit quod ad istam evangelicam precem pertinere non possit, etsi non illicite orat, carnaliter orat. Quod nescio quemadmodum non dicatur illicite, quandoquidem spiritu renatos non nisi spiritualiter decet orare. Qui enim dicit: Sicut sanctificatus es in nobis, sic in illis magnificeris coram nobis, et prophete tui fideles inveniantur, quid aliud dicit quam: Sanctificetur nomen tuum? Qui dicit: Domine deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus, quid aliud dicit quam: Adveniat regnum tuum? Qui dicit: Itinera mea dirige secundum verbum tuum et ne dominetur mei omnis iniquitas, quid aliud dicit quam: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra? Qui dicit: Paupertatem et divitias ne dederis michi, quid aliud dicit quam: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie? Qui dicit: Memento domine David et omnis mansuetudinis eius; aut: Domine si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus michi mala, quid aliud dicit quam: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris? Qui dicit: Aufer a me concupiscentias ventris, et desiderium concubitus ne apprehendat me, quid aliud dicit quam: Ne nos inferas in temptationem? Qui dicit: Eripe me ab inimicis meis deus, et ab insurgentibus in me libera me, quid aliud dicit quam: Libera nos a malo? Et si per omnia precationum sanctarum verba discurras, quantum existimo, nichil invenies quod in ista dominica non contineatur et concludatur oratione. Unde liberum est aliis atque aliis verbis eadem tamen in orando dicere, sed non debet esse liberum alia dicere. Hec et pro nobis et pro nostris et pro alienis atque ipsis inimicis sine dubitatione poscenda sunt, quamvis alius pro isto, alius pro illo, sicut se habent necessitudines vel longinquitates, necessitudinum in corde orantis oriatur aut excellat affectus. Qui autem dicit in oratione verbi gratia: Domine multiplica divitias meas, aut: Da michi tantas quantas illi vel illi dedisti, aut: Honores meos auge, fac me in hoc seculo prepotentem atque clarentem, vel si quid aliud est

et hoc dicit eorum habens concupiscentiam, non id attendens ut ex his secundum dominum prosit hominibus, puto eum non invenire in oratione dominica quo possit hec vota aptare. Quamobrem pudeat saltem petere que non pudet cupere. Aut si et hoc pudet, sed cupiditas vincit, quanto melius hoc petitur ut et ab isto cupiditatis malo liberet, cui dicimus: Libera nos a malo. Habes, quantum arbitror, non solum qualis ores, verum etiam quid ores, non me docente sed illo qui nos docere dignatus est. Beata vita querenda est, et hec a domino deo petenda. Quid sit beatum esse a multis multa sunt disputata, sed nos ad multos et ad multa quid imus? Breviter in scriptura dei veraciterque dictum est: Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. In isto populo ut simus atque ad eum contemplandum et cum eo sine fine vivendum pervenire possimus, finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. In eisdem tribus pro conscientia bona spes posita est. Fides ergo et spes et caritas ad deum perducunt orantem, hoc est credentem, sperantem, desiderantem, et quid petat a domino in dominica oratione considerantem. Ieiunia et ab aliis voluptatibus sine neglectu carnalis concupiscentie refrenata maxime cum elemosine multum adiuvant orationem, ut possimus dicere: In die tribulationis mee deum exquisivi manibus meis nocte coram eo et non sum deceptus. Quomodo enim deus incorporeus et impalpabilis manibus exquiritur, nisi operibus exquiratur? Adhuc etiam fortasse quid queris, quod apostolus dicit: Quid oremus sicut oportet nescimus. Sed enim nullo modo credendum est vel ipsum vel illos quibus ista dicebat dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse quod sine temeritate potuit, non mendacio dicere, nisi quia molestie et tribulationes temporales plerumque prosunt vel ad sanandum superbie tumorem vel ad probandam exercendamque patientiam, cui gloriosior merces ubiorque servatur, vel ad quecumque flagellanda et abolenda peccata, tamen nos nescientes quid ista prosint, ab omni optamus tribulatione liberari. Ab hac ignorantia nec se ipsum apostolus ostendit alienum, nisi forte quid oraret sicut oportet scivit, qui ne magnitudine revelationum extolleretur, datus est ei stimulus carnis angelus sathane qui eum colaphizaret; pro quo ter dominum rogavit ut eum auferret ab eo, utique sic oportet nesciens quid oraret. Denique dei responsum est non fieri quod orabat et quare fieri non expediret audivit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus que possunt et prodesse et nocere quid oremus sicut oportet nescimus, et tamen quia dure, quia molesta, quia sensui nostre infirmitatis adversa sunt, universali humana voluntate ut a nobis hec auferantur oramus. Sed hoc devotionis debemus domino deo nostro, ut si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo neglegi existimemus, sed potius pia patientia malorum bona speremus ampliora. Sic enim virtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus dedit dominus deus quod petebant iratus, sicut e contrario apostolo negavit propitius. Nam legimus quid et quemadmodum rogaverint et acceperint Israelite, sed expleta concupiscentia eorum impatientia graviter castigata est. Dedit eis regem petentibus secundum cor eorum, sicut scriptum est, non secundum suum. Dedit et quod diabolus postulavit, ut probandus famulus temptaretur. Exaudivit et inmundos spiritus, ut in multos sues legio demonum mitteretur. Hec scripta sunt ne se quisquam magnipendat si fuerit exauditus, cum aliquid impatienter petit quod ei plus prosit, aut se abiciat et de divina erga se misericordia desperet, si non exaudiatur, cum forte aliquid petit quo accipiendo affligatur atrocius vel ea prosperitate corruptus penitus evertatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet nescimus.

Unde si aliquid horum quod in oratione accidit patienter ferendo et in omnibus gratias agendo hoc potius oportuisse quod dei non quod nostra voluntas habuit minime dubitare debemus. Nam et hoc exemplum prebuit nobis ille mediator. Qui cum dixisset: Pater si fieri potest transeat a me calix iste, humanam in se voluntatem ex hominis susceptione transformans continuo subiecit: Verumtamen non quod ego volo sed quod tu vis pater. Unde merito per unius obedientiam iusti constituuntur multi. Quisquis autem unam illam petit a domino et hanc requirit, certus ac securus petit, nec timet ne forte obsit cum acceperit, sine qua nichil prodest quicquid aliud cum oportet acceperit. Ipsa est enim una vera et sola beata vita, ut contemplemur delectationem domini in eternum immortales atque incorruptibiles corpore et spiritu. Propter hanc unam cetera requiruntur et non indecenter petuntur. Istam quisquis habuerit omnia que vult habebit, nec aliquid ibi velle est quod non habere poterit quod non decebit. Ibi quippe est fons vite quem nunc sitire necesse est in oratione quamdiu in spe vivimus et quod speramus nondum videmus, in protectione alarum eius in cuius conspectu est omne desiderium nostrum, ut inebriemur ab ubertate domus eius et torrente voluptatis eius potemur, quoniam apud eum est fons vite et in lumine eius videbimus lumen, quando satiabitur in bonis desiderium nostrum, et nichil erit ultra quod gemendo queramus sed quod gaudendo teneamus. Verumtamen quia ipsa est pax que precellit omnem intellectum, et ipsam in oratione poscendo quid oremus sicut oportet nescimus. Quod enim sicuti est cogitare non possumus utique nescimus, sed quicquid cogitanti occurrerit abicimus respuimus improbamus; non hoc esse quod querimus novimus, quamvis illud nondum quale sit noverimus. Est ergo in nobis quedam ut ita dicam docta ignorantia, sed docta spiritu dei qui adiuvat infirmitatem nostram. Nam cum dixisset apostolus: Si autem quod non videmus speramus per patientiam expectamus, ibi subiecit: Similiter et spiritus adiuvat infirmitatem nostram. Quid enim oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat pro sanctis. Quod non sic est intelligendum ut existimemus spiritum sanctum dei qui in trinitate incommutabilis deus est et cum patre et filio unus deus tamquam aliquem qui non sit quod deus est interpellare pro sanctis. Dictum est quippe interpellat pro sanctis quia interpellare sanctos facit, sicut dictum est: Temptat vos dominus deus vester ut sciat si diligitis eum, hoc est ut scire vos faciat. Interpellare utique sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium et adhuc incognite rei quam per patientiam expectamus. Quomodo enim narratur quando desideratur quod ignoratur? Nam utique si omnino ignoraretur non desideraretur, et rursus si videretur non desideraretur nec gemitibus quereretur. Hec omnia considerans et si quid aliud de hac re tibi dominus insinuaverit quod vel in mentem non occurrit vel dici a me longum fuit, certa in oratione vince hoc seculum. Ora in spe, ora fideliter et amanter, ora instanter atque patienter, ora sicut vidua Christi. Quamvis enim ad omnia membra eius, hoc est ad omnes qui in eum credunt et eius corpori sociantur, sicut docuit orare pertineat, specialiter tamen diligentior cura orationum in scripturis eius viduis invenitur iniuncta. Nam due fuerunt Anne honorabiliter commendate: una coniugata que sanctum Samuelem peperit, alia vidua que sanctum sanctorum cum adhuc infans esset agnovit. Orabat et coniugata in dolore animi et afflictione cordis quia filios non habebat; tunc ipsum Samuelem impetravit et acceptum deo reddidit quia cum posceret vovit. Sed oratio eius quomodo ad orationem illam dominicam pertineat non facile reperitur, nisi forte quod ibi positum est: libera nos a malo; quia pro malo videbatur et nuptam esse et fructu carere nuptiarum, cum sola excuset nuptias procreandorum causa filiorum. De illa vero Anna vidua vide quid scriptum sit: Que non discedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die. Sic et illud apostolus quod et supra commemoravi: Que autem vere vidua est et desolata speravit in domino et persistit in orationibus nocte ac die. Et dominus cum suos ad orandum et non deficiendum nos hortaretur viduam commemoravit que licet impium et iniquum iudicem ac dei et hominum contemptorem ad audiendam causam suam assidue interpellando convertit. Quantum ergo pre ceteris vidue debeant vacare orationibus satis hinc intelligi potest quod omnibus ad suscipiendum orandi studium de viduis propositum est exhortationis exemplum. Quid autem in hoc opere sic eligitur in viduis nisi destitutio et desolatio? Quecumque igitur anima se in hoc mundo intelligit esse destitutam atque desolatam quamdiu peregrinatur a domino, profecto quandam viduitatem suam deo defensori assidua et impensissima oratione commendat. Ora ergo ut vidua Christi nondum habens eius conspectum cuius precaris auxilium. Et licet sis ditissima, sicut pauper ora. Nondum enim veras tuas divitias habes ubi nulla dampna timeas. Licet habeas filios et nepotes et numerosam familiam, quod et supra dixi, tamen sicut desolata ora. Incerta sunt enim omnia temporalia etiam usque in finem vite huius in nostram consolationem mansura. Si autem ea que sursum sunt queris et sapis, eterna et certa desideras, que quamdiu nondum habes, et salvis omnibus atque obsequentibus tuis tamquam desolatam deputare te debes. Et si tu profecto ita te habes, et nurus tua religiosissima et alie sancte virgines vidue que tibi sub tua cura securius consistunt. Quanto enim magis domum vestram pie tractatis, tanto impensius orationibus insistere debetis, rerum presentium non occupate negotiis nisi que flagitat causa pietatis. Sane meministis et pro nobis non negligenter orare. Nolumus enim sic nobis honorem quem periculosum gerimus deferatis ut adiutorium quod necessarium novimus auferatis. A familia Christi oratum est pro Petro, oratum est pro Paulo, et vos in eius familia esse gaudemus, et incomparabiliter plus quam Petrus et Paulus orationum fraternarum auxilio indigemus. Orate certatim concordi sancto que certamine; non enim adversus alterutrum certatis, sed adversus diabolum sanctis omnibus inimicum. In ieiuniis et vigiliis et omni castigatione corporis quam plurimum adiuvatur oratio. Faciat queque quod potest; quod alia minus potest, ea que potest faciat, si in altera diligit quod ideo quia non potest ipsa non facit. Proinde que minus valet non impediat plus valentem, et que plus valet non urgeat minus valentem. Conscientiam quippe vestram deo debetis; nemini autem vestrum aliquid debeatis nisi ut invicem diligatis. Exaudiat te dominus qui potens est facere supra quam petimus et intelligimus. Explicit epistola augustini ad probam.

Incipit anselmi de meditatione humane redemptionis.

Anima christiana, de gravi morte resuscitata, anima de misera servitute sanguine dei redempta et liberata, excita mentem tuam, memento resuscitationis tue, recogita redemptionem tuam et liberationem tuam. Retracta ubi et que sit virtus tue salvationis.

[...]udare in meditatione eius, delectare in contemplatione eius. Excute fastidium tuum, fac vim cordi tuo, intende in hoc mentem tuam. Gusta bonitatem redemptoris tui, accendere in amorem salvatoris tui. Mande favum verborum, suge plusquam mellitum saporem, glutti salubrem dulcorem. Mande cogitando, suge intelligendo, glutti amando et gaudendo. Letare mandendo, gaude sugendo, iocundare gluttiendo. Ubi ergo et que est virtus et fortitudo salvatoris tui? Certe Christus te resuscitavit. Ille bonus samaritanus te sanavit. Ille bonus amicus animam suam pro te redemit et liberavit. Christus, inquam. Ergo virtus salvatoris tui virtus Christi est. Ubi est ergo illa virtus Christi? Utique cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius. Cornua quidem in manibus eius, quia brachiis crucis confixe sunt manus eius. Sed que fortitudo in tanta infirmitate? Quid venerabile in tanto contemptu? Sed certe ideo absconditum, quia in infirmitate; ideo celatum, quia in humilitate; ideo occultum, quia in contemptu. O fortitudo abscondita: hominem in cruce pendentem suspendere genus humanum prementem; hominem ligno confixum defigere mundum perpetue morti affixum. O celata potestas: hominem damnatum cum latronibus salvare homines damnatos cum demonibus; hominem in patibulo extensum omnia trahere ad se ipsum. O virtus occulta: unam animam emissam in tormento innumerabiles extrahere de inferno; hominem mortem corporis pati et animarum mortem perimere. Cur, bone domine, pie redemptor, potens salvator, cur tantam virtutem operuisti tanta humilitate? An ut falleres diabolum, qui fallendo hominem eiecit de paradiso? Sed utique veritas nullum fallit. Qui ignorat, qui non credit veritatem, ipse se fallit; qui videt veritatem et odit vel contempnit, ipse se fallit. Veritas itaque nullum fallit. An ideo ut ipse diabolus se falleret? Sed utique sicut veritas nullum fallit, ita non intendit ut aliquis se fallat, quamvis hoc dicatur facere cum permittit. Non enim assumpsisti hominem ut te notum operires, sed ut ignotum aperires. Verum deum verum hominem te dixisti et operibus ostendisti. Res per se fuit occulta, non studio occultata. Non sic est facta ut absconderetur, sed ut suo ordine perficeretur; non ut aliquem deciperet, sed ut quomodo oportebat fieret. Et si dicitur occulta, non est aliud quam quia non est omnibus revelata. Nam et si veritas non omnibus se manifestat, nulli tamen se negat. Ergo, domine, nec ut falleres nec ut aliquis se falleret, sed ut faceres quod et quomodo faciendum erat in veritate per omnia perstitisti. Qui ergo se fefellit in tua veritate, non de te sed de sua conqueratur falsitate. An diabolus habebat iuste aliquid adversum deum aut adversum hominem, propter quod deus prius deberet adversus eum pro homine sic agere quam aperta fortitudine, ut dum ille iustum hominem iniuste occideret, potestatem quam super iniustos habebat perderet? Sed certe deus non debebat diabolo aliquid nisi penam, nec homo nisi vicem, ut quem ab illo se facile permisit vinci peccando, ita illum vinceret illesus ad difficultatem mortis iustitiam integram servando. Sed et hoc non nisi deo debebat homo. Nam non peccaverat adversus diabolum, sed adversus deum; nec diaboli erat, sed et homo et diabolus dei erant. Sed quod diabolus vexabat hominem, non hoc faciebat zelo iustitie, sed nequitie; non iubente deo, sed permittendo; non divina sed sua iniustitia exigente. Sic ergo quid erat in deo cur deus adversus eum ad salvandum hominem fortitudinem suam celare aut differre deberet? An aliqua necessitas coegit ut altissimus sic se humiliaret et omnipotens ad faciendum aliquid tantum laboraret? Sed omnis necessitas et impossibilitas eius subiacet voluntati. Quippe quod vult necesse est esse, et quod non vult impossibile est esse. Sola ergo voluntate. Et quoniam voluntas eius semper bona est, sola fecit hoc bonitate. Non enim deus egebat ut hoc modo hominem salvum faceret, sed humana natura indigebat ut ita deo satisfaceret. Nec egebat deus ut sic humiliaretur, sed indigebat homo ut sic de profundo inferni erueretur. Divina natura nec humiliari aut laborare eguit nec potuit. Hec omnia humanam naturam ut aliquid hoc mereretur propter quod facta erat necesse erat facere. Nam homo ad quod factus est non restituitur nisi ad similitudinem angelorum, in quibus nullum est peccatum, perveniret. Quod autem impossibile est nisi omnium peccatorum percepta remissione, que non fit nisi precedente integra satisfactione. Quia satisfactionem talem oportet esse ut peccator aut aliquis pro illo det aliquid de suo quod debitum non sit, quod superet omne quod deus non sit. Si enim peccare est deum exhonorare, et hoc homo facere non deberet etiam si necesse esset ut quicquid est quod deus non est periret; utique immutabilis veritas et recta ratio exigit ut qui peccat reddat aliquid deo pro honore ablato maius quam sit hoc pro quo illum exhonorare non debuit. Quod quoniam humana natura non sola non habebat, nec sine debita satisfactione reconciliari poterat, nec illa nec quicquid deus non est ad hoc poterat sufficere; ne iustitia dei in regno suo peccatum inordinatum relinqueret, subvenit bonitas dei, et eam in suam personam assumpsit filius dei, ut in ea persona esset homo deus, qui haberet quod superaret non solum omnem essentiam que deus non est, sed et omne debitum quod peccatores solvere debent; et hoc cum nihil pro se deberet, solveret pro aliis qui quod debebant reddere non habebant. Pretiosior namque est vita hominis illius quam omne quod deus non est, et superat omne debitum quod debent peccatores pro satisfactione. Si enim interfectio illius superat omnem multitudinem et magnitudinem peccatorum que cogitari possunt extra personam dei, palam est quia vita eius magis est bona quam sunt omnia peccata mala que extra personam dei sunt. Hanc vitam homo ille, cum ex debito non deberet quoniam peccator non erat, sponte dedit de suo ad honorem patris, cum eam sibi auferri propter iustitiam permisit, ut exemplum omnibus aliis daret iustitiam dei ab illis non esse deserendam propter mortem, quam ex necessitate aliquando solvere debent, cum ille qui eam non debebat et salva iustitia vitare posset, eam illatam propter iustitiam sponte sustineret. Dedit itaque humana natura deo in illo homine sponte et non ex debito quod suum erat, ut redimeret se in aliis in quibus quod ex debito exigebatur reddere non habebat. In omnibus his non est divina humiliata, sed humana est exaltata; nec illa est imminuta, sed ista est misericorditer adiuta. Nec humana natura in illo homine passa est aliquid ulla necessitate, sed sola libera voluntate. Nec alicui violentie succubuit, sed spontanea bonitate ad honorem dei et utilitatem aliorum hominum que illi mala voluntate sunt illata laudabiliter et misericorditer sustinuit, nulla cogente obedientia, sed potenti disponente sapientia. Non enim illi homini pater ut moreretur cogendo precepit, sed ille quod patri placiturum et hominibus profuturum intellexit, hoc sponte fecit. Non enim eum ad hoc pater potuit cogere quod ab eo exigere non debuit. Nec patri tantus honor potuit non placere, quem tam bona voluntate filius sponte obtulit. Sic itaque patri obedientiam liberam exhibuit, cum hoc quod patri placiturum sciebat sponte facere voluit. Denique quoniam pater illi hanc bonam voluntatem quamvis liberam dedit, non inmerito dicitur quia eam velut preceptum accepit. Hoc itaque modo obediens fuit patri usque ad mortem, et sicut mandatum dedit illi pater, sic fecit, et calicem quem dedit ei pater bibit. Hec est perfecta et liberrima humane nature obedientia, cum voluntatem suam liberam sponte voluntati dei subdit, et cum acceptam bonam voluntatem sine omni exactione spontanea libertate opere perficit. Sic homo ille redemit omnes alios, cum hoc quod sponte dedit deo computat pro debito quod illi debebant. Quo pretio non semel tantum a culpis homo redimitur, sed et quotiens cum digna penitentia redierit recipitur; que tamen penitentia peccanti non promittitur. Quod quoniam in cruce factum est, per crucem nostrum Christus nos redemit. Qui ergo ad hanc gratiam volunt cum digno affectu accedere salvantur; qui vero illam contempnunt, quod debent non reddunt, damnantur. Ecce, anima christiana, hec est virtus salvationis tue, hec est causa libertatis tue, hoc est pretium redemptionis tue. Captiva eras, sed hoc modo es redempta. Ancilla eras, et sic es liberata. Sic es exul reducta, perdita restituta, et mortua resuscitata. Hoc mandat, hoc ruminet, hoc sugat, hoc gluttiat cor tuum, cum eiusdem redemptoris tui carnem et sanguinem accipit os tuum. Hoc fac in hac vita cotidianum panem, victum et viaticum tuum, quia per hoc et non nisi per hoc et tu manebis in Christo et Christus manebit in te, et in futura vita erit plenum gaudium tuum. Sed o tu domine, qui ut ego viverem mortem suscepisti, quomodo letabor de libertate mea

que non est nisi de vinculis tuis? Quomodo gratulabor de salute mea, cum non sit nisi de laboribus tuis? Quomodo gaudebo de vita mea, que non est nisi de morte tua? An gaudebo de hiis que passus es, et de crudelitate illorum qui ea tibi fecerunt, quia nisi illi fecissent, tu passus non esses, et si passus non esses, hec mea bona non essent? Aut si de illis doleo, quomodo de istis gaudebo, que illa sunt, et que non essent, nisi illa fuissent? Sed certe illorum nequicia nichil facere potuit, nisi quia tu permisisti sponte; nec tu passus es, nisi quia tu voluisti. Illorum itaque debeo crudelitatem execrari, mortem et labores tuos compatiendo imitari, piam voluntatem tuam gratias agendo amare, ac sic secure de bonis michi collatis exultare. Ergo homuncio crudelitatem illorum dimitte dei iudicio, et tracta de hiis que debes salvatori tuo. Considera quid erat et quid est tibi factum, et pensa qui hoc tibi fecit, quo amore sit dignus. Intuere necessitatem tuam et bonitatem eius, et vide quas gratias reddas, et quantum debeas amori eius. In tenebris, in lubrico, in descensu super irremediabile chaos inferni eras, et quasi plumbum pendens pondus a collo tuo deorsum te trahebat, onus importabile desuper te premebat, hostes invisibiles te toto conatu impellebant. Sic eras sine omni auxilio, et nesciebas, quia sic conceptus et natus eras. O quid tunc eras, et quo te ista rapiebant! Expavesce memorando, contremisce cogitando. O bone, o domine Ihesu Christe, sic posito, nec petenti nec optanti, ut sol michi illuxisti, et quo eram ostendisti. Abiecisti plumbum quod deorsum me trahebat, removisti onus quod desuper me premebat, impellentes me repulisti, ac illis te pro me opposuisti. Vocasti me nomine novo, quod michi de nomine tuo dedisti, et incurvatum ad aspectum tuum erexisti, dicens: Confide, ego te redemi, animam pro te dedi. Si adheseris michi, et mala in quibus eras evades, et profundum quo properabas non cades, sed perducam te ad regnum meum, et faciam te heredem dei et coheredem meum. Exinde accepisti me in custodiam tuam, ut nichil noceret anime mee contra voluntatem suam. Et ecce cum nondum adheserim tibi sicut consuluisti, nondum tamen in infernum cadere me permisisti, sed adhuc expectas ut adheream et facias quod promisisti. Certe domine sic eram, et hec fecisti michi. In tenebris eram, quia nichil nec me ipsum sciebam. In lubrico, quia tenellus et fragilis eram ad lapsum peccati. In descensu super chaos inferni, quia in primis parentibus descenderam de iusticia ad iniusticiam, per quam descenditur ad infernum, et de beatitudine ad temporalem miseriam, de qua caditur in eternam. Pondus originalis peccati deorsum me trahebat, et onus importabile iudicium dei me premebat, et inimici mei demones ut me aliis peccatis dampnabiliorem facerent, quantum in ipsis erat vehementer insistebant. Sic destitutum omni auxilio illuxisti michi, et quo eram ostendisti, quia et cum ego nondum hoc nosse poteram, alios qui pro me essent, et postea me ipsum cum nondum postularem, hec omnia docuisti. Plumbum trahens et onus gravans et hostes impellentes eiecisti, quia peccatum in quo natus et conceptus eram et dampnationem eius removisti, et malignos spiritus ne vim anime mee facerent prohibuisti. Christianum me fecisti vocari de nomine tuo, per quod ego confiteor et tu cognoscis me inter redemptos tuos, et erexisti et levasti me ad noticiam et amorem tuum. Fecisti me confidere de salute anime mee, pro qua dedisti animam tuam, et michi si te sequerer promisisti gloriam tuam. Et ecce cum nondum sequar te sicut consuluisti, et insuper multa peccata fecerim que prohibuisti, adhuc expectas ut te sequar et dones quod promisisti. Considera anima mea, intendite omnia intima mea, quantum illi debeat tota substantia mea. Certe domine quia me fecisti, debeo amori tuo me ipsum totum; quia me redemisti, debeo me ipsum totum; immo tantum debeo amori tuo plus quam me ipsum, quanto tu es maior me, pro quo dedisti te ipsum, et cui promittis te ipsum. Fac precor domine me gustare per amorem quod gusto per cognitionem; sentiam per affectum quod sentio per intellectum. ·no· Plus debeo quam me ipsum totum, sed nec plus habeo, nec hoc ipsum possum per me reddere totum. Trahe me domine in amorem tuum, et hoc ipsum totum. Totum quod sum tuum est conditione; fac totum ·no· tuum dilectione. Ecce domine quia totum te est cor meum; conatur, sed per se non potest; admitte me intra cubiculum amoris tui. Peto, quero, pulso. Qui me facis petere, fac accipere. Das querere, da invenire. Doces pulsare, aperi pulsanti. Cui das si negas ·no· petenti? Quis invenit si querens frustratur? Cui aperis si pulsanti claudis? Quid das non oranti, si amorem tuum negas oranti? A te habeo desiderare, a te habeam impetrare. Adhere illi, adhere importune anima mea. Bone, ·no· bone domine, ne reicias eam. Fame amoris tui languet; refocilla eam; saciet eam dilectio tua, impinguet eam affectus tuus, impleat eam amor tuus. Occupet me totum et possideat totum, quia tu es cum patre et spiritu sancto deus solus benedictus in secula seculorum. Amen.

Incipit liber beati Bernardi de precepto et dispensatione, prefatio eiusdem.

Domino abbati columbensi frater Bernardus abbas dictus de Clara valle in domino spiritu salutem. Rescriptum meum ad epistolas duorum carnotensium quorumdam monachorum vobis promittens, ut promiseram, destinare curavi vel aliud quoque et cetera.

Qua mente tam diu taceo, qua fronte tandem loquar? Crebris epistolis et nunciis cogitis me aut sententiam prodere imperitiam aut offensam incurrere caritatis. Sed ego mallem sine scientia illa que inflat, quam absque illa que edificat inveniri. Ut quid viris pectoribus duris inextricabilibus nodis ungues teneros et cetera. I. Capitulum.

Prima igitur questio circa regulam nostram versatur, de qua non fallor et omnes relique aut pene omnes oriuntur. Queritis nempe regularis illa institucio quomodo et quatenus sit pensanda profitentibus eam, utrum videlicet cuncta que continet putanda sint esse precepta, consequenter et dampnosa transgredienti. An forsitan tantum velut monita et consilia nullius autem nisi magis sit pondus eorum professio. Nullius autem non gravis culpe ipsorum prevaricatio. An certe quedam putanda sunt precepta, quedam posita consilia reputanda, que preterire liceat, preterire non liceat omnino pretergredi et cetera. II.

Itaque ut sentio ego, regula sancti Benedicti omni homini proponitur, imponitur nulli. Prodest si devote suscipitur et tenetur, non tamen si non suscipitur obest. Quod autem involuntarie suscipientibus non imponere poterit, voluntarium immo dixerim non necessarium. Et tamen hoc ipsum quod dico voluntarium, si quis ex propria voluntate semel admiserit et promiserit, deinceps tenebit profecto in necessarium, sibi ipsi quidem nec iam liberum habebit dimittere quod ante tamen liberum habuit non suscipere. Itaque quod ex voluntate suscepit, ex necessitate tenebit, quia omnino necesse est eum reddere vota sua que distinxerunt labia sua, et ex ore suo aut condempnari aut iustificari. Ecce enim, ut ait, felix quedam scilicet necessitas que in melius cogit. Omnia proinde sancti Benedicti instituta, exceptis sane non nullis de spiritualibus, ubi causa caritatis, humilitatis, mansuetudinis, que non tam ipsum constat instituisse quam deum, et ob hoc penitus non esse mutanda, de cetero reliqua universa non profitentibus quedam monita tantum seu consilia censenda sunt et non gravant non observata, cum tamen profitentibus in precepta prevaricantibus in crimine fiant, sive ut verius vobis reddam, illis voluntaria, ut facta istis necessaria et cetera. Illa non inimico reputantur. Ita sane necessaria dixim

ut ex eis minime preiudicetur necessariis rationalibus que dispensatori-
bus sed non omnibus indifferenter creditur, et dispensatio in hiis dumtaxat
qui cum apostolo dicere possunt: Sic nos existimet homo ut ministros Christi
et dispensatores ministeriorum Dei. Sicut autem fidelis servus et pru-
dens quem constituit dominus super familiam suam, ubi eum usurpare
dispensationem unde bonam possit habere reprehensionem. Hoc iam que-
ritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Et certe for-
tasse fidelitas a subditis non exigitur in obtemperando quam a pre-
positis in dispensando. Constat ergo ex hiis que sunt dicta illam
divisionem integram esse et sufficientem, si modo persone distin-
guantur et causa. Dum subiectis quidem sit omnis regularis in-
stitutionis que dumtaxat ad regulares observantias pertine-
at professionem voluntaria post professionem necessaria. Prelatis vero per-
voluntaria ut que inventa ab homine, preter ea necessaria ut que sunt
divinitus instituta. Quamobrem fortassis cum perfectissimum
congrua et luculenta magis esse divisio apparebit membrum quidem
est necessarium. Rursum in hec subdividatur: stabile, inviolabile et
incommutabile. Et quidem stabile dixerim quod etsi necessarium, ut non
cuiquam hominum mutare illud fas sit, sed non solis dispensatoribus ministeriorum
Dei et prepositis, ut est integra Regule sanctorum Basilii, Augustini, Bene-
dicti, et non Ancirani canones et si qua sunt alia ecclesiastica institu-
ta digna auctoritatis. Que quidem et a sanctis condita sunt, tamen stabiliter per-
severant, non omnino eiusmodi subiectorum est aliquem mutare vel muta-
re concedatur. Quia autem cum ab hominibus et per homines loco tradi-
tio illis canonica editione suadentes licet medium intercep[..]
pro causis personis locis et temporibus dispensantur. Sane qui hoc loco
intendat non me cavere dicere ea posse vel ab istis levius pro voluntate mu-
tari sed ex ratione fideliter dispensari. Per hanc ipsam mutationem
esse et talibus rectius possunt que non illa nec per se bona sunt
porro inventa atque instituta sunt non propter alia nunc non licent
sed quod inde magis expedivit ne plane aliud quam sunt ad lucrum vel custo-
diam caritatis. Quamdiu ergo caritati militant immobilia
fixaque sunt mutarique omnino ne ab ipsis quidem prepositis sine offensa
possunt. Sic sicut contra forte aliquando caritati visa fuerint, hiis dum-
taxat quibus hoc posse videtur dicerim et providere creditum est. Nonne
iustissimum est liquet ut que propter caritatem inventa sunt, pro caritate
quoque ubi expedire videbitur vel omittantur vel intermittantur vel
in aliud forte commodius demutentur. Sicut econverso in-
iquum procul dubio foret si statuta pro sola caritate contra caritatem te-
nerentur. Teneant ergo firmam stabilitatem immobiliter et apud pre-
latos que ex stabili nomine sic sed contra caritatem desinunt. iii. c.

Nunquid autem sic ego vel solus sentio ut primus dico? Annon hoc
ipsum et papa Gelasius sensit? Ait siquidem: Ubi necessitas non
est, inviolabiliter maneant sanctorum patrum decreta. Leo inquit
papa: Ubi necessitas non est, nullo modo violentur sanctorum patrum constituta,
et infert: Ubi ergo necessitas fuerit ad utilitatem ecclesie, qui potestatem habe-
at dispenset. Ex necessitate enim fit mutatio legis. Planum tamen
quod inviolabile notavi, illud intelligo quod non ab homine tra-
ditum sed divinitus promulgatum, non aliud qui condidit mutari omnino
non patitur, ut exempli causa: Non occides, non mechaberis,
non furtum facies, non etc. et reliqua illius stabilitatis legis
sententia. Que etsi nullam prorsus humanam dispensationem admittunt
nec cuiquam hominum exhibere aliquid aliquando solvere aut licuit aut lice-
bit, Deus tamen horum quod voluit cum voluit solvit, sive cum ab
hebreis egiptios spoliari, sive cum prophetam cum muliere fornicaria
misceri precepit. Quorum utrumque alterum quid nisi grave furti facinus,
alterum quid nisi flagitii turpitudo reputaretur, si non excusasset utrumque
factum auctoritas imperantis? Sane nisi fallor aliquando alia a sanctis hominibus
fuisse legimus usurpatum, scriptura non indicante quod Deus eis preceperit,
aut eos peccasse sciendum, sicut homines, aut certe sicut prophetas
familiare Dei consilium accepisse. Vide et unum exemplo quod
occurrit de Samsone, qui se ipsum una cum hostibus oppressisse in-
fertur. Quod utrumque factum si defendetur non fuisse peccatum, privatum habuisse
consilium indubitanter credendus, et si de scriptura hoc non habemus.
Iam vero necessarium incommutabile quid accipi velimus? Et quid non con-
tinetur quod divina vel constat et eterna ratione firmatum, ut
nulla ex causa possit vel ab ipso Deo aliquatenus immutari.
Sub hoc genere est omnis illa sermonis dominici in monte habiti spiritalis
editio, et quicquid de dilectione, humilitate, mansuetudine ceterisque vir-
tutibus tam in novo quam in veteri testamento spiritale continetur
continetur. Hec quippe talia sunt que non liceat nec expediat aliter
non haberi. Et siquidem immobiliter que et naturaliter bona numquam non
innocentur, numquam non salubriter aut impediuntur aut obsistantur,
omni tempore omni persone mortali precepta custodiri salvam opinamus.
Primum ergo necessitatem suam cuique sue impermutabilis voluntas,
secundum precipiens auctoritas, tertium preceptorum dignitas. Desunt
autem ut iam dictum est quibusdam aliis immutationibus esse
necessitatem, nec una omnis sequitur immutabilitatis firmitas. Sed
ex prima quidem quod efficitur et si non penitus immutabile tamen
vix mutabile est, constat dum solis illud liceat mutare
prelatis, et hoc non nisi fideli et provida dispensatione. Quod vero fieri
consequenti que et maior est, et pene iam incommutabile solo Deo
id esse mutabile supra demonstratum est. Porro quod de novissi-
ma fit tanquam omnium maxime omnino incommutabile et ne ipsi quidem
nec ipsi Deo mutare liberum est. Quod ergo nulli hominum fas est
nisi solis mutare prelatis dici vix mutabile congruum puto. Quod
soli Deo constat licere id dicatur pene immutabile. Quod nec ipsi,
penitus immutabile nominetur. Que cum ita sint,
ut ad ea redeam de quibus potissimum queritur, patet quam mag-
na ex parte regularis editio subest eius qui preest, et si non
voluntati, certe dispensationi. Quartum capitulum

Sed dicitis: quid ergo reliquimus necessitati? Audio
et sic planum. Primo quicquid de spiritualibus in ipsa
regula editum est, ut superius tractatum est, nequaquam relinquitur.
Deinde reliqua pars que moralibus constat observanciis,
nec ipsa quidem in eius ita voluntate prelati, ut certe
relinquatur voluntati sed magis caritati. Neque enim abbas super
regulam, cui semel et ipse sponte sua se professione submi-
sit. Et si quod negandum non est, divi regula caritatis regule
sancti Benedicti nunc preponitur. Esto, proinde ut medium licet regule

cedit pro qua caritati cum ratio necessitatis exigit. Absit enim
ut hominis cuiuspiam subdatur voluntati. Super formam sane suae
professiones non super patrum traditiones constituitur quilibet abbas
aliquorum mandatorum custos et tutor [illegible]. Arbitror namque sanctas
illas observantias praelatorum prudentiae et fidei creditas non subdi-
tas voluntati. Hinc est quod nec legislator in his quae abbati dis-
pensanda relinquit cavit usquam ut eius voluntati, sed aut
considerationi aut dispensationi aut prudentiae aut arbi-
trio eorum seu aliquid huiusmodi ponit, volens nimirum providum fidumque dis-
pensatorem in omnibus non forte dispensatoris sequi judicium non sui
placiti voluntatem. Unde et intimat ei non semel quod de
omnibus judiciis suis Deo sit redditurus rationem. Lego praeter-
ea in regula haec consilia penes abbatem fore et huius vel illius im-
prudentia vel arbitrio sui dispositione abbatis veniat pro sua vo-
luntate aliquid mutare me ibi legisse non recolo. Quinimmo
inquit omnes magistram sequantur regulam nec ab ea temere decli-
netur a quoquam. Ergo nec ab ipso abbate. Omnes inquit magistram sequan-
tur regulam. Nemo ergo suam voluntatem vel timeat abbatem exigi-
puto. Videns quod cum necessitati [illegible] subiectus voluntati?
Quid est? Nonne regularis ipsa professio quae se iunior subde-
re sponte potuit aeque alligavit et priorem? Communis est tamen patri
pari voto utrique necessitate tenet. Fidelis esse votum abbatem hu-
milis obedientiae quid nam ergo iam voluntatem relinquitur vel est placi-
tum necessitate tenetur? Sed de his interim non parum placuit profitetur
noluit quod et qui constare spondet quod obedientiam non eam omnino
dum sed determinate secundum regulam nec aliam quam sancti Benedicti
[illegible] eam qui post non frena sue laxare volunt super
subditos sed praefixam ex regula sibi scire mensuram et sic demum
sua mandari imperia circa id solum quod receptum est constare
non quidlibet rectum sed hoc tantum quod professus pater instituit. Siquidem
quippe hec professio. Primum non quid regulam sed obedientiam
secundum regulam sancti Benedicti. Non ergo secundum voluntatem prioris. Proinde
si professio secundum illam regulam abbas meus nil aliud impo-
nere temptaverit quod non sit secundum regulam aut quod non sit
secundum ista instituta ubi est Basilii, Augustini, Pacho-
mii quae nec [illegible] quaeso vobis de [illegible] terminos obse-
quii? Solum quippe id autem posse exigi arbitror quod pro-

Videtis ergo iam obedientiae limites quos [ii. ca.] Omnis
quaeritis sed modus est obedientiae? Tenor professionis non se-
[illegible] excedere [illegible] non quaerens attingit votum profiteris
professo est [illegible] et quid aliud quam obedientiae limi-
tes quos censuerim et hiis sicut terminis virtutem obedientiae
circumcludi quamobrem quisque professus inquam vis [illegible]
[illegible] nec ultra obedientiae lege cogendus nec citra [illegible]
tendus quam sua ipsius [illegible] professio quominus [illegible]
Si ergo qui [illegible] profiteor voto professione firmatus
tamquam lignum quod erat in medio paradisi solus sine dubio
legi erit subiectus obnoxius iussioni. Ergo praelati ius-
sio vel prohibitio non praeter terminos professionis nec ultra ex-
tendi nec citra contrahi. Sed me praelatus prohibeat [illegible]

promisi. Votum meum nec augetur sine mea voluntate nec minuitur sine certa
necessitate. Placeat quippe non habet legem et ob hoc excusat dispensa-
tionem. Voluntas vero quam metitur sola recta ratio et sola iniuria ge-
[illegible] usurpato. Alioquin et absque necessitate remissio no-
cet: non dispensatio sed praevaricatio est et transgressio. Quod voluntatem minuere
est non profectus. Sonant ergo superiori meram obedientiae subiectorum ex-
[illegible] libros ipsorum non residiorum suorum [illegible] qui non exige-
rent [illegible] condescendentes eis cum necesse fuit [illegible]
[illegible] non cadentes [illegible] eis. Certe subiectus hic [illegible] obedientiam quam
voti finibus [illegible] novit imperfectam. Nam perfecta obedientia legem
nescit terminis non arctatur neque contenta angustiis professionis
largiori voluntate fertur in latitudinem caritatis et ad omne quod
iniungitur spontaneo vigore liberalis alacrisque animi modum
non considerans in infinitam libertatem extenditur. Haec illa [illegible] sig-
nanter ait Petrus castificantes inquit corda vestra in obedientiam ca-
ritatis. Pulchre illam per hoc sequestravit ab illa inerti et
servili similiter quod nimirum obedientia non caritati prompta sed obnoxia necessi-
tati. Haec iusto illi lex cui posita non est. Siquidem vir ille
perfectus [illegible] sine lege sed qui non sit sub lege minime
quippe contentus voto suae duntaxat professionis quod supplet ani-
mi devotio. Quamquam nec istam obedientiam regula ipsa
[illegible] tacuit [illegible] monet si fratri impossibilia iniungantur
ut considerans de adiutorio Dei obediat [illegible]. Inde demum
regula tertius humilitatis describitur gradus ut omni obedientia se
subdat maiori. Dicens quippe omni, non vult nos in obedi-
endo mensura esse contentos professionis nostrae nec [illegible] promissi de-
bitum non de pacto sumere modum sed constare alacres et voluntarios
et obedire in omnibus. Est sane quod obedientiae limes [illegible] ipsa
[illegible] extremitas ut et sit [illegible] obedientiae qui est [illegible] hunc nobis
magister unigeniti commendat exemplum qui factus est patri obediens
usque ad mortem. Hoc ergo quotiens interrumpitur inobedientia dicitur
et peccatum transgressio seu praevaricatio. Sed interest sane quantum ea
[illegible] intentione quo perpetratur [illegible] ne perpetro
malum hoc committatur. Et quidem illam prorsus inobedientiam dico pro- ii.
ducendam [illegible] non [illegible] patri [illegible]. Cum vero [illegible]
cum dicat non occides. Sic ergo duo homicidia et unum quidem spo-
liandi cupiditas alterum vero necessitate sese defendendi [illegible]
[illegible] non hic [illegible] evidenter inter lepram et lepram causa
separat et [illegible] parem [illegible] culpam
unius eiusdemque transgressionis. Quid ergo si hunc subitanea vel
hunc studiosa malitia aut [illegible]
[illegible] Nequid [illegible] pensandum erit judicium quoddam
dissimile [illegible] affectu? Nam [illegible]
[illegible] illas [illegible] usurpare [illegible]
non videat [illegible]
flagitii [illegible] pietatis [illegible] pietatis [iii. ca.]

Iam vero de illo qui [illegible] contemptu [illegible] hec
modi concludenda [illegible] praep-
ositores [illegible] nobis [illegible] auctoritas [illegible]
[illegible] offensio [illegible] maioris [illegible] mandati transgressio [illegible]

estimetur. Ceterum melius est aliquid obedire deo quam hominibus, et in ipsis melius
magistris quam condiscipulis. Porro in magistris maioribus magis. Et omnes
quibus autem melius est scilicet obedire, ipsi procul dubio contemptus obedientie de-
testabilis est. Et de mandatis sile minoribus quippe maior in minoribus,
minor opera mea et cura tenetur. De quorum et preceptorum custodia
consideratione gravior levior ne offensa habetur. Porro maiora minora
quam mandata discrepant, et quod magis est minus ue nolle contemnere ipsum
qui precipit sive hominem sive deum. Est ubi gravia mandata non satis
bis, et est mandatorum omnium preceptor de celo. Verumtamen quid magnum
qui veruntamen dominum sed de non furando magis. Quis enim nesciat
equissimo deo neque displicere tenaces aeque fures. Et quid de duo-
bus malis plus velit nos tenere nostra quam tollere aliena, et tamen mi-
nus peccare qui non dimittit sua quam qui non sua furatur. Sed in manda-
tis hominum tanta equalitas invenitur cum pro variis necessitatibus
vel utilitatibus agendorum in vinculo affectu variatur pre-
ceptum, vel commodius sed amplius cupiant et exigant ob-
servari. Tamen quia qualitas preceptorum quam auctoritas precipientium
et obedientie precium meritum et inobedientie cumulat culpa. Quantum videtur
est in prelatis quibusque gravioris auctoritatis quo diligentior debetur ob-
sequendi cura eo et culpa gravior incurritur contemptu. His itaque
distinctionibus additis et obedientie modus et pondus inobedientie
facile reperitur. Huius gradibus non solum inter diem et noctem, sed
obedientie bonum et inobedientie malum discernitur, sed et inter diem et diem
semper inter noctem et noctem, in bono inquam et melius et in malo et
peius. Bonum quidem obedientie gradus est, si videlicet magistro nostro simili-
ter metu gehenne servias secundum professionem quam professus es sic
priam obedieris; melior tamen cum ex dei amore obedieris. Illa
quippe obedientia necessitatis est, ista caritatis. Illum autem optimum
dixerim obedientie gradum cum eo animo opus in voluntate recipitur quo
et precipitur. Cum enim ex voluntate volentis prudens intentione ex-
quiris, fit ut si magis minoribus et minus maioribus obtine-
re et ad hoc adimplendum quod iniungitur subiecti studium impen-
datur. Sed moderatur ideo quod pro sua dignitate et utilitate modum
sciat ubique servare tam in obsequendo quam in iussa, quem
metuendo prohibita non quidem vel minimum horum que videntur
contemnendo, sed tamen minime reprobatur sed minime ex comparatione
maiorum. Ponit vero huiusmodi obediens et minima non con-
temptum et maxima curat que maxima sunt. In imo hanc
denoti sincipit ad superne discernens quibus de mandatis et
qui preceptis sunt quedam in talis respondet ei propheta. Tu man-
dasti mandata tua custodiri nimis. Ubi quia non dicit omni-
bus, omnia illa tamen omnia oportet intelligi que quis sine gravi
dei culpa aut actione non violabit. In non sit gravi pena que
nunc violata dominus, ut puta non occides et que huiusmodi sunt
eorum. Non quod pro et obscuritas iniusta vel mala sed bona licet
et ne transgressio dispensatione dictante humana et aliquod
vel aspectus dispensationem admittit que leviora consu-
ra neglecta puniuntur levioribus damnis. Et huius ubi gra-
dus est vel risum modicum vel modicum silentium. Hec siquidem
sunt mandatorum non necessitate sed precepta sunt agere mandato sic.

Innuitam observantie imperium repugnantia et tamen in tempore sta-
bilia si per surreptionem aut oblivionem non autem per contemptum horum
transgressio contingit. Media quippe sunt quibus illa videlicet
precepta constituuntur que nos fictitia novimus. Longe itaque
dispari auctoritatibus quantum in ipsis est generalia novitate
cum tamen nemo sine negligentia offensa negligi non contem-
ni sine crimine valeat ipsa que ante iniuncta ab his dictata
quibus per se dicitur: Qui vos audit me audit, et qui vos
spernit me spernit. Licet namque ipsa per se minuta opera certis
innoxia sit adiunctione tamen obedientie ponderis obnoxium habe-
non magno tamen si contemptus defuit. Sed hec generalis regula sit
omnium horum que per se nec bona nec mala sunt aut divina
instituentur aut propria cuiusque professione firma non sunt ut non iussa
quid licet utrumlibet vel admittantur vel omittantur. Iussa
non sine culpa non contemptu negligantur, sine crimine non contemnantur. Vero
enim et culpabilis neglectus et contemptus damnabilis est. Distinctio
autem quia neglectus langore moritur, contemptus vero superbie tumor.
Porro preceptum morum hic mandatorum pari pondere gravius et ceteris viij c.
damnabilis est. Neglectus autem in fixis gravior in stabilioribus
mobilibus mandatis. Siquidem adulterium quam in quorumlibet
animo est flagitium ac criminale peccatum, cum tamen leve valde in
tempore vel loco silentium forte per oblivionem subreptum risus ne-
per imperium magis excusus quam per superbie contemptum quod utique
animi negligentis aut dissoluti sine indicium est, eo facillime
veniam promeretur quo minus vel parum reputatur. Qui cum se-
pe et de celebratione multa ociosa silentio licet sit et lingua
laxetur nunquam tamen negetur quispiam usurpari contra regulam vi-
detur? Verumtamen in minimis tamen exigendum est in talibus iudicium indiscreto
defectu ad modum quemadmodum que de omnium illorum occasione videntur homines
rum inde iudicium. Heu nobis quia non aut proterie reddemus de ocio-
so loquimur ociosum non est; homo ratione vacuum non est. Et tamen quis nes-
ciat verum reddentis illum quam tamen et minimus culpa re-
spondet admirantur delictumque damnationis quod ira. Vide-
licet quia discretio est in mandatis consequenter et in culpis, ut sic
dicam maior gravior levior minor ne consulendum transgressio
mandatorum si mandatum non negat. Sive enim deus sive homo vi-
carius dei mandatum quodque tradiderit pari proculdubio obsequendum est
cura pari reverentia deferendum, ubi tamen deus contraria non precipit ho-
mo. Et si contingit procul dubio indubitanter consulo imitemini sententiam.
Obedire oportet deo magis quam hominibus. Alias enim si respondendum
cum apostolis aut cum phariseis esset audiendum. Quare et vos
transgredimini mandatum dei propter traditiones vestras. Sed audi
dolet se contemptum magis homo per illo qui docet hominem scientiam,
consoletur illa quam et vos posuistis. Samuel scilicet
qua me legislatorem reprobum videretur dicente sic. Sic fecit
etiam mihi viri inimici. Apostolus proterit eum ere te. Si autem iustus
cavit quis offenditur propter? Ego quidem timens angelum cum dixit sen-
etiam ut aut deum aut hominem offenderem, neque sit deum potius
eligo libenter non offendere. Et quid tunc in utrisque hoc nempe
ex presenti impleverit capitulo de hominis lesione mea et solem-

dei si sperneretur. Certum est de offenso quis exhibet prime. gradu hominem con
fugio. Ecquid si persona non sustinet? quin immo maledictus fit ait qui spem suam
ponit in homine. Merito proinde sicut in deum peccaverit et si sub intelligatur
propter hominem quis exhibet inquit peccet. Fleret equidem. Nam et aliquo offen-
ditur et obsequium offenditur. Eque ubique odio execranda retinetur apud
ipsum qui offenditur, hoc est apud deum. Talis ergo requirendus est ad eum
qui sit idoneus ad placandum. Porro culpa si qua est qua homo offenditur
quod ei non obeditur aut nullum exigit aut parvi pendit ad nullam
ea melior. Quamquam cum deus si peccavit vir minimus subaudiendum est
propter deum quod ullatenus lesio cuiusque persone ne deum pariter exasperet ad ipsa
si solus offenditur. Metuens deus aliquando paulo ante quam sic non interim
peccantes in propatulo. Nam de prepositis eorum tenens ipsius vicarius
eminentiam sic loquens ad ipsos. Qui vos spernit me spernit. Si de quolibet
fratre nolite contempnere ait unum ex pusillis his. Ex quo scandalizaverit
unum ex pusillis his quod scilicet aiunt deus audet si non omnium scanda-
la equa sunt luce pensanda. Octavum capitulum

Hic namque accipienda sunt scandala pusillorum et aliorum philosophorum de
quibus apostolus timentibus et murmurantibus quod scandalizati essent
in sermone veritatis respondit: Sinite illos ceci sunt duces cecorum.
Illorum quippe scandalum de ignorantia, istorum de malicia descendit. Illi
scandalizantur quia veritatem nesciunt, isti quia oderunt. Unde et pusillos illos
Apostolus appellat, quod voluntatis quidem bone sint, non magne scientie, emu-
lantes zelum dei habent et si non secundum scientiam. Talium scandala
certum non utique provocare solent spiritualium dum caute unusquisque pau-
lo vel docente nos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu leni-
tatis. Indignum siquidem valde est humanam cos mereri indignationem
qui divinam misericordiam tam facile consecuti sunt. Nam hinc est quod do-
minus crucifixoribus suis quid presentes si pusilli estimatores
rei et si ex uno utique aliquid non cum excusabile veniam meruerunt?
Beati quidem fuissent si iuxta verbum domini in ipso scandalizati non
essent. Nunc vero quid nisi misereri? Sicut et misericordia probatur pa-
illa meruit patientis si non compatientis supplicatio. Pater inquit
ignosce illis et qui querit indulgentie rationem illam horrendo fa-
cinore scilicet quia nesciunt quid faciunt ac si diceret: eo digni
venia quo et pusilli scientia. Ideo ergo ignosce illis quia agnos-
cendo illis si non cognovissent numquam dominum glorie
crucifixissent. Sunt quibus non ita ignosco quos utique
non ignoro et vidisse et odisse et me et patrem meum. Pro his pu-
sillis inscia clamans Paulus cum quo eum habeat scientiam cum nescierit dis-
cedere infirmioribus et vobis inquit in vestra scientia frater pro quo Christus
mortuus est. Quod si tanto opere cavenda sunt scandala pusillorum

quanto magis prelatorum? At si de Christo quod in dignitatis sue impatiens
illorum tenentes eam et corporum spiritualiter presidens est qui vos audit
me audit et qui vos spernit me spernit. An non temere et regula-
riter prohibitum ante obedientia que maioribus presentes deo exhibetur? Quo ubi
quicquid vice dei precipit homo quod non sit tamen certum displicere deo haud
secus omnino accipiendum est quam si precipiat deus. Quid enim interest
utrum per se vel per suos ministros sive homines sive angelos hominibus
innotescat suum placitum deus? Si homines inquit faciles falli
non dei voluntates de rebus dubiis precipienda et non precipienda falle-

possunt. Sed enim quid hoc refert cum qui conscientia non es perterritum
cum teneas de sacerdote quia labia sacerdotis custodiunt scientiam
et legem ex ore eius exquirunt quia angelus domini exercituum est?
Requirunt dixerunt legem non inquis quam vel auctoritas
illa sepemata traditum vel ratio manifesta probavit. De his quippe in
propatulo ex preceptis vel prohibitionibus aliculandum est; si quod in latebris
autem obscurum esse cognoscere ut in dubium venire possit ve-
rum eam deus sic an aliter fieri velit, sine dubio ab his custo-
dientibus scientiam et ex ore angeli domini exercituum exeuntibus reddatur
aliquid demum potius divina consilia requirentes quam ab illo
cui commissa est dispensatio misteriorum dei. Proinde quamquam de his
mus utique deum nobis que apte non sunt vero domini audire debemus.
Hec sane contra loquimur conventui scriptore nos in hac parte di-
nam hominibus conveniens auctoritatem cum ille minus memo-
rato capitulo plane disserens ut utrumque videtur. Si quod quod nos
asserimus de dubiis hoc ille negat de manifestis ut cum ait
si precipiatur in invitis subaudiendus propter deum cum apte habeat esse
manducare presumit. Sed hunc nos sumentes materiam sine contrario
argumenti; asseris si his contra ut iussa quilibet et mirifica homi-
diue audiens pari proinde estimanda id hominem sub homine autem ut
aut minus possit salvari cum invicem in plus mandatorum que plura
et precipiam sepe precipiuntur. Medium non prevaricari aut difficile
ad modum aut omnino impossibile videtur. Et quod non nego difficultatem
tamen inesse profecto sicut ipsa ante in persona presulentur. Porro magis
fit cordis et infirme pusillanimitatis nolunt; iudicium stolida seniorum
dissolvit discernere habere ad singula que iniungitur. Exigentia proinde
rerum et male suspicari de precepto omni cum claruit nec unquam
libenter obedire nisi cum audire contigit quod forte libuerit. Aut
quod non aliter hoc sen expedit monstratum vel apertum non vel indu-
bitata auctoritate. Delicata satis immo nimis molesta hec est obedi-
entia. Nec plane hec illa est que ex regula exigitur obedientia summo-
ra. Disputare profecto hoc est in ... cordis non intendentis auris
obedire. Sed eiusmodi ergo camillem ... non in primis si ... est
in ponderis presumpcionis nature; ea non sit prorsus ... minus
quod solus spiritus premere exigit iugum esse suave et le-
Christi quippe iugum et onus omnino importabile nisi
Christi eque spiritu. Hunc ergo utique sidicetis legem regule
subintrasse ut habundaret delictum tum dicetis. Certum
hic culpa non est dare legis vel danti legem sed impudenti
tenentis et impie prevaricantis. Mandatum quippe iustum et
sanctum et tu tenoris esse camillem venundatum sub precepto
vim hic ante prevdisse debueras quo curris hic evangelice
non prius illam fidem ... quam sedes computares sumptus si
ad perficiendum. Nunc autem quid restat nisi ut aut correp-
te obedias senioribus aut consulas audias ab illusoribus
hic homo cepit edificare et non potuit consummare. Sed for-
sitan dicetis. Ergo ne ita prorsus quispiam inveniretur
cui vel minimum ad meditandum vel surripere rerum minuens
ac viliora que passim angeligerentibus preposita impune? Mi-
nime quidem. Eciam hic ergo reddam cui ipsi quod de se fateatur

apostoli in multis offendimus omnes. Et si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Sed non continuo ut ad primum perveniret perterruit cum nos semper consoletur. Sed quia scivit inquiens advocatum habemus Jesum Christum iustum et ipse propitiatio est pro peccatis nostris. Denique apostolus de se ipso testatur quod praevaricationibus regnantibus ut non praeteriret sane non quia et si praevaricationibus non tamen praeceptoribus legis supplicasse unquam quo illi pueri possint pro annis salvatoris rogare nescie bant? Quamobrem non video iam cur omnem obedientiam et transgressionem vel minorum quorumlibet mandatorum exaggerandam putaveritis exclamantes. Quid ergo iam monacho poterit veniale peccatum esse vel leve cui universae actioni eius insidiatur inobedientiae? Sed hinc videlicet constare creditis quod placitorum iussionibus tam obnoxius asseritur quatenus si divinis tenetur. Quasi ergo et ipsa evangelica praecepta non multum inter se distent et minore obligationis et transgressionis periculo. Certum sit omnia unum esse constat vel necessitatis vel utilitatis vel dignitatis si non sua eorundem transgressione fiunt similia non paria manent discrimina disparesque culpas. Porro si pari culpa negliguntur quae non pari culpa perpetrantur, si pari proinde pena puniuntur. Ecce in evangelio tam flagitium ipsius quam fornicationis turpitudine damnatur. Vel quis magis non horreat cum operibus mali turpitudine foedari quam cibo crapulari? Nonne denique videas in evangelio sub nominibus trabis et festucae graves leves que discerni inobedientiae culpas? Nonne ipsa disponente immo diffiniente Veritate nobis distinguuntur quae cui reatui vel penae debeantur, dum iudicio alium, alium concilio, alium gehennae reum esse praecipitur? Quae nam ergo consequendi necessitas cogit ut si magistris divina verba iussa praeceperis auditum illum id in monacho leve aut veniale peccatum inveniri posse putetur, eo quod eius universae actioni crimen insidietur inobedientiae? Esto sit crimen cui per naturam illa gehenna assignatur, quale illud quod sit dissimile esse crimen quod victum iudicii reum tamen facit esse iudicio? Decet ergo distribuimus esse reatum quod vel ad hactenus veri statuit quod si reatum et peccatum. Porro omne peccatum contra mandatum dei perfusum quod autem contra mandatum perfusum inobedientia dicitur. hinc intelligitur quia nulla fit et inobedientia sit et crimen non sit. En unum invenerit monacho leve ac veniale peccatum quodque non humani sed divini mandati statuit transgressionem. Sibi gratis sunt transgressionis non ulla stultiloquia seu vaniloquia et hoc aliorum vel facta et cogitationes. hec enim nunquam nisi contra mandatum et dei mandatum usurpantur. Peccata quippe sunt et tamen pro his omnibus peccatum et tamen venialia non criminalia reputantur excepto eo qui per contemptum iterat usum et consuetudinem et tunc non peccati speciem sed peccandi intentionem pensant.

Decimum capitulum.

Resurrectio mortuorum hominum sed una et simul. Non prima iustorum et secunda peccatorum, ut fabula somniatur, sed una omnium. Et si id resurgere dicitur quod cadit, caro ergo nostra in veritate resurget

sicut mutatur aer et non secundum Origenem immutatio corporis erit
id est aliud novum corpus pro carne, sed eadem caro corruptibilis que cadit
resurget incorrupta tam iustorum quam iniustorum ut vel pro meritis suis
sustinere possit penas vel gloriam eternam permaneat. De eadem re. c. vii.
Omnium hominum erit resurrectio mortuorum. Ergo omnis moriatur ut mors in
Adam ducta omnibus filiis eius dominetur et maneat illud privilegi-
um in domino quod de eo specialiter dicitur non dabis sanctum tuum videre corruptionem
et caro eius non vidit corruptionem. Hanc rationem maxime patrum turba
tradente suscepimus. Verum quia sunt et alii eque catholici et eruditi vi-
ri qui credunt anima in corpore manente immutandos eos ad corruptionem
et immortalitatem qui in adventu domini vivi inveniendi sunt, et hoc
eis reputari pro resurrectione ex mortuis quod mortalitatem immutatione de-
ponant non morte, quolibet quis acquiescat modo non est hereticus nisi
contentione hereticus fiat. Sufficit enim in ecclesie lege carnis resurrectionem
credere futuram de morte. De iudicio vivorum atque mortuorum. c. viii.
Quod autem dominus in symbolo in adventu domini vivos ac mor-
tuos iudicandos, non iustos et peccatores sicut Diodorus significari
putat, sed vivos eos qui in carne inveniendi sunt die qui adhuc
morituri creduntur vel immutandi sicut alii volunt ut sus-
citati continuo vel reformati cum ante mortuis iudicentur. c. ix.
Post resurrectionem et iudicium non credimus restitutionem futuram quam Origenes
delirat ut demones vel impii homines post tormenta quasi suppliciis pur-
gati vel illi in angelicam qua creati sunt redeant dignitatem vel isti in
corporum societate consortium eo quod benignitate divina pene de crimina-
libus peccata carnis sed quolibet modo diluuntur. Sed nos credimus ipsi
iudicii omnium et retributori iustorum qui dixit: ibunt impii in sup-
plicium eternum, iusti autem in vitam eternam ut percipiant fructum operum
suorum. Et reus mittetur in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius.
Quod ante mundum angeli facti. c. x.
In principio creavit deus celum et terram et aquam ex nihilo, et cum adhuc te-
nebre ipsam aquam occultarent et aqua terram absconderet facti sunt angeli
et omnes virtutes celestes ut non esset ociosa dei bonitas sed haberet in
quibus per multa ante spacia bonitatem suam ostenderet et sic iste visi-
bilis mundus ex his factus que creata fuerant, scilicet materiis, ornatus est. Quod solus deus incorporeus. c. xi.
Nichil invisibile et incorporeum credendum nisi solum deum id est patrem et
filium et spiritum sanctum qui ex eo incorporeus dicitur et creditur quia ubique est et omnia implet atque
constringit, ideo invisibilibus omnibus creaturis quia incorporeus. Quod omnis creatura corporea. c. xii.
Creatura omnis corporea, angeli et omnes celestes virtutes corporee, licet non carne
subsistant. Ex eo autem corporeas esse credimus intellectuales naturas quod localiter
circumscribuntur sicut et anima humana que carne clauditur et demones qui
per substantiam angelice nature sunt. Quod immortales et intellectuales nature. c. xiii.
Immortales credimus intellectuales naturas quia carne carent nec habent quo cadant
ut resurrectione egeant post ruinam. De animabus hominum. c. xiiii.
Animas hominum non esse ab initio inter ceteras intellectuales naturas nec simul creatas
sicut Origenes fingit neque cum corporibus per coitum seminatas sicut
Luciferiani et Cirillus et aliqui Latinorum presumentes affirmant, quasi nature
consequentiam servantes, sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminari, dei vero
iudicio coagulari in vulva et compingi atque formari, ac formato iam
corpore animam creari et infundi ut vivat homo ex anima constans et corpore et ostendatur
vivus ex utero procedens humana substantia. Quod non due sint anime in uno homine. c. xv.
Neque duas animas esse dicimus in uno homine sicut Iacobus et alii Syrorum
scribunt unam animalem qua animetur corpus et immixta sit sanguini,
et aliam spiritalem que rationi ministret, sed dicimus unam esse eandemque animam
in homine que et corpus sua societate vivificet et semetipsam sua ratione dispo-
nat habens in se libertatem arbitrii ut in sua substantia eligat quod vult.
Solum hominem credimus habere. Quod solus homo habet animam quod vivit separabilem. c. xvi.
animam substantivam que exuta corpore vivit et sensus suos atque inge-
nia vivaciter tenet, neque cum corpore moritur sicut Arabs asserit, neque post
modicum intervallum sicut Zenon, quia substantialiter vivit. De animabus animalium. c. xvii.
Animalium vero anime non sunt substantive, sed cum carne ipsa carnis
vivacitate nascuntur et cum carnis morte finiuntur, et ideo nec ratione
reguntur sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia nature
incitamenta ducuntur. De anima humana quod non moritur cum carne. c. xviii.
Animam humanam non cum carne mori, quia nec cum carne ut
supra diximus seminatur, sed formato iam corpore in ventre matris corpori dei iu-
dicio creari et infundi, ut vivat homo intus in utero et sic
procedat nativitate in mundum. Quod homo constat ex duabus substantiis. c. xix.
Duabus substantiis constat homo, anima tantum et carne: anima cum
ratione sua et carne cum sensibus suis, id est visu auditu gustu odo-
ratu tactu, quos tamen sensus absque anime societate non movet caro, anima
vero et sine carne rationale suum tenet. Quod anima et spiritus unum sunt. c. xx.
Non est tertius in substantia hominis spiritus, ut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est
anima pro spiritali natura vel pro eo quod spiret in corpore spiritus appellatur;
anima vero ex eo vocatur quod ad vivendum vel ad vivificandum animet
corpus. Tertium vero qui ab apostolo cum anima et corpore inducitur spiritum gratiam
sancti spiritus intelligamus, quam orat apostolus ut integra perseveret in
nobis, ne nostro vitio aut fugiat aut minuatur a nobis, quia
spiritus sanctus effugiet fictum. De libero arbitrio hominis. c. xxi.
Libertati arbitrii sui commissus est homo statim in prima conditi-
one, ut salutis vigilantia mentis annitente et precepti custo-
dia perseveraret sicuti in eo quod creatus fuerat. Postquam vero seduc-
tione serpentis per Evam cecidit, naturalis boni perdidit potentiam et vigorem
arbitrii, non tamen electionem, ne non esset suum quod emendaret peccatum, ne me-
rito indulgeretur quod non arbitrio diluisset. Manet itaque ad querendam
salutem arbitrii libertas non tamen ad optinendam sine illa que-
rentes sibi invenire que pulsantibus aperit que petentibus
donat. Sicut ergo initium salutis nostre deo miserante et inspiran-
te habemus, nos credimus nostrum arbitrium non naturale sequi, sed divine in-
spirationis lumine confitemur. Ergo ut non labamur a bono vel non
vel nostris viribus sollicitudinis nostre et celestis gratie adiutorio
ut a malo labamur potestatis nostre est et ignavie. De baptismo. c. xxii.
Baptisma unum est sed in ecclesia ubi una fides est, ubi in nomine patris et filii
et spiritus sancti datur, et ideo si qui apud illos hereticos baptizati sunt qui
in sancte trinitatis confessione baptizant et veniunt ad nos recipi-
antur quidem ut baptizati ne sancte trinitatis invocatio vel con-
fessio annulletur. Sed doceantur ante et instruantur quo sensu
sancte trinitatis misterium in ecclesia teneatur, et si consentiunt credere vel ac-
quiescunt confiteri purgati iam fidei integritate confirmentur
manus impositione. Si vero parvuli sunt vel hebetes qui doctrinam
non capiunt respondeant pro eis qui eos offerunt iuxta morem bap-
tizandi, et sic manus impositione et crismate communiti eucharistie

ministris administrentur. Illi autem qui non in sancte trinitatis invocatione
apud hereticos baptizati sunt et veniunt ad nos baptizari eos debere
non rebaptizari pronunciamus. Quia non credendum est eos fuisse baptizatos
qui non in nomine patris et filii et spiritus sancti iuxta regulam a domino positam tincti sunt,
ut sunt paulianiste, proculianite, borborite, simphoriani, fotiniani, mon-
taniste, manichei, valentiniani, impie trinitatis vel contra istorum origi-
nes sunt ordinis pestes qui duo principia sibi ignota inducunt
ut cerdo et marcion, vel contraria ut manicheus, vel tria ut barbora(?)
ut seneciani(?) ut theodotus(?), vel multa ut valentinus, vel christum hominem
fuisse absque deo ut cerinthus, ebion, artemon et fotinus. Ex istis
itaque qui ad nos veniunt non requirendum utrum vere bap-
tizati sint an non, sed hoc tantum si credunt in ecclesie fidem et baptizan-
tur ecclesiastico baptismate. De perceptione eucharistie. capitulum ...

Cotidie eucharistie communionem percipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen
dominicis diebus communicandum hortor, si tamen mens in affectu peccandi
non sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi gravari magis
dico eucharistie perceptione quam purificari. Et ideo quamvis quis peccato mor-
deatur, peccandi de cetero non habeat voluntatem, et communicaturus satisfaciat
lacrimis et orationibus, sed cum fiducia confidens de domini miseratione qui peccata pie
confessioni donare consuevit, accedat ad eucharistiam intrepidus
et securus. Sed hoc de illo dico quem capitalia et mortalia non gravant.
Nam quem mortalia crimina post baptismum commissa premunt
hortor prius publica penitentia satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconcili-
atum communioni sociari, si vult non ad iudicium et condempnatio-
nem sui eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solvi
mortalia crimina non negamus, sed mutato prius seculari habitu et confesso
religionis studio per vite correctionem iugi immo perpetuo luctu mi-
serante deo, id est dum contraria pro his que penitet agat,
et eucharistiam omnibus diebus dominicis supplex et submis-
sus usque ad mortem percipiat. De penitentia. capitulum ...

Penitentia vera est penitenda non admittere et admissa deflere. Sa-
tisfactio penitentie est causas peccatorum excidere nec earum suggestionibus aditum indulgere.

In divinis repromissionibus nichil terrenum vel transitorium expecte-
mus sicut meliciani sperant, non nuptiarum copulam sicut cerin-
thus et marcionis deliramenta, non que ad cibum et potum pertinent
sicut papia auctore hireneus, tertullianus et lactantius adquiescunt,
neque per mille annos post resurrectionem regnum christi in terra futurum et sanctos cum illo in de-
liciis regnaturos speremus sicut nepos docuit, qui primam resurrectionem
iustorum et secundam impiorum confingit, et inter has duas mortuorum resurrectio-
nes gentes ignorantes deum in angulis terrarum latere servandas
que post mille annos illius regni in terra iustorum instigante
dyabolo movende sint ad pugnam contra iustos regnantes, et domino
pro iustis pugnante imbre igneo compescendas, atque ita mortuos
cum ceteris impiis mortuis ad eterna supplicia cum corporibus ca-
ne resuscitandos. Nullum salvari posse ... capitulum ...

Nullum credimus ad salutem nisi deo invitante venire, nullum
invitatum salutem suam nisi deo auxiliante operari, nullum nisi ora-
tem auxilium promereri. Nullum voluntate dei perire, sed permissu et
per electionem arbitrii ne ingenuitatis potestas semel homini attributa
ad similem angelicae naturae necessitatem... De malicia ... capitulum ...

Malum vel maliciam non esse a deo creatam sed a diabolo inventam, qui
et ipse bonus a deo creatus est, sed quia liberi arbitrii ut rationabilis creatura con-
ditus est, cogitandi accepta facultate secundum bonum uteretur ad ma-
lum et malicia cogitando invenit malum et quod in se primus prodidit inimi-
cus malus ... solus prius ... talis ut qui conditor immu-
tabilis sue malicie fieret et aliorum auctor ut et malum vel maliciam per-
ciperet, ...ad rationabiles creaturas. Unde cognoscimus non esse creatu-
ram immutabilem nisi solum deum patrem et filium et spiritum sanctum, qui mutari non potest a bono quia
natura possidet bonum. Nec potest aliud quid esse quam bonus.

Angeli non qui nulla quidem creatura est ... bene ...
perseverant non quod possiderent ut immutabiles essent, sed ab initio sua
sponte bonam voluntatem boni conditoris et fide domino suo adherendum.
Unde et merito ab ipso domino sancti angeli vocantur, qui tenuerunt
arbitrii libertatem, non socii eorum qui remanserunt a bono. De nuptiis. capitulum ...

Bone sunt nuptie, sed ad filiorum temperantiam fornicationis ob ...
Melior est continentia sed non sufficit De continentia. capitulum ... continentia
ad beatitudinem si pro solo amore pudicitie retinetur, sed et si cum affectu
et vacandi domino eligatur; alioquin continentia magis conjugii ne-
ridetur esse quam castitatis. De virginitate. capitulum ...

Virginitas vero ... perfectior est quia in anima vincit pugnam animam
corporis ... pugnam castimonie placet. De perceptione ciborum. capitulum ...

Bonum est melior cum gratiarum actione sumere quicquid deus creandum
fecerit. Abstinere autem ab aliquibus non quasi malis sed quasi necessariis non est
malum. Moderari vero carnium usum pro necessitate et tempore proprie
christianorum est. Virginitatem non esse preferendam nuptiis. capitulum ...

Equare vero virginitatem nuptiis aut pro amore castigandi
corporis abstinentibus a vino vel a carnibus non credere merito accrescere
non christiani sed ioviniani est. beatam mariam ... capitulum ...

Integra fide credendum beatam mariam christi matrem et virginem
genuisse et post partum virginem permansisse; non blasphemie he-
luidii adquiescendum qui dixit virgo ante partum non virgo post partum.

Elementa vero celum et terram non esse abolenda per ignem ... capitulum ...
sed immutanda, et mutata figura mundi eandem ymaginem
non substantiam transituram. De ... capitulum ...

Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare
melius est pro intentione sequendi dominum insimul donare et absolutum
sollicitudine cum christo agere. ... capitulum ...

Maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum,
neque eum qui unam quidem sed concubinam non matronam habuit, neque illum
qui viduam aut repudiatam vel meretricem in matrimonio sump-
sit, neque eum qui seipsum aliqua corporis sui parte indignatione aliqua
vel iusto vel iniusto vel amore supra eius truncaverit, sed illum
qui usuris accepisse convincitur aut in scenis lusisse noscitur,
neque eum qui publica penitentia mortalia crimina deflet, neque eum qui aliqua
infirmitate insaniam vel afflictione diaboli vexatur, neque eum
qui per ambitionem symonis magi pecuniam offert. De ... capitulum ...

Sanctorum corpora et precipue beatorum martirum reliquias ac si christi membra sincer-
rissime honoranda et basilicas eorum nomine appellatas velud loca
divino cultui mancipata affectu piissimo et devotione fidelissima
adeundas. Siquis contra hanc sententiam venit non christianus sed eunomianus

Ysidorus in .ii. libro de summo bono. Sola caritas sibi inte-
gre nocet et humilitas a christo suscepta qui ... est in caritate
de persona

Catalas ... nuptias et fornicationem ... non ... malis esse nuptias ...
... cibos et carnes ... non ... capitulum ...
sed proprie enchratitarum et manicheorum

et vigilantibus creditur. De baptismo martyrii [illegible]

Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote et interrogatus respondet. Hoc et martyr vel coram persecutore facit, qui et confessus fidem et interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua vel intingitur; et iste vel aspergitur sanguine vel contingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit Spiritum sanctum; hic habitaculum efficitur Spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed Spiritus Patris qui loquitur in illo. Ille communicat eucharistie in commemoratione mortis Domini; hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiaturum; hic ipsi renuntiat vite. Illi peccata omnia dimittuntur; in isto extinguuntur.

In eucharistia non debet aqua pura offerri ut quidam sobrietatis imagine fallunt, sed vinum cum aqua mixtum, quia et vinum fuit in redemptionis nostre misterio, cum dixit: Non bibam amodo de hoc genimine vitis; et aqua mixtum, quod post cenam dabatur, quia de latere eius lancea perfosso aqua cum sanguine egressa est, ut vinum de vera eius carne et aqua expressum ostenderet. De eucharistia … oblatione [illegible]

De bonitate carnis … [illegible]

Bona est caro nostra et valde bona, utpote ab illo solo Deo condita, qui solus bonus est; et mala ut volunt Severianus et Priscillianus et Manicheus; nec ex bono et malo compacta, ut Manicheus blasphemat. Sed cum sit conditione bona, arbitrio anime efficitur nobis vel bona vel mala, non mutatione naturae, sed execrationis merito. … que … ut bonum sive malum. [illegible]

In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur, sed ut mortuus est resurget; infirmus vir et infirma femina, clarescet sexus … non specie … resurrectio … id resurget quod cadit. [illegible]

Post ascensionem Domini ad celos omnium sanctorum anime cum Christo sunt, et exeuntes de corpore ad Christum vadunt, expectantes resurrectionem corporis sui, ut ad integram beatitudinem cum ipso pariter immutentur, sicut et peccatorum anime in inferno sub timore posite expectant resurrectionem corporis sui, ut cum ipso ad penam convertantur eternam. De … passionem … [illegible]

Ante passionem Domini omnes anime sanctorum in inferno sub debito prevaricationis Ade tenebantur, donec auctoritate Domini per indebitam eius mortem a servili conditione liberarentur. De … [illegible]

Penitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vite spiritu admissorum peniteat, et publica lamentatione peccata prodantur; quia propositum Dei quo decrevit salvare quod perierat stat immobile; et ideo quia voluntas eius non mutatur, sive emendatione vite eius conferatur, sive in supplici confessione, si continuo vita excedat, venia peccatorum, presumat ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur a penitendo et salvetur divina miseratione vivat. Si quis aliter de iustissima Dei pietate senserit, non Christianus sed Novatianus est. … cogitationes [illegible]

Internas anime cogitationes diabolum non videre certi sumus, sed motibus corporis eas et affectionum indiciis colligere experimento didicimus. Secreta autem cordis solus ille novit ad quem dicitur: Tu solus nosti corda filiorum hominum. [illegible]

Non omnes cogitationes nostre male semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex motu arbitrii nostri emergunt. Bone autem cogitationes semper a Deo sunt. Quod demones … [illegible]

Demones per energiam non credimus substantialiter illabi anime, sed applicatione et oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creavit, qui natura subsistens incorporeus capabilis est sue facture. De signis et prodigiis [illegible]

Signa et prodigia etiam per peccatores homines in nomine Domini fieri Salvatore docente discimus … per superstitionem … [illegible]. Quod … signis et prodigiis … [illegible]

Signis et prodigiis clarificare posse … non … et incredulis … et … moribus … Templum … signorum efficacia … recte … Nullus sanctus et iustus caret peccato … [illegible]

Quod … sancti … sunt … [illegible]

… [illegible] … mobilitate et mutabilitate prevaricationis nostre. Ex … Aug. de doct. christiana.

Quicquid de scripturis sentit per hominem vel per angelum … [illegible] … sicut centurionem Cornelium … Paulus … Ex … quod per hominem discendum est … [illegible] … Et … templum Dei … Templum enim Dei sanctum est quod estis vos … [illegible] … cum Moyse Deus loquebatur … consilium regendi atque administrandi … ab alienigena scilicet homine … [illegible]

Duo sunt res quibus nititur omnis tractatio scripturarum: modus inveniendi que intelligenda sunt, et modus proferendi que intellecta sunt. De inveniendo prius, de proferendo postea disseremus. Omnis doctrina vel rerum est vel signorum, sed res per signa discuntur. Sunt autem alia signa quorum omnis usus in significando est, sicut sunt verba. Nemo enim utitur verbis nisi aliquid significandi gratia. Ex quo intelligitur quid appellem signa: res eas videlicet que ad significandum aliquid adhibentur. Quocirca omne signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, omnino nichil est. Non autem omnis res etiam signum est. Res igitur alie sunt quibus fruendum est, alie quibus utendum, alie que fruuntur et utuntur. Ille quibus fruendum est nos beatos faciunt. Istis quibus utendum est tendentes ad beatitudinem adiuvamur et quasi adminiculamur, ut ad illas que nos beatos faciunt pervenire possimus. Frui est enim amore inherere alicui rei propter seipsam. Uti autem quod in usum venerit ad id quod amas obtinendum referre. Res igitur quibus fruendum est Pater et Filius et Spiritus sanctus, eademque Trinitas, una quedam summa res communisque omnibus fruentibus ea, si tamen res et non rerum omnium causa sit, si tamen et causa. Non enim facile nomen quod tante excellentie conveniat inveniri potest. Et cum dicitur ineffabilis, non est ineffabile quod dicitur ineffabile, quia et cum dicitur aliquid dicitur; et fit nescio qua pugna verborum. Quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest …

Aug. in xii libro super Gen. Angeli malas cogitationes … noverint, nos autem ipsorum nisi ostendantur nosse non possumus, qui sic eas ut opinor habent … occultate spiritualibus modis quemadmodum nos invicem … ne aliorum oculis videantur abscondimus. … ad bonum … ipse sibi denegat curam qui suo medico non publicat egritudinem.

non est ineffabile quod uel ineffabile dici potest. Que pugna uerborum
silentio cauenda potius quam uoce placanda. Et loquentes tamen de deo
multi mouentur, sed alii eo alii melius. Illi qui dediti sunt corporis
sensibus aut ipsum celum aut quod in celo fulgentissimum uident
aut ipsum mundum deum deorum esse arbitrantur. Illi autem qui per intelligentiam
pergunt uidere quod deus est, omnibus eum naturis uisibilibus et corporalibus, intelli-
gibilibus et spiritualibus, omnibus mutabilibus preferunt. Et quoniam omnes qui
de deo cogitant uiuum aliquid cogitant, illi soli possunt non ab-
surda et indigna existimare de deo qui uitam ipsam cogitant.
Et quamlibet illis formam corporis occurrerit, eam uita uiuere uel non uiuere
statuunt, et uiuentem non uiuenti anteponunt. Eamque ipsam uiuen-
tem corporis formam quantalibet luce prefulgeat, quantalibet magnitu-
dine premineat, quantalibet pulchritudine ornetur, aliud ipsi ipsam,
aliud uitam qua uegetatur intelligunt. Eamque illi moli que
ab ea uegetatur et animatur dignitate incomparabili preferunt.
Deinde ipsam uitam pergunt inspicere, et si eam sine sensu
uegetantem inuenerint, qualis est arborum, preferunt ei sentientem,
qualis est pecorum, huic rursus intelligentem, qualis est hominum. Quam
cum adhuc mutabilem uiderint, et huic aliquam incommu-
tabilem cogantur preponere, illam scilicet uitam que non aliquando desipit,
aliquando sapit, sed potius ipsa sapientia est. Quapropter cum illa ueritate
et sapientia perfruendum sit que incommutabiliter uiuit, purgandus est
animus ut perspicere illam lucem ualeat et inherere perspecte. Hinc
fruendi hinc usus intelligendus est purgatio, fruendi hinc usus
intelligendus est purgatio in ipsa est usus. Quod per nos ipsi habere non
possumus, ipsa tamen prebere nobis prebuit, uiuendi exemplum non aliter quam in homine, quoniam et
nos cum ad illam uenimus sapienter facimus; ipsa cum ad nos uenit
ab hominibus superbis quasi stulte fecisse putata est. Et quoniam nos per loca non spa-
tia ueniendo, sed inchoatione mortali mortalibus agendo uenisse ad
nos dicitur. Illuc ergo uenit ubi erat, quia uerbum caro factum est et habitauit
in nobis. Sicut cum loquimur, ut id quod animo gerimus in audientis ani-
mum per aures carneas illabatur, fit sonus uerbum quod corde gesta-
mus et locutio uocatur. Nec tamen in eundem sonum cogitatio nostra con-
uertitur, sed apud se manens integra formam uocis qua se insinuet
auribus sine aliqua labe sue mutationis assumit, ita uerbum dei non
commutatum caro tamen factum est ut habitaret in nobis. Sicut autem cura-
tio uia est ad sanitatem, sic ista curatio peccatores sanandos
reficiendosque suscepit. Iam uero cum resurrectio domini a mortuis et in
celum ascensio magnam spem fulgeret ad nostram fidem. Multum enim
ostendit quam uoluntate pro nobis animam posuit, qui eam sic habuit
in potestate resumere. Porro cum multa sunt non in uia ista latronum et
sed ~~obstaculum~~ offendiculum quam medicabatur, quasi sepes spinosa
peccatorum in medio posita, quid liberalius et misericordius fecit quam pro
cuius? quod ut uerbum caro fieret, et seipsum nobis quod redemptoris sui
tradidit et omnia donaret, peccata omnium dimitteret in medio
redemptis nostris per nos crucifixus euelleret. Has ergo claues dedit
ecclesie sue ut quod solueret in terra solutum esset in celo et quod li-
garet in terra ligatum esset et in celo. Scilicet ut quisquis aliquis in
ecclesia eius dimitti sibi peccata ~~crediderit~~ non crederet non ei dimitteren-
tur. Quisquis autem docet scripturas ab his corporis eruere.

mentem cum corpore in uno consortio eandem uitam atque corpus incorruptum
sanaretur. In his ergo omnibus rebus ille tantum sunt quibus fruendum
est quas eternas atque incommutabiles commemorauimus. Ceteris
autem utendum est ut ad illarum perfruitionem peruenire possimus. Nos itaque
qui fruimur et utimur aliis rebus res aliqua sumus. Sed non se
ipso quisque frui debet si liquido aduertas, quia non seipsum debet propter seipsum
diligere sed propter illum quo fruendum est. Tunc quippe optimus homo
est cum tota uita sua pergit in incommutabilem uitam. Si autem se propter
se diligit, non se refert ad deum sed ad seipsum conuersus non ad incommutabile
aliquid conuertitur et propterea iam cum defectu aliquo se fruitur. Non autem
omnia quibus utendum est diligenda sunt, sed ea sola que aut nobis-
cum societate quadam referuntur in deum sicut est homo uel angelus, aut ad nos
relata beneficio dei per nos indigent sicut est corpus. Nam utique mar-
tyres non dilexerunt scelus persequentium se, quo tamen usi sunt ad promeren-
dum deum. Cum ergo quattuor sint diligenda, unum quod supra nos est, alterum
quod nos sumus, tertium quod iuxta nos est, quartum quod infra nos est, de
secundo et quarto nulla precepta danda erant. Quantumlibet enim homo
excedat a ueritate, remanet ei dilectio sui et dilectio corporis sui. Fugitiuus
enim animus ab incommutabili lumine omnium regnatore id agit
ut ipse sibi regnet et corpori suo, et ideo non potest nisi et se et corpus suum diligere.
Modus ergo diligendi precipiendus est homini, id est quomodo se diligat ut prosit
sibi. Quin autem se diligat et prodesse sibi uelit dubitare de-
mentis est. Precipiendum est etiam quomodo corpus suum diligat ut ei ordinate
prudenterque consulat. Ille autem iuste et pie uiuit qui rerum
integer estimator est; ipse autem qui ordinatam habet dilectionem, ne
aut diligat quod non est diligendum, aut non diligat quod est dili-
gendum, aut amplius diligat quod est minus diligendum, aut
eque diligat quod uel minus uel amplius est diligendum, aut
minus uel amplius quod eque diligendum est. Omnis peccator in quantum
peccator est non est diligendus, et omnis homo in quantum homo est diligendus
est propter deum, deus uero propter seipsum. Et si deus omni homine amplius diligen-
dus est, amplius quisque deum debet diligere quam seipsum. Denique nichil
metuimus ne cuiquam possit cognitum displicere. Et quis se uult
diligi non ut aliquid? Sed inquies quem diligimus eternum per-
uenisse? Sed et ipse quem diligimus hinc est efficiens ut etiam
eos et nos diligamus. Non enim eos timemus ne nobis quod dili-
gimus auferre non possint. Et quo excellencior a dilectione nostra
non est, diuina substantia percepimus quod diligimus deum, proximi dilec-
ne distinctum est. Ille enim nobis propter nostram, propter suam bonita-
tem. Nos autem nobis inuicem propter illum. Idem ille nostri miseretur
ut se perfruamur. Nos ergo inuicem nostri miseremur ut illo fruamur.
Deus ergo non fruitur nobis sed utitur. Nam si neque utitur nisi fruitur,
non inuenio quemadmodum diligat sed neque sicut utitur ut nos. Nam nos
res quibus utimur ad id referimus ut dei bonitate perfruamur. Deus
autem ad suam bonitatem usum nostrum refert. Cum autem homine in
deo frueris, deo potius quam homine frueris. Illo enim frueris
quo efficeris beatus, et ad quem te peruenisse letaberis in quo spem
ponis ut peruenias. Omnium ergo que dicta sunt ex quo de
rebus tractamus, hoc summa est ut intelligatur ~~bonum~~ bonum, [in margin: hoc]
um scripturarum plenitudinem et finem esse dilectionem dei quo fruimur

et rei que nobiscum eterna est. Quisquis igitur scripturas divinas vel quaslibet earum partem intellexisse sibi videtur ita ut eo intellectu non edificet istam geminam caritatem dei et proximi, nondum intellexit. Fides itaque scripturis quibus et scientiis omnis et prophetia militat. Fides spes caritas. Et fidei succedit species quam videbimus et spei succedit beatitudo ipsa ad quam perventuri sumus. Caritas autem etiam istis decedentibus augebitur potius. Si enim credendo diligimus quod nondum videmus, quanto magis cum videre ceperimus? Et si sperando diligimus quo nondum pervenimus, quanto magis cum pervenerimus? Inter temporalia quippe et eterna hoc interest, quod temporale aliquid plus diligitur antequam habeatur, vilescit autem cum advenerit. Non enim satiat animam cui vera et certa sedes eternitas est; eternum autem ardentius diligitur adeptum quam desideratum. Nulli enim desideranti conceditur plus de illo existimare quam se habet, ut vilescat cum minus invenerit. Ex secundo libro

Quoniam de rebus cum scriberem premisi commonens ne quis in eis attenderet nisi quod sunt, non etiam si quid aliud preter se significant, vicissim de signis disserens hoc dico ne quis in eis attendat quod sunt, sed potius quod signa sunt, id est quod significant. Signum est enim res preter speciem quam ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire. Sicut vestigio viso transisse animal cuius vestigium est cogitamus. Et fumo viso ignem subesse cognoscimus. Signorum igitur alia sunt naturalia, alia data. Naturalia sunt que sine voluntate significandi preter se aliquid aliud ex se cognosci faciunt, sicut est fumus significans ignem. Non enim volens significare id facit. Data vero signa sunt que sibi queque viventia invicem dant. Sed hoc horum enim signorum genus quod ad homines attinet considerandum atque tractandum. Innumerabili autem multitudine signorum quibus suas cogitationes homines exerunt in verbis constitutus principatus. Nam signa omnia quorum genera strictim attigi potui verbis enuntiare, verba vero illis signis nullo modo possem. Sed quia verba statim ut aerem verberaverint transeunt nec diutius manent quam sonant, instituta sunt per litteras signa verborum. Sed nonnullis obscuritatibus non perspicuis hoc per signa quedam sunt. In multis verbis signis quedam obscura densissima caliginem obducunt quod totum provisum esse divinitus non dubitandum est ad edomandam labore superbiam et intellectum a fastidio revocandum, cui facile investigata plerumque vilescunt, in rebus autem languor cavendus est. Magnifice igitur et salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificavit ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Duabus autem causis non intelliguntur que scripta sunt, si aut ignotis aut ambiguis signis obteguntur. Sunt autem signa vel propria vel translata. Propria dicuntur cum his rebus significandis adhibentur propter quas sunt instituta, sicut dicimus bovem cum intelligimus pecus. Translata sunt cum et ipse res quas propriis verbis significamus ad aliquid aliud significandum usurpantur, sicut dicimus bovem et intelligimus [illegible] evangelistam intelligendum. Contra ignota signa propria magnum remedium est linguarum cognitio. Sunt enim quedam verba certarum linguarum que in usum alterius lingue per interpretationem transire non possunt. Et hoc maxime interiectionibus accidit, que verba motum animi significant potius quam sententie particulam. Nam racha indignantis vocem esse dicunt, osanna letantis. Et domesticos sermones ne despexeris. [illegible]

domesticos sermonis, [illegible] intelligit contextu [illegible] septimum non edidicisset non intelligeret. Quam intellectu in scriptura semper [illegible]. Sicut in interiorem [illegible] quibusdam infirmioribus qui tanto [illegible] aut parvulos eos qui perspicue delectant. Tenuis offendit cum ei multo verum signis sua quedam non sua integritas. Nam soloecismus quid dicitur nichil aliud quam cum verba non ea lege sibi coaptantur qua coaptaverunt qui priores nobis non sine auctoritate aliqua locuti sunt. Utrum enim inter homines an inter hominibus dicatur ad rerum non pertinet cognitorem. Item barbarismus quid aliud est nisi verbum non eis litteris vel sono enuntiatum quo ab eis qui ante nos latine locuti sunt enuntiari solet? Quid vero est integritas locutionis nisi aliene consuetudinis conservatio loquentium veterum auctoritate firmata. Incognitorum signorum due forme sunt; quantum ad verba pertinet. Nam aut ignotum verbum facit herere lectorem aut ignota locutio. Que si ex aliis linguis veniunt aut querenda sunt ab earum linguarum hominibus aut eedem lingue, si et otium est et ingenium, ediscende aut plurium interpretum consulenda collatio. Non enim multum ad explanandam scripture sententiam in translatis signis si qua forte ignota cogunt herere lectorem, partim linguarum notitia, partim rerum investigandus usus. Aliquid enim soliditatem nobis(?) dubio quiddam insinuat ysopus, presertim ut purgationem lavare velit et cum odorem et (?) de ysopo [illegible] mixtio. Quod ni evangelista in ysope(?) [illegible] magnus intellectus latet. Rerum autem ignorantia facit obscuras figuratas locutiones, sicut ubi legitur: Estote astuti sicut serpentes et simplices sicut columbe. Ex ignorantia verbi [illegible] claudunt plerumque secretas. Et multi propter ignorantiam ysopi dum nesciunt quam vim habeat vel ad purgandum pulmonem vel ut dicitur ad saxa radicibus penetranda, cum sit herba humilis atque brevis, omnino invenire non possunt quare dictum sit: Asperges me ysopo et mundabor. Numerorum etiam imperitia multa facit non intelligi translate ac mistice posita in scripturis. Ad ipsum tenarius(?) [illegible] cum significet secundum(?) [illegible] denarius etiam dependitur [illegible] et iterum indicat propter [illegible]. Nam et numeri [illegible] memoria intelligentia et voluntas. In eo autem manifestissime [illegible] appareat quibus constant elementa. Non parva et claudit atque obtegit non nullarum rerum musicarum ignorantia. Nam et de psalterii et cithare sive organi differentia quedam non inepte aliquarum rerum figuras aperuere. Et quod omnis sonus qui materies cantilenarum est triformis est in natura: aut enim voce editur sicut eorum qui sine organo canunt aut flatu sicut tubarum, tibiarum, aut pulsu sicut in citharis et tympanis et quibuslibet aliis que percutiendo canora sunt. Nec enim audiendi sunt errores gentilium superstitionum qui novem musas Iovis et Memorie filias esse finxerunt. Imo si quisque bonus verusque christianus domini sui esse intelligat ubicumque invenerit veritatem. Duo sunt genera doctrinarum que in gentilibus etiam moribus exercentur. Unum earum rerum quas instituerunt homines, alterum earum quas animadverterunt iam peractas aut divinitus institutas. Illud quod secundum institutiones hominum est partim superstitiosum est, partim non est superstitiosum. Superstitiosum est quidquid institutum est ab hominibus ad facienda et colenda ydola pertinens vel quodlibet [illegible] ad hoc genus pertinet omnis

et ligaturae atque remedia quae medicorum quoque disciplina condempnat. Hinc sunt et illa: redire ad lectum si quis dum se calciat sternutaverit; redire domum si procedens offenderit; cum vestis a soricibus roditur, plus tremere suspicione futuri mali quam praesens damnum dolere. Unde illud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam qui sibi a soricibus erosas caligas diceret, respondit non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse si sorices a caligis roderentur. Repudianda est et superstitio mathematicorum. Nam et ipsi quamvis veram stellarum positionem cum quisque nascitur consectentur et aliquando etiam pervestigant, tamen quod inde conantur vel actiones nostras vel actionum eventa praedicere, nimis errant et vendunt imperitis hominibus miserabilem servitutem. Neque enim ad rem pertinet quod de geminis dicunt, ipsum momentum temporis minimum atque angustissimum temporis quod eorum partum distinxit, multum valere in rerum natura atque caelestium corporum rapidissima velocitate. Et si concedatur ut plurimum valeat, tamen in stellarum constitutionibus a mathematicis inveniri non potest. Quae omnia tamen valent quantum per superstitionem animorum quadam lingua communi cum daemonibus foederata sunt. Non enim quia valebant attenta sunt, sed attendendo atque signando factum est ut valerent. Illi ergo qui decipi volunt talia permittuntur decipi, et qualibet eorum menti praesentatas [illegible] consensiones eius videntur. His amputatis ab animo christiano, videnda sunt instituta hominum non superstitiosa. Remota enim delectatione luxus, namque modo et vetita hominum cum hominibus instituta sunt quorum in habitu et cultu corporis ad sexus vel honores discernendos differentia placuit, et innumerabilia genera significationum sine quibus humana societas aut non omnino aut non minus commode geritur. Iam vero illa quae non instituendo sed aut transacta temporibus aut divinitus instituta investigando homines prodiderunt, ubicumque discantur non sunt hominum instituta existimanda. Quorum alia sunt ad sensum corporis, alia etiam ad rationem animi pertinentia. Sed illa quae sensu corporis attinguntur vel narrata credimus vel demonstrata sentimus vel experta coniectamus. Sicut ergo quicquid de ordine temporum transactorum indicat ea quae appellatur historia, sicut et narratio demonstrationi similis qua non praeterita sed praesentia indicantur ignaris. In quo genere sunt quaecumque de locorum situ naturisque animalium, lignorum, herbarum, lapidum aliorumve corporum scripta sunt. Et de sideribus quorum cognoscendorum non narratio sed demonstratio est. Quae scientia quamvis superstitionem non implicet, tamen quia familiaris est perniciosissimo errori fatua fata cantantium, commodius honestiusque contemnitur. Nam sicut is qui computat lunam, cum hodie inspexerit quota sit, et ante quotlibet annos quota fuerit, et post quotlibet annos quota futura sit potest dicere, sic de unoquoque siderum qui perite computant respondere consueverunt. Restant ea quae non ad corporis sensus sed ad rationem animi pertinent, ubi disciplina regnat disputationis et numeri. Sed tamen aliud est veras connexiones et veritates sententiarum; nam falsas habere sententias quae sequuntur errorem illius cum quo agitur. In falsis enim sententiis huius connexionis veritas est. Faciamus aliquem concessisse: si animal est cocleam vocem habere; hoc concesso, cum probatum fuerit cocleam vocem non habere, quoniam consequenti ablato aufertur quod praecedit, concluditur non esse animal cocleam. Quae sententia falsa est, sed ex concessu falso vera est conclusionis connexio. Veritas ergo sententiae per se ipsam valet; veritas autem connexionis ex eius cum quo agitur opinione vel concessione consistit. Sed autem ut supra diximus, in falsa connexione quod aliquis cuius errorem corrigere volumus, poeniteat sensisse praecedentia quorum consequentia videt esse respuenda. Iam hinc intelligere facile est, sicut in falsis sententiis veras, sic in veris sententiis falsas conclusiones esse posse. Fac enim aliquem posuisse: si iustus est ille, bonus est, et esse concessum; deinde assumpsisse: non est autem iustus. Quo item concesso, intulisse conclusionem: non est igitur bonus. Quae etsi vera sint omnia, non est tamen regula conclusionis. Non enim sicut ablato consequenti aufertur necesse quod praecedit, ita et ablato praecedenti aufertur necesse quod sequitur. Quia verum est cum dicimus: si orator est, homo est. Ex qua propositione si assumamus: non est autem orator, non ex consequentia cum intulerimus: non est igitur homo. Quapropter aliud est nosse regulas connexionum, aliud sententiarum veritatem. In illis discitur quod consequens sit, quod non consequens, quod repugnans. Consequens est: si orator est, homo est. Inconsequens: si homo est, orator est. Repugnans: si homo est, quadrupes est. Veritas connexionum et in rebus scholaribus discenda; veritas sententiarum non in illis sed in libris sanctis requirenda est. Item scientia definiendi atque partiendi quamquam et rebus falsis plerumque adhibeatur, ipsa tamen falsa non est neque ab hominibus instituta, sed in rerum ratione comperta. Nam et ipsum definimus cum dicimus falsum esse significationem non ita rei sed aliter ut significatur, quae distinctio valet quoniam falsum verum esse non possit. Possumus et dividere dicentes duo esse genera falsi: unum eorum quae esse non possunt, alterum eorum quae non sunt quamvis esse possint. Sunt etiam praecepta disputationis quae eloquentia nominatur; quae nihilominus vera sunt quamvis eis possint et falsa persuaderi. Neque enim ab hominibus instituta sunt, ut caritas expositionis conciliet auditorem, aut facile quod intendit insinuet narratio, et varietas eius sine fastidio teneat intentos. Quae sive in falsis sive in veris causis vera sunt, tamen in quantum vel sciri vel credi aliquid faciunt. Iam vero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarum est quod non sit ab hominibus instituta, sed potius investigata et inventa. Non enim sicut primam syllabam Italiae breviter pronuntiaverunt veteres, voluit Virgilius et longa facta est, ita quisquam pro efficere cum voluit ut ter terna aut non sint novem aut non possint efficere quadratam figuram, aut non ad ternarium numerum tripla sint, aut ad senarium sesquialtera, aut ad ullum dupla quia intelligibiles numeri semissem non habent. Sive ergo in se ipsis considerentur, sive ad figurarum aut sonorum aliarumve motionum leges numeri adhibeantur, incommutabiles regulas habent, et disputandi magis ad ambigua solvenda et explicanda. De quibus post loquimur legentes ad intellectum et ad magnitudinem sensus cognoscenda, de quibus nunc agimus. Philosophi autem qui vocantur, si qua forte vera et fidei nostrae accommodata dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tamquam ab iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda. Quod figuraliter Iudaei in Aegypto fecerunt, qui cum populo de Aegypto recessissent, praecepto Dei aurum et argentum vestesque ab hospitibus abstulerunt. Sic doctrinae gentilium et liberales disciplinas

usui ueritatis aptiores, tamen de quibusdam quasi metallis diuine prouidentie
que ubique infusa est eruerunt. Nonne aspicimus quanto auro et argento et ues-
te suffarcinatus exierit de Egipto Ciprianus, quanto Lactantius, quanto
Victorinus, Optatus, Hylarius? Dederunt ergo aurum et argentum
et uestem suam gentiles tradiderunt exeunti de Egipto populo dei nesci-
entes quemadmodum illa que dabant in Christi obsequium redderentur. Memi-
nerint ergo eos qui pascha illo tempore per umbram ymaginariam cele-
brant, cum signari postes sanguine agni iuberentur, ysopo fuis-
se signatos. Herba hec humilis et mitis, et nichil fortius et penetrabilius eius
radicibus. Est enim ysopus uis purgatoria, ne inflatus scientia de
diuitiis ab Egipto ablatis superbe aliquid pulmone tumente
anhelet. Ex tertio libro.

Scripture ambiguitas aut in uerbis propriis est aut in translatis.
Sed uerba propria ambiguam scripturam faciunt aut male
distinctione aut male pronuntiatione. Quod cum aduertis consulenda est
regula fidei. Ex male distinctione illa distinctio heretica: Verbum hoc erat
apud deum. Pronuntiatio autem ambigua sicut illud apostoli: Quis
accusabit aduersus electos dei? Sed ut pronuntietur ut percontatio precedat,
et sequatur interrogatio. Inter percunctationem autem et interrogationem hoc
ueteres interesse dixerunt: quod ad percunctationem multa responderi
possunt, ad interrogationem autem aut non aut etiam. Aut illud in sententia quod scriptum
[illegible] interrogatio [illegible] deus qui iustificat. Aut etiam uerba
non. Sed uerborum translatorum ambiguitates de quibus deinceps loquendum est,
non mediocrem curam industriamque desiderant. Nam in principio cauen-
dum est ne figuratam locutionem ad litteram accipias. Ad hoc enim pertinet
quod ait apostolus: Littera occidit, spiritus autem uiuificat. Ista est miserabilis animi
seruitus signa pro rebus accipere. Et eadem est in uisibilibus aut sicut
signa pro rebus accipere. Et supra creaturam corpoream oculum mentis ad hau-
riendum lumen eternum leuare non posse. Nam et gentiles simu-
lacra signa in allegoriam ducunt, sicut ibi Greci Neptunum
mare interpretantur, sed hoc non Neptunus est quod significat, sed Neptu-
ni de putandus est. Quamobrem Christiana libertas eos quos inuenit
sub signis utilibus tamquam prope inuentos interpretatis signis
quibus subditi erant eleuatos ad eas res quarum illa signa sunt libe-
rauit. Sub signo enim seruit qui operatur aut ueneratur aliquam rem
significantem nesciens quid significet. Hoc autem tempore postea quam manifes-
tissimum indicium nostre libertatis illuxit, reseruata pauca
pro multis eademque factu facillima et intellectu augustissima
et obseruatione castissima. Que ipse dominus et apostolica tradidit discipli-
na, sicut est baptismi sacramentum et celebratio corporis et sanguinis
domini. Huic autem obseruationi qua cauemus figuratam locutionem
id est translatam quasi propriam sequi, adiungenda est illa ne propriam
quasi figuratam uelimus accipere. Quicquid in sermone diuino
neque ad morum honestatem neque ad fidei ueritatem proprie referri potest,
figuratum esse cognoscas. Morum honestas ad diligendum deum et
proximum, fidei ueritas ad cognoscendum deum et proximum pertinet.
Non autem precipit scriptura nisi caritatem nec culpat nisi cupiditatem, et eo modo
informat mores hominum. Sed ubi omnia ad caritatem nutriendam
atque roborandam et cupiditatem uincendam atque extinguen-
dam ualent. Caritatem uoco motum animi ad fruendum deo

propter ipsum et se atque proximo propter deum. Cupiditatem uero motum animi
ad fruendum se et proximo et quolibet corpore non propter deum. Quod autem
agit indomita cupiditas ad corrumpendum animum et corpus suum,
flagitium uocatur. Quod autem agit ut alteri noceat, facinus
dicitur. Et hec sunt omnia genera peccatorum, sed flagitia priora sunt. Que cum
enim magis regnum cupiditatis destruitur, tanto caritatis augetur.
Attendendum enim est ne tamquam flagitia reprehendamus. Fieri enim potest
ut sine aliquo cupiditatis uel uoracitatis uitio pretiosissimo cibo sa-
